FROM THE LIBRARY
OF GEORGE DUNN
OF WOOLLEY HALL
NEAR MAIDENHEAD

170

ecpsfka

Ashburnham-Barrois Sale

-pm-

£ill.

June 1901.

Cor. Sub

Sch 1849

472.

PETRUS LOMBARDUS. LIBRI IV SENTENTIARUM. (WITH MARGINAL AND INTERLINEAR NOTES). (XXXIX) *large folio*

*** MS. OF THE FOURTEENTH CENTURY, ON VELLUM, ff. 219, finely written in neat **gothic letters**, in double columns of 40 lines; *rubricated, numerous ornamental pen-letters in blue and red; very broad plain margins.* The notes are in a different hand. Modern green morocco extra. A Dedication in gold letters on satin shows that the book was presented to Pope Clement XI. [1700-21].

-appears to have found its way to Italy by the 15th century. if not earlier.

2 **LOMBARDUS (Petrus)** LIBER SENTENTIARUM: beautifully written on 219 VERY LARGE SHEETS OF PURE VELLUM, two columns to a page, neat **Gothic Letters**, red and black ink, with 4 LARGE CAPITAL LETTERS, RICHLY DECORATED AND PAINTED, besides SEVERAL HUNDREDS of *Smaller* CAPITAL LETTERS painted blue, with red scroll-work filling the blank spaces and straying up and down the blank margins: *full bound in green morocco, gold edges*, £28 10s, SÆC. XIV (about 1350) folio

A VERY FINE MANUSCRIPT, probably made for some wealthy Aobey, the margins being unusually wide to receive the notes and comments of its principal learned men. There are a good many of these notes, some contemporary with the book, and others as recent as 1520, and they are all written with great care, showing that the volume was regarded as important. The last two large capital letters are not finished, and they are interesting because they show the work in progress at different stages. At some time between the years 1700 and 1721 the volume was presented to Pope Clement XI., as is shown by a SPECIAL DEDICATION printed by hand with large gold letters, upon white satin, and placed as a title-page in front of the text. As will be seen by our illustration the finished capital letters are the work of a clever artist.



See No. 2.

39

Clement XI
John Francis Albano.
Consecrated 1700 - died 1721.

SANCTISS.º AC BEATISS.º PATRI

CLEMENTI UNDECIMO

PONT. OPT. MAX.

IAMDUDUM

VOTIVA PEREGRINATIONE

LAURETANAM DOMUM

COGITANTI

PEDES NOSTRI IN ATRIIS TUIS. Psal.

SPES NOSTRA IN DIE AFFLICTIONIS. Isa. C.

SANCTISS.^O AC BEATISS.^O PATRI

CLEMENTI VNDECIMO

PONT. OPT. MAX.

IAMDVDVM

VOTIVA PEREGRINATIONE

LAVRETANAM DOMVM

COGITANTI

PEDES NOSTRI IN ATRIIS TVIS. Psal.

SPES NOSTRA IN DIE AFFLICTIONIS. Luc.

Prolog[us]

MAGISTER SENTENTIARVM

Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophilacium domini mittere, ardua scandere, opus ultra vires nostras agere presumpsimus, consummationis fiduciam laborisque mercedem in samaritano statuentes, qui prolatis in curationem semivivi duobus denariis supererroganti cuncta reddere professus est. Delectat nos veritas pollicentis, sed terret immensitas laboris; delectat desiderium proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus dei. Quo inardescentes fidem nostram adversus errores carnalium atque animalium hominum davitice turris clipeis munire, vel potius munitam ostendere, ac theologicarum inquisitionum abdita aperire, necnon et sacramentorum ecclesiasticorum pro modulo intelligentie nostre notitiam tradere studuimus, non valentes studiosorum fratrum votis iure resistere, eorum in christo laudabilibus studiis lingua ac stilo nos servire flagitantium. Quas bigas in nobis agitat christi caritas. Quamvis non ambigamus omnem humani eloquii sermonem calumnie atque contradictioni emulorum semper fuisse obnoxium, quia dissentientibus voluntatum motibus dissentiens quoque fit animorum sensus, ut cum omne dictum veri ratione perfectum sit, tamen dum aliud alii videtur aut placet, veritati non intellecte vel offendenti impietatis error obnititur, ac voluntatis invidia resultatur, quam dei homo ... Et in illud diffidentie filius, qui non voluntatem rationi subicit, nec doctrine studium impendit, sed que somniant ... sapientie verba coaptare nituntur, non veri sed placiti rationem sectantes, quos iniqua voluntas non ad intelligentiam veritatis, sed ad defensionem placentium incitat, non desiderantes doceri veritatem, sed ab ea ad fabulas auditum convertentes, quorum professio est magis placita quam docenda inquirere, nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare. Habent rationem sapientie in superstitione, quia fidei defectionem sequitur ypocrisis mendax, ut sit vel in verbis pietas, quam amiserit conscientia, ipsamque simulatam pietatem omni verborum mendacio impiam reddunt, falsae doctrinae institutis fidei sanctitatem corrumpere molientes, auriumque pruriginem sui desiderii novello dogmate alius ingerentes, qui contentioni studentes contra veritatem sine federe bellant. Inter veri namque assertionem et placiti defensionem pertinax pugna est, dum et se veritas tenet, et se voluntas erroris tuetur. Horum igitur et deo odibilem ecclesiam evertere atque ora oppilare, ne virus nequitie in alios effundere queant, et lucernam veritatis in candelabro exaltare volentes, in labore multo ac sudore volumen deo prestante compegimus ex testimoniis veritatis in eternum fundatis, in quatuor libros distinctum, in quo maiorum exempla doctrinamque reperies; in quo per dominice fidei sinceram professionem vipereae doctrine fraudulentiam prodidimus, aditum demonstrande veritatis complexi, nec periculo impie professionis inserti, temperato inter utrumque moderamine utentes. Sicubi vero parum vox nostra insonuit, non a paternis discessit limitibus. Non igitur debet hic labor cuiquam pigro vel multum docto videri superfluus, cum multis impigris multisque indoctis, inter quos etiam et mihi sit necessarius, brevi volumine complicans patrum sententias, appositis eorum testimoniis, ut non sit necesse querenti librorum numerositatem evolvere, cui brevitas collecta quod queritur offert sine labore. In hoc autem tractatu non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maxime ubi profunda versatur veritatis questio, que utinam tot haberet inventores quot habet contradictores. Ut autem quod queritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capitula distinguuntur premisimus.

Incipiunt capitula primi libri sententiarum.

Omnis doctrina est de rebus vel de signis. De rebus quibus fruendum est vel utendum est et de

bus que trinitatem et unitatem. Quam dicunt tenui uelud.
De trinitate
De trinitate et unitate. Que fuit intentio scribentium: de trinitate. Quis ordo sit seruandus cum de trinitate agitur. De testimoniis ueteris testamenti quibus trinitatis misterium declaratur. De testimoniis noui testamenti ad idem pertinentibus. De cognitione creatoris per creaturas in quibus trinitatis uestigium apparet.
De ymagine et similitudine trinitatis in anima humana. De similitudine trinitatis et unitate trinitatis. De eternitatis unitate. Utrum deus pater se genuit. uel trinitas: de uno deo predicetur sicut unus deus de tribus personis. Utrum diuina essentia genuit filium. uel genita sit a patre. uel de ipsa natus sit filius. uel spiritus sanctus procedit. Quod filius non est de nichilo sed de aliquo. non tamen de materia. sic et spiritus sanctus. Quare uerbum patris dicatur filius natura. Utrum pater uoluntate genuit filium: an necessitate. an nolens an uolens sit deus. Utrum pater potuit. uel noluit gignere filium. Utrum in posse gignendi filium sit aliqua potentia in patre. que non sit in filio. De ueritate ac proprietate diuine essentie. De incommutabilitate eiusdem. De simplicitate eiusdem. De corporali spirituali quare creatura quomodo sit multiplex et non simplex. Quod deus cum sit simplex et non multiplex dicitur. Quod deus abusiue dicitur substantia. Quod non est in deo aliquid quod non sit deus. De distinctione trium personarum. De coeternitate patris et filii. De ineffabili et intelligibili tamen modo. Utrum debeat dici semper gignitur filius. uel semper genitus est. De obiectionibus hereticorum intendunt probare filium non coeternum esse patri. De spiritu sancto quod amor patris et filii proprie dicitur. cum sit in trinitate amor qui est trinitas. sicut uerbum proprie dicitur sapientia. et tamen tota trinitas dicitur sapientia. Quod eadem nomina proprie et uniuersaliter accipiuntur. Quod spiritus sanctus sic patri et filio est communis: ita quod nomen habet proprium. Quod spiritus sanctus procedit a patre et filio. quem tamen greci a filio procedere diffidunt. De conuenientia latinorum et grecorum in sensu. et differentia in uerbis. Utrum spiritus sanctus plenius. uel plenius procedat a patre et filio quam a filio. Quod spiritus sanctus principaliter et proprie dicitur procedere a patre. Quare spiritus sanctus cum sit de substantia patris non dicatur genitus sed procedens. Cur filius dicatur procedere: cum spiritus sanctus non dicatur genitus. Quod nequeo pro mortalitatis discernere inter generationem filii. et processionem spiritus sancti. Utrum spiritus sanctus debeat dici ingenitus cum non sit genitus. De gemina processione spiritus sancti temporali et eterna. Quod non solum dona spiritus sancti sed et ipse spiritus sanctus deus datur hominibus. et mittitur. Utrum uiri sancti possunt dare spiritum. Quod spiritus sanctus a seipso datur et filius a seipso mittitur. Quomodo intelligenda est missio utriusque. Quod et spiritus sanctus et filius sit missus. Quod filius sit datus et a seipso. Quomodo intelligendum sit illud: a meipso non ueni. Utrum semel tantum sit missus filius: an sepe. De duobus modis missionis filii. Quod secundum alterum modum semel sit missus. secundum alterum sepe. et secundum alterum modum dicitur missus in mundum. secundum alterum non. Quare pater non dicitur missus. Quod filius et spiritus sanctus non sunt ideo minores patre. quoniam missi. De missione spiritus sancti que fit duobus modis uisibiliter et inuisibiliter. Quod filius secundum quod homo tamen non patre sed spiritu sancto minor est. Quod spiritus sanctus est caritas qua diligimus deum et proximum. Quod eterna dilectio est deus: sed pater non filius. sed spiritus sanctus tantum. Quod non est dictum per causam illud. deus caritas est. sicut illud. tu es patientia mea et spes mea. Quomodo spiritus sanctus mittatur uel detur nobis. Utrum spiritus sanctus augeatur nimium in homine uel magis habeatur uel detur habenti et non habenti. Quod aliqui dicunt caritatem dei et proximi non esse spiritum. Utrum concedendum sit pro donum dari dona. Utrum spiritus sanctus eadem ratione dicatur donum: qua datum siue donatum. Quod sicut filius nascendo accepit. non tamen ut esset filius. sed et essentia. ita spiritus sanctus procedendo accepit. non tantum ut esset donum: sed ut esset essentia. Quod spiritus sanctus dicitur donum et donatum secundum duos modos predictos processionis. quia secundum quod donum est: refertur ad patrem. et secundum quod datum: ad filium. ad deum qui dedit. et ad eos quibus datur. Utrum filius cum sit nobis datus possit dici noster. uel spiritus sanctus ad seipsum referatur. De qualitate trium personarum. Quod trinitas et

magnitudo et potencia deo unum est. et si uideatur
diuersa. Quod aliqua personarum aliam non exce-
dit magnitudine. quia non est maior una persona
quam alia. nec magis aliquid due quam una. tres quam due
uel una. Quomodo dicatur pater esse in filio. et filius in patre. et
spiritus sanctus in utroque. Quod nulla personarum pars est in tri-
nitate. Quare tres persone dicantur summe: unum
cum dicimus tres personas esse unam essenciam. non ut
genus de speciebus. nec ut speciem de indiuiduis predicamus.
quia non est essencia genus. et species persona. uel essencia species:
et persona indiuidua. Quod non secundum materialem causam
dicuntur tres persone una essencia. Hec autem dicuntur tres
una essencia sicut tres homines unius nature. Utrum tres
persone differant numero. que proprietates distincte sunt.
Quare tres persone simul non sint maius aliquid quam una.
Quod deus non est dicendus triplex sed trinus. Quod qualibet
aliquam personarum non excedit aliquam potencia. Quod non
potest minus filius quam pater. De obiectionibus hereticis
contra hec. et responsionibus catholicis. Quomodo possit dici solus
pater. uel solus filius. uel solus spiritus sanctus. cum sint inseparabiles. Utrum
debeat dici solus pater est deus. uel solus filius est deus. uel
solus spiritus sanctus est deus. an pater est solus deus. filius est solus
deus. spiritus sanctus est solus deus. Quomodo trinitas dicatur esse
solus deus. cum ipsa sit cum spiritibus et animabus sanctis. De no-
minum differenciis quibus utimur de deo. De hiis
que temporaliter deo conueniunt. et relatiue dicuntur. De
hoc nomine quod est trinitas. De illis que sunt tempora-
lia. et dicuntur relatiue. De hiis que proprie ad singu-
las personas pertinent. et de hiis que unitatem
essencie significant. De hoc nomine quod est persona. quod secundum
substanciam dicitur. non singulariter sed pluraliter accipitur in summa. Quare
necesse dicitur tres persone a latinis et grecis tres
ypostases uel substancie. Quare non dicimus patrem et
filium et spiritum sanctum esse tres deos. ut tres personas.
dicimus. In trinitate non est diuersitas. uel singularitas
uel solitudo. sed unitas. et trinitas. et distinctio. et ydemp-
titas. Quod non debet dici multiplex deus. Quid
significatur hiis nominibus: unus. duo. uel due. uel tres.
uel tria. trinus. trinitas. plures uel pluralitas. distinctio uel
distincte. et hiis utamur loquentes de deo. Quid

significetur hoc nomine deus persona: in plurali numero
cum dicimus persone. De triplici acceptione huius nominis persone in
trinitate. Et quo sensu dicatur alia persona pa-
tris. alia filii. cum alius in persona pater: alius filius. De hoc
nomine ypostasis. De proprietatibus personarum. et de nominibus
earum relatiuis. Quod non omnia dicuntur de deo secundum
substanciam. quedam secundum relacionem: nichil tamen secundum accidens.
Quare dicatur christum esse unigenitum filium dei: cum
et homines sint filii dei. Quod homo dicitur filius trinita-
tis. et trinitas pater hominum. Quod spiritus sanctus eadem proprietate
donum dicitur. qua spiritus sanctus. et utroque tamen relatiue ad patrem
uel filium. Utrum pater uel trinitas ipsa: uel filius ipse possit dici
spiritus. Quod non omnia que relatiue dicuntur sibi a
se uicissim respondent uocabulis. Que sint
ille proprietates quibus distinguuntur persone. Quod
non omnino idem dicere est esse patrem et genuisse filium quia hec.
Quod proprietates eminant ypostases. non substanciam. i.
naturam. De generali regula eorum que ad se et eorum que
relatiue dicuntur. Utrum secundum substanciam dicatur deus de deo et hii.
Quod non sunt tot proprietates quot persone. Utrum solus
pater debeat dici non genitus. uel non genitus filius. sed et ingenitus.
De proprietate que notatur ingenitus. Responsio
ambrosii contra arrianos de ingenito. Utrum diuersum
sit esse patrem et esse filium. Si sapientia genita dicitur secundum
relacionem. uel secundum substanciam. De ymagine. De principio. Quod
ab eterno pater est principium. et filius non spiritus sancti. Quod pater
sit principium filii. et ipse est spiritus sancti. In eadem uocatione
pater et filius principium spiritus sancti. De hiis que temporaliter
de deo dicuntur. et relatiue sunt accidens. quia non deo sed creature
accidit. Utrum spiritus sanctus dicatur datum uel donum rela-
tiue ad se. cum a se detur. An filius dicatur esse
uel similis patri secundum substanciam. De sententia sancti hilarii quod in
trinitate proprietas personarum ostendit. Quare patri attribu-
itur unitas. Quare pater et filius dicantur esse unum. uel
unus deus. sed non unus. Quare dicatur equalitas esse
in filio. Quare in spiritu sancto dicatur esse unitas. concordia. uel
connexio. Utrum pater uel filius ea dilectione diligatur
qua procedit ab utroque. id est spiritus sanctus. Utrum pater spiritus sanctus sit sapi-
ens sapientia qua genuit. An filius sit sapiens
se ipso: uel per se ipsum. Omnia tamen sunt sapientia patris. sed

in trinitate; dilectio que e trinitas. 7 tn spc. s. e
dilectio q ; trinitas. n io sut due dilectões. ita
7 sapia. Quare pr n dr sapiens sapia genita.
sic dr diligens dilectõe que ab ipo pcedit.
Utrum pcierites psonarum sint ipe psone: ul
diuina usia. Quomo pcietates psunt ee i p
dei. n eam determinant. De uerbis hylarii: quibus
s pmoru intelligentiam uir dr no ide esse diui
nam n. 7 re n 7 no idem ee 7 q dei ee. Utru
ita possit dici: unus deus triu psonaru. ut dr
una eentia triu psonaru. 7 ee psone unius dei.
ut tres psone uni eentie. Quod potentia
sapia. bonitas in scptra ad psonas referunt
distincte. Quare pri potentia. filio sapia
spui. s. bonitas attribuatur: cu sit una sapia.
potentia. bonitas: triu. De h noie s unione.
ubi in auctoritate scpe sit. De scia 7 pscia.
prudentia. 7 dispone dei ac pdestinatione.
De qbus sit pscia l prudentia. De qbus dis
po. De qbus pdestinatio. De qbus prudentia.
De qbus sapia l scia. Utru pscia l dispo
l pdestinatio dei ee potuit. si nulla eent fu
tura. Quod scia dei de tpalibus e 7 etnis.
Quomo oia ee dicunt in deo 7 uita i eo.
Utrum oia debent dici in dei sapia ul
in dei cognitõe. l pscia ee dicuntur. Q e
dicunt tõe bona ee in deo 7 non mala.
Utrum q sit oia ee ex deo. p ipm. in ipo. (idem)
Quod n oia que ex do sunt: 7 ex ipo sint.
Quibus modis dr deus ee in rebus. Quod
deus ubiq e h itat. sed ee. Ubi erat
deus antq erat eata. Quod deus cu sit
in omnibus rebus eentialr. no tn coinqnat
sordibus rer. Cum deus sit ubiq 7 sep.
no tn localis. n loco n tpe mouet. Quibus
modis aliqd dicat locale. aut circuscptibile.
Quod sit mutari s tpe. Utru spc eati
sint locales 7 circuscptibiles. Quod deus e
ubiq: tn localis (non) immo. An scia ul pscia
dei sit ea ir l e. Utr pscia dei possit falli.
Utr scia dei possit augi l minui. l aliq m
mutari. An deus possit nouit l ex tpe
scire. l pscire aliqd. Utru deus possit scire
plura q sciat. Quod deus 7 semp 7 simul scit oia.
An aliquis pdestinatus possit dampnari.
uel repbus saluari. Quod sit repbatio di.
7 in quibus osideretur. 7 quis sit pdestina
tionis effectus. Utr aliq sit meritu obdu
rationis. 7 mie. De uariis sup hoc eentia
liu opionibus. An ea q semel scit deus. ul
pscit. semp sciat 7 pscia. 7 semp scient 7
pscient. De omnipotentia dei quare dicat
omnipotens. cu nos multa possumus que ipe (n) possit.
Quod deus oia possit. Quod omnipoti
tia s duo osiderat. An mericio q illos q dnt
dm nil posse n q uult. (7 fac) An deus possit
aliqd melius face q facit. l alio l meliori m.
Utr ds possit omne q potuit. De uolunta
te dei que eentia dei est 7 de signis ei. Quod
q licet idem sit deo uelle q ee. no tn potest
dici deus oia ee que uult. De intelligentia
har locutionu deus scit. ul deus uult. deus
scit oia ul uult aliqd. Quod dei uoluntas
summe bona. ca e oio que natalr sit: cui
ca no e qrenda. quia pma e 7 summa oium.
Quibus modis accipitur dei uoluntas. Q d
pceptio. phibitio. pmissio. osilium. opatio noie
uoluntatis intelligunt. Utru ds
uelit ab omnibus fieri ea que pcipit: ul n
fieri que phibet. Quod uoluntas di que
ipe e in nullo cassari potest. Quomo in
telligendum sit illud. uolui ogregare filios. t.
7 noluisti. Et illud. Qui uult omnes ho.
sal. fieri. Utru mala do uolente ul no
lente fiant. Quo intelligend sit illud aug.
q mala fi bonu e. De multiplici acceptione
boni. Quod mala uniuersitati ualent.
Quod in deo no ; ca ut sit bonitatis eior.

Quomodo voluntas dei de homine impletur quocumque se vertat. Ex quo sensu quedam dicuntur fieri contra voluntatem dei. Quare precepit deus omnibus bona facere et mala vitare, et si non id ab omnibus vult impleri. Quod homo aliquando bona voluntate vult aliud quam deus, et mala idem quod deus. Quod dei voluntas per malas hominum voluntates impletur. Utrum placuit iniquis sanctis quod Christus pateretur et moreretur. Utrum passiones sanctorum debeamus velle. Incipit primus liber.

VETERIS AC NOVE LEGIS CONTINENTIAM diligenti indagine etiam atque etiam considerantibus nobis previa dei gratia innotuit sacre pagine tractatum circa res vel signa precipue versari. Ut enim egregius doctor Augustinus ait in libro de doctrina christiana. Omnis doctrina vel rerum est vel signorum. Sed res etiam per signa discuntur. Proprie autem hic res appellantur que non ad significandum aliquid adhibentur. Signa vero quorum usus est in significando. Eorum autem aliqua sunt quorum omnis usus est in significando non in iustificando, quibus non utimur nisi aliquid significandi gratia, ut aliqua sacramenta legalia. Alia que non significant solummodo sed conferunt quod intus adiuvet, sicut evangelica sacramenta. Ex quo aperte intelligitur que hic appellentur signa, res ille videlicet que ad significandum aliquid adhibentur. Omne igitur signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, ut ait Augustinus in eodem, omnino nichil est. Non autem e converso omnis res signum est, quia non adhibetur ad significandum aliquid.

Cumque his intenderit theologorum speculatio studiosa atque modesta, divinam scripturam formam prescriptam in doctrina tenere advertet. De his ergo nobis aditum ad res divinas aliquatenus intelligendas deo duce aperire volentibus disserendum est. Et primum de rebus, postea de signis disseremus. De rebus, agit quibus fruendum et utendum est.

Id ergo in rebus considerandum est, ut in eodem Augustinus ait. Quod res alie sunt quibus fruendum est, alie quibus utendum est, alie que fruuntur et utuntur. Ille quibus fruendum est nos beatos faciunt. Iste quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvant et quasi adminiculantur, ut ad illas res que nos beatos faciunt pervenire eisque inherere possimus. Res vero que fruuntur et utuntur nos sumus, quasi inter utrasque constituti, ut angeli et sancti. Frui autem est amore inherere alicui rei propter seipsam. Uti vero id quod in usum venerit referre ad optinendum illud quo fruendum est. Aliud abuti est, non uti; nam usus illicitus abusus vel abusio nominari debet. Res igitur quibus fruendum est sunt pater et filius et spiritus sanctus. Eadem tamen trinitas quedam summa res est communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res et non omnium causa rerum, si tamen et causa. Non enim facile potest inveniri nomen quod tante excellentie conveniat, nisi quod melius dicitur trinitas hec unus deus. Res autem quibus utendum est, mundus est et in eo creata. Unde Augustinus in eodem. Utendum est hoc mundo, non fruendum, ut invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur, id est ut de temporalibus eterna capiantur. Item in eodem. In omnibus rebus ille tantum sunt quibus fruendum est que eterne et incommutabiles sunt. Cetera autem utendum est, ut ad illarum perfruitionem perveniatur. Unde Augustinus in libro X de trinitate. Fruimur cognitis in quibus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit. Utimur vero eis que ad aliud referimus quo fruendum est. Aliter frui et uti accipit supra.

Notandum vero quod idem Augustinus in libro X de trinitate aliter quam supra accipiens uti et frui.

Veteris ac nove legis

frui sic dicitur. Uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui autem est uti cum gaudio non adhuc spei, sed iam rei. Proinde omnis qui fruitur utitur: assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis. Non autem omnis qui utitur et fruitur, si id quod in facultatem voluntatis assumit non propter ipsum, sed propter aliud appetivit. Secundum hanc acceptionem dicit Augustinus illos frui tantum qui in re gaudent, non iam in spe; et ita in hac vita non videntur frui, sed tantum uti, ubi gaudemus in spe. Sed cum superius dictum sit frui esse amore inhaerere alicui rei propter seipsam, et sic multi adhaerent Deo.

Haec ergo quae sibi **determinatio eorum quae videntur contraria** contradicere videntur, sic determinamus, dicentes nos hic et in futuro frui: sed ibi proprie et perfecte et plene, ubi per speciem videbimus quo fruemur. Hic autem dum in spe ambulamus, fruimur quidem, sed non adeo plene. Unde in libro de Trinitate X: Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquiescit. Idem in libro de doctrina christiana ait: Angeli illo fruentes iam beati sunt, quo et nos frui desideramus; et quantum in hac vita iam fruimur vel per speculum in aenigmate, tanto nostram peregrinationem et tolerabilius sustinemus et ardentius finire cupimus. Potest et dici quod qui fruitur in hac vita non tantum habet gaudium spei, sed etiam rei, quia iam delectatur in eo quod diligit, et ita iam rem aliquatenus tenet. Constat ergo quod Deo debemus frui, non uti. Illo enim, ut ait Augustinus, fruimur quo efficimur beati, et in quo spem ponimus ut ad id perveniamus. De hoc idem ait in libro de doctrina christiana: Omnes nos ea re frui quam diligimus propter se, et ea re nobis fruendum esse tantum qua efficimur beati; ceteris vero utendum. Frequenter tamen dicitur frui cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur, et delectationem secum gerit: si tamen per eam transieris et ad illud ubi permanendum est eam retuleris, uteris ea, et abusive non proprie diceris frui. Si vero inhaeseris atque permanseris, finem in ea ponens laetitiae tuae, tunc vere et proprie frui dicendus es. Quod non est faciendum nisi in illa Trinitate, id est summo et incommutabili bono. **Utrum hominibus sit dicendum uti vel frui.**

Cum autem homines qui fruuntur et utuntur **aliis** rebus res aliquae sint, quaeritur utrum se frui debeant an uti, an utrumque. Ad quod sic respondet Augustinus in libro de doctrina christiana: Si propter se homo diligendus est, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus. Quod enim propter se diligendum est, in eo constituitur beata vita, cuius et si non res, tamen spes hoc tempore consolatur. In homine autem spes ponenda non est, quia maledictus est qui hoc facit. Ergo si liquido advertas, nec seipso quisquam frui debet, quia non se debet diligere propter se, sed propter illum quo fruendum est. Huic autem contrarium videtur quod apostolus ad Philemonem loquens ait: Ita frater, ego te fruar in Domino. Quod ita determinat Augustinus: Si dixisset tantum te fruar, et non addidisset in Domino, videretur finem dilectionis ac spem constituisse in eo. Sed quia illud addidit, in Domino se finem posuisse eodemque frui significavit. Cum enim, ut idem Augustinus ait, homine in Deo frueris, Deo potius quam homine frueris.

Sed cum Deus diligat nos **hic quaeritur utrum Deus fruatur an utatur nobis**, sicut frequenter scriptura dicit, quae eius dilectionem erga nos multum commendat, quaeritur ab Augustino quo diligat, an ut utens an ut fruens. Et procedit ita: Si fruitur, eget bono nostro, quod nemo sanus dixerit. Ait enim propheta: Bonorum meorum non indiges. Omne enim bonum nostrum vel ipse est vel ab ipso est. Non ergo fruitur nobis, sed utitur. Si enim non fruitur nec utitur, non invenio quomodo diligat nos. Neque tamen sic utitur nobis ut nos aliis rebus. Nos enim res quibus utimur ad id referimus ut Dei bonitate perfruamur. Deus autem ad suam bonitatem usum nostrum refert. Ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem; nos autem nobis invicem propter illius bonitatem. Ille nostri miseretur ut se perfruamur; cum enim nos alicuius miseremur invicem, utimur ut illo fruamur. Cum enim nos alicui miseremur et alicui consulimus, ad eius quidem facimus utilitatem.

eam quae intuemur, sed et in maxima inter se consequentia. Cum in materiam quam alii intendimus, non relinquit Deus sine mercede. Haec autem tria res summa est, ut ipso perfruamur. In quantum quia bonus est, sumus, et in quantum sumus, boni sumus. Porro in quantum mali sumus, non impune mali sumus, in tantum et minus sumus. Ille autem usus quo nos utitur Deus, non ad eius, sed ad nostram utilitatem refertur, ad eius tantum bonitatem.

Utrum fruendum an utendum sit virtutibus.

Hic considerandum est utrum virtutibus utendum sit an fruendum. Quibusdam videtur quod eis sit utendum et non fruendum. Et hoc confirmant auctoritate Augustini, qui, ut praemissum est, dicit non esse fruendum nisi Trinitate, id est summo et incommutabili bono. Item dicit illud non esse fruendum eis quae propter se amanda non sunt, sed propter aeternam beatitudinem. Illud autem quo fruendum est, propter se amandum est. Sed quod virtutes propter se amandae non sunt, immo propter solam beatitudinem, probant auctoritate Augustini, qui in libro XIII de Trinitate contra quosdam ait: Forte virtutes quas propter solam beatitudinem amamus, sic persuadere nobis audent, ut ipsam beatitudinem non amemus. Quod si faciunt, etiam ipsas utique amare desistimus, quando illam propter quam solam istas amavimus non amamus. Ecce his verbis videtur Augustinus ostendere quod virtutes non propter se, sed propter solam beatitudinem amandae sunt. Quod si ita est, eis fruendum non est. Alii vero contendunt, scilicet quod eis fruendum sit, quia propter se petendae et amandae sunt. Et hoc confirmant auctoritate Ambrosii, qui ait super illum locum Epistolae ad Galatas: Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia etc. Haec non nominat opera, sed fructus, quia propter se petenda sunt. Ergo propter se amanda. Si vero propter se petenda, ergo propter se amanda. Nos autem hanc quae videtur auctoritatum repugnantiam de medio eximere cupientes, dicimus quod virtutes propter se petendae et amandae sunt, et tamen propter solam beatitudinem. Propter se quidem amandae sunt, quia delectant sui possessores sinceri(?) et sancta delectatione, et in eis pariunt gaudium spirituale. Verumtamen non est hic consistendum, sed ultra gradiendum. Non enim hic sistat dilectionis gressus, neque hic sit dilectionis terminus, sed referatur hoc ad illud summum bonum, cui soli omnino adhaerendum est, quia illud propter se tantum amandum est, et ultra illud nihil quaerendum. Illud enim est supremus finis. Ideo Augustinus dicit quod eas diligimus propter solam beatitudinem, non quin eas propter se diligamus, sed quia id ipsum quod eas diligimus referimus ad illud summum bonum, cui soli inhaerendum est, et in eo permanendum. Finis enim laetitiae ponendus. Quare virtutibus non est fruendum. Sed diceret aliquis: Frui est amore inhaerere alicui rei propter seipsam, ut praedictum est. Si ergo virtutes propter se amandae sunt, et eis fruendum est. Ad quod dicimus, in illa descriptione ubi dicitur propter seipsam, intelligendum est cum hoc, ut scilicet ametur propter seipsam tantum, ut non referatur ad aliud, et ibi ponatur finis, ut supra ostendit Augustinus dicens: Si inhaeseris atque permanseris finem ponens laetitiae, tunc vere et proprie frui dicendus es; quod non est faciendum nisi in illa Trinitate, id est summo et incommutabili bono. Utendum igitur est virtutibus, et per eas fruendum summo bono. Et ita de voluntate bona dicimus. Unde Augustinus in libro X de Trinitate ait: Voluntas est per quam fruimur. Ita et per virtutes fruimur, non eis, nisi forte aliqua virtus sic Deus vocetur, ut caritas, de qua post tractabitur. **Epilogus.**

Omnium igitur quae dicta sunt ex quo de rebus specialiter tractavimus, haec summa est, quod aliae sunt quibus fruendum est, aliae quibus utendum, aliae quae fruuntur et utuntur. Et inter eas quibus utendum est, quaedam sunt per quas fruimur, ut virtutes et potentiae animi, quae sunt naturalia bona. De quibus omnibus antequam de signis tractemus agendum est. Ac primum de rebus quibus fruendum est, scilicet de sancta atque individua Trinitate.

De mysterio Trinitatis et unitatis.

Hoc itaque vera ac pia fide tenendum est, quod Trinitas sit unus et solus verus Deus, ut ait Augustinus in I libro de Trinitate, scilicet Pater et Filius et Spiritus sanctus. Et haec Trinitas unius eiusdemque substantiae vel essentiae dicitur et creditur et intelligitur, quae est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur. Mentis namque humanae acies invalida

in tam excellenti luce non figitur: nisi per iustitiam fidei emundetur. De hac igitur trinitate summa et excellentissima cum modestia et timore agendum est. et attentissimis auribus atque devotis audiendum. Ubi queritur unitas trinitatis patris scilicet et filii et spiritus sancti: quia nec periculosius alicubi erratur: nec laboriosius aliquid queritur. nec fructuosius aliquid invenitur. Proinde omnis qui audit vel legit ea que de ineffabili ac inaccessibili luce divine deitatis dicuntur, studeat imitari atque servare quod venerabilis doctor Augustinus in I libro de trinitate de seipso ait. Non pigebit me inquit sicubi hesito querere. nec pudebit sicubi erro discere. Quisquis ergo audit vel legit. ubi pariter certus est pergat mecum. ubi pariter hesitat querat mecum. ubi errorem suum cognoscit redeat ad me. ubi meum revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam. tendentes ad eum de quo dictum est. Querite faciem eius semper. Que fuit intentio scribentium

Omnes autem catholici de trinitate

tractatores ut in eodem libro Augustinus ait. qui de trinitate que deus est scripserunt. hoc intenderunt secundum scripturas docere. quod pater et filius et spiritus sanctus unius sunt substantie: et inseparabili equalitate unus sint deus. ut unitas in essentia et pluralitas in personis. Ideoque non sunt tres dii: sed unus deus. licet pater filium genuerit: et ideo filius non sit qui pater est. filiusque a patre sit genitus. et ideo pater non sit qui genitus filius est. et spiritus sanctus nec pater sit nec filius. sed tantum patris et filii spiritus. et ipse patri et filio coequalis ad trinitatis pertinens unitatem. Teneamus ergo patrem et filium et spiritum sanctum unum esse naturaliter deum. ut ait Augustinus in libro de fide ad Petrum. neque tamen ipsum patrem esse qui filius est. nec filium ipsum esse qui pater est. nec spiritum sanctum ipsum esse qui est pater aut filius. Una est enim patris et filii ac spiritus sancti essentia quam greci homousion vocant. in qua non est alius pater alius filius. alius spiritus sanctus. quamvis sit personaliter alius pater. alius filius. alius spiritus sanctus. Quis ordo sit observandus

Secretum ut in libro de trinitate. cum de trinitate

Augustinus docet. Primum secundum agitur

auctoritates scripturarum sanctarum utrum fides se ita habeat: demonstrandum est. Deinde adversus garrulos ratiocinatores elationes. quam capaciores rationibus catholicis et similitudinibus congruis: ad defensionem et assertionem fidei utendum est. ut eorum inquisitionibus satisfacientes: mansuetos plenius instruamus. et illi si nequiverint invenire quod querunt: de suis mentibus potius quam de ipsa veritate vel de nostra assertione conquerantur. Testimonia scripturarum de trinitate.

Proponamus ergo in medium veteris ac novi testamenti auctoritates: quibus divine unitatis ac trinitatis veritas demonstretur. ac primum ipsa legis exordia occurrant. Ubi Moyses ait. Audi Israel. dominus deus tuus deus unus est. Item ego sum dominus deus tuus qui te eduxi de terra Egypti. Non erunt tibi dii alii preter me. Ecce hic significavit unitatem divine nature. Deus enim et dominus ut ait Ambrosius in I libro de trinitate nomen est nature. nomen est potestatis. Item alibi deus loquens ad Moysen ait. Ego sum qui sum. et si quesierint nomen meum. vade et dic eis. qui est misit me ad vos. Dicens enim ego sum. non nos sumus. et qui est non qui sunt. apertissime declaravit unum solum deum esse. In Levitico et Exodi legitur. Dominus omnipotens nomen eius. non ait domini. unitatem volens significare. Personarum quoque pluralitatem: nature unitatem simul ostendit in Genesi. dicens. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Dicens enim faciamus et nostram pluralitatem personarum ostendit. dicens vero ymaginem unitatem essentie. Ut enim dicit Augustinus in libro de fide ad Petrum. Si in illa natura patris et filii et spiritus sancti una esset tantum persona. non diceret faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Cum enim dicit ad ymaginem: ostendit unam naturam esse ad cuius ymaginem homo fieret. cum vero dicit nostram ostendit eundem deum non unam tantum sed plures esse personas. Hylarius quoque in IIII libro de trinitate dicit huius vocis significationem. quod in trinitate non diversitas vel singularitas vel solitudo. sed similitudo et pluralitas sine distinctione. ait enim sic. Qui dicit faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram ostendit. ymago enim sola non est et similitudo non sibi est. nec diversitatem duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit. Item idem in IIII libro. Absolutius voluit intelligi

significatione huius nominis ad se cum est referendum dicitur. faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinem. Professio enim consortii sustulit in
telligentiam singularitatis. quia consortium aliquod non
potest esse ipsi sibi solitario. neque rursum solitudo soli
tarii recipit. faciamus. neque quisquam alieno a se loquitur
nostram. Utrique igitur sermo scilicet faciamus et nostram. ut soli
tarium eundem quod non patitur ita neque diversum a se alienum
que significat. Solitario convenit faciam et meam. non solitario
non convenit dicere faciamus et nostram. Utrique sermo ut non soli
tarium esse. ita nec differentem vel diversum esse significat. Sed
nos quoque et solitarium et diversum esse confitemur? Ita quidem deus
ad communem sibi cum deo ymaginem eandemque similitudinem
hominem refert operari. ut nec significatio efficientie ad
mittat intelligentiam solitudinis. nec operatio constituta
ad eandem ymaginem vel similitudinem patiatur diversi
tatem trinitatis. divinitatis. In his verbis hylarius
pluralitatem personarum voluit intelligi nomine consortii. atque
significavit nomine consortii vel pluralitatis non poni aliquam
remotionem. Pluralitas enim vel consortium personarum esse docet solitu
dinem et singularitatem negat. cum dicimus plures esse personas
significamus quod non est una sola. et ideo hylarius volens unitatem
et trinitatem intelligi ait. Professio consortii sustulit
intelligentiam singularitatis. non dicit posuit aliquid. Ita et cum
dicimus tres personas. singularitatem et solitudinem tol
limus. et quod pater non est solus. nec filius est solus. nec spiritus sanctus est solus
significamus. et quod non pater tantum et filius. nec pater tantum et spiritus sanctus. nec fili
us tantum et spiritus sanctus. De his autem in sequentibus plenius agetur. ubi et
quid tales dicantur tres persone. et utrum aliquid in se
ibi diversitas vel differentia ostenderetur. Ad id quod cepit redit.

Nunc vero ad propositum redeamus. Aliis vero auctoritatibus supra
ad ostendendum pluralitatem personarum

personarum atque essentie divinitatem. aliis sacre aucto
ritatis inducamus. Moyses ait. In principio crea
vit deus celum et terram. per deum significans patrem. per principium
filium. pro eo quod apud nos dicitur deus. hebraica veritas
habet heloym. quod est plurale huius singularis quod est hel.
Quod ergo non est dictum hel quod est deus. sed heloym quod potest
interpretari dii sive iudices. ad pluralitatem personarum
refertur. Ad quod etiam illud videtur attinere quod diabolus
per serpentem dixit. Eritis sicut dii. pro quo in he

breo habetur heloym. ac si diceret. Eritis sicut divine persone.
Ille etiam maximus propheta et regum deus qui sua certus prefert
intelligentiam dicens. Sed simplices intellexit. unitatem divine
nature ostendens ait. Dominus nomen est illi. non dicit domini. Ali
bi etiam eius unitatem et trinitatem simul ostendens ait ex
persona dei. Israel si me audieris non erit in te deus recens
neque adorabis deum alienum. hoc ut dicit ambrosius in i. li. de fide. significat
eternitatem. alium unitatem sive indifferentiam. ut in positio
ne patris. in alterius divinitatis filium vel spiritum sanctum esse condam
nam. Si patre posterior filius vel spiritus sanctus. scilicet recens est. et si unius non
est divinitatis. alienus est. Sed non posterior est quia recens non est. nec alienus
quia ex patre natus est filius. ex patre procedit spiritus sanctus.
Alibi quoque personarum distinctionem insinuans ait. Verbo
domini celi firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alibi etiam ait.
Benedicat nos deus deus noster. benedicat nos deus. et metuant eum omnes fines terre. Trina con
fessio dei trinitatem exprimit personarum. unitatem vero
personarum essentie aperte cum singularitate subiungit eum. Y
saias quoque dicit se audisse seraphin clamantia. Sanctus.
sanctus. sanctus. dominus deus. Per hoc quod dicit ter sanctus trinitatem significat.
per hoc quod subdit dominus deus. unitatem essentie. David etiam
eternam filii generationem aperte insinuat ex persona
filii dicens. Dominus dixit ad me. filius meus es tu. ego hodie genui te.
De hac ineffabili generatione ysaias. Generationem eius
quis enarrabit. In libro etiam sapientie eternitas filii
cum patre monstratur. ubi sapientia sic loquitur. Dominus pos
sedit me in initio viarum suarum antequam quicquam faceret a principio.
Ab eterno ordinata sum. antequam terra fieret. nec dum
erant abyssi. et ego iam concepta eram. nec dum fon
tes. nec dum montes aut colles. et ego parturie
bar. Adhuc terram non fecerat et cardines orbis terre. Quando
preparabat celos aderam. quando appendebat fundamen
ta terre. cum eo eram cuncta componens. et delectabar
per singulos dies ludens coram eo. Ecce apertum de
eterna genitura testimonium. quo ipsa sapientia perhibet
se ante mundum conceptam esse et parturitam. i. genitam.
et apud patrem eternaliter extitisse. Ipsa etiam alibi ait. Ex ore
altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Mi
cheas quoque aperte eternam ubi generationem temporalem et maternam
insinuavit dicens. Et tu bethleem effrata parvulus es
in milibus iuda. ex te egredietur qui sit dominator in

ueris; et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Specialia testimonia

De spiritu sancto et expressa documenta in veteri testamento habemus. **De spiritu sancto.** In Genesi enim legitur: Spiritus domini ferebatur super aquas. Et David dicit: Quo ibo a spiritu tuo? Et in libro Sapientie dicitur: Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. Et ... spiritus sapientie. Ysaias quoque ait: Spiritus domini super me etc.

Nunc post testimonia **de testimoniis novi testamenti** veteris testamenti de fide sancte trinitatis et unitatis ad novi testamenti auctoritates accedamus, ut in medio duum animalium cognoscatur veritas, et forcipe altari sumatur calculus, quo tangantur ora fidelium. Dominus itaque ipse unitatem divine essentie ac pluralitatem personarum aperte insinuat, dicens apostolis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti. In nomine utique ait, ut ait Ambrosius in primo libro de trinitate, non in nominibus, ut unitatem essentie ostenderet; per nomina vero que supposuit, tres esse personas declaravit. Ipse etiam ait: Ego et pater unum sumus. Unum dixit, ut ait Ambrosius in eodem libro, ne fiat discretio potestatis et nature; sed addidit sumus, ut patrem filiumque cognoscas, scilicet ut perfectus pater filium perfectum genuisse credatur, et quod pater et filius unum sint, non confusione persone, sed unitate nature. Iohannes quoque in epistola canonica ait: Tres sunt qui testimonium perhibent in celo: pater et verbum et spiritus sanctus; et hi tres unum sunt. Ipse etiam in initio evangelii sui ait: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum; ubi aperte ostendit filium semper et coeternaliter fuisse apud patrem, ut alium apud alium. Apostolus quoque aperte trinitatem distinguit, dicens: Misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem etc. Et alibi: Si spiritus eius qui suscitavit Ihesum habitat in vobis etc. Trinitatem atque unitatem evidentissime commendat dicens: Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi gloria. Ex ipso, ait, ut Augustinus in primo libro de trinitate dicit, propter patrem; per ipsum, propter filium; in ipso, propter spiritum sanctum. Per hoc vero quod non ait ex ipsis et per ipsos et in ipsis, nec ait ipsis gloria, sed ipsi, insinuavit hanc trinitatem unum dominum deum esse. Et quia singule pene sillabe novi testamenti hanc ineffabilis unitatis atque trinitatis veritatem concorditer insinuant, in inductione testimoniorum super hac re supersedeamus, et tedium

congruis quoque similitudinibus creatura esse per ut infirmitatis nostre valeamus ostendamus. **Incipit ostendere quomodo per creaturam potuit cognosci creator.**

Apostolus namque ait: **Ut cognosceretur creator.** Invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque virtus eius et divinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo propter excellentiam qua excellit alias creaturas, vel propter convenientiam quam habet cum omni creatura. Homo ergo invisibilia dei intellectu mentis conspicere potuit, vel etiam conspexit, per ea que facta sunt, id est per creaturas visibiles et invisibiles. Nam duobus iuvabatur, scilicet natura que rationalis erat, et operibus a deo factis, ut manifestaretur homini veritas. Ideo apostolus dicit: Quia deus revelavit illis, scilicet dum fecit opera in quibus artificis aliquatenus relucet indicium. Nam sicut ait Ambrosius: Ut deus, qui natura invisibilis est, etiam a visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificem visibilitate sua manifestavit, ut per certum incertum posset sciri, et ille deus omnium esse crederetur, qui hoc fecit quod ab homine impossibile est fieri. Potuerunt ergo cognoscere, sive cognoverunt, ultra omnem creaturam esse illum qui eam fecit, quia nulla creatura facere vel destruere naturam. Accedat quelibet creatura et faciat tale celum, talem terram, et dicam quia deus est. Sed quia nulla creatura talia facere valet, constat supra omnem creaturam esse illum qui ea fecit; ac per hoc illum esse deum humana mens cognoscere potuit. **Secundus modus quo potuit cognosci.**

Alio etiam modo dei veritatem **Alius modus quo noverunt.** ducente ratione cognoscere potuerunt vel etiam cognoverunt. Ut enim Augustinus ait in libro de civitate dei: Viderunt summi philosophi nullum corpus esse deum, et ideo cuncta corpora transcenderunt querentes deum. Viderunt etiam quicquid mutabile est non esse summum deum omniumque principium, et ideo omnem animam mutabilesque spiritus transcenderunt. Deinde viderunt omne quod mutabile est non posse esse nisi ab illo qui incommutabiliter et simpliciter est. Intellexerunt igitur eum et omnia ista fecisse et a nullo fieri potuisse. **Tertius modus.**

Consideraverunt et quicquid est in substantiis vel corpus esse vel spiritum, meliusque aliquid spiritum esse quam corpus, sed longe meliorem qui fecit spiritum et corpus.

Intellexerunt et corporis **Quartus modus vel tertius** speciem esse sensibilem et spiritus speciem intelligibilem.

Fructus per: assumptionem; cautionem; compunctionem; doctrinam

et intelligibilem speciem sensibili praetulerunt. Sensibilia dicimus quae visu tactuque corporis sentiri queunt. Intelligibilia quae conspectu mentis intelligi. Cum igitur in eorum conspectu et corpus et animus magis minusque speciosa essent, si autem omni specie carere possent, omnino nulla essent, viderunt esse aliquid ubi prima esset species incommutabilis et ideo nec comparabilis, atque ibi esse rerum principium rectissime crediderunt, quod factum non esset, et ex quo cuncta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci veritas Dei. Cum autem Deus una sit et simplex essentia, quae ex nulla diversitate partium vel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus invisibilia Dei, quia pluribus modis cognoscitur veritas Dei per ea quae facta sunt. Ex perpetuitate namque creaturarum intelligitur conditor aeternus, ex magnitudine creaturarum omnipotens, ex ordine et dispositione sapiens, ex gubernatione bonus. Haec autem omnia ad unitatem divinitatis pertinent demonstrandam. Quomodo in creaturis appareat vestigium trinitatis.

Nunc restat ostendere utrum per ea quae facta sunt aliquod trinitatis indicium vel exiguum haberi potuerit. De hoc Augustinus in libro VI De Trinitate ait: Oportet ut creatorem per ea quae facta sunt intellectum conspicientes, trinitatem intelligamus, cuius vestigium in creaturis apparet. Haec enim quae arte divina facta sunt, et unitatem quamdam in se ostendunt, et speciem et ordinem. Quodlibet enim horum et unum aliquid est, sicut sunt naturae corporum et ingenia animarum; et aliqua specie formatur, sicut sunt figurae vel qualitates corporum ac doctrinae vel artes animarum; et ordinem aliquem petit aut tenet, sicut sunt pondera vel collocationes corporum et amores et delectationes animarum. Ita in creaturis conlucet vestigium trinitatis. In illa namque trinitate summa origo est rerum omnium, et perfectissima pulchritudo, et beatissima delectatio. Summa ergo origo, ut Augustinus ostendit in libro De vera religione, intelligitur Deus pater, a quo sunt omnia, a quo filius et spiritus sanctus. Perfectissima pulchritudo intelligitur filius, scilicet veritas patris, nulla ex parte ei dissimilis, quam cum ipso et in ipso patre veneramur, quae forma est omnium quae ab uno facta sunt et ad unum referuntur. Quae tamen omnia nec fierent a patre per filium, nec suis finibus salva essent, nisi Deus summe bonus esset, qui et nulli naturae quae ab illo bona esse posset invidit, et ut in bono ipso manerent, alia quantum vellent, alia quantum possent dedit. Quae bonitas intelligitur spiritus sanctus, qui est donum patris et filii. Quare ipsum donum Dei cum patre et filio incommutabile colere et tenere nos convenit. Per considerationem itaque creaturarum unius substantiae trinitatem intelligimus, scilicet unum Deum patrem a quo sumus, et filium per quem sumus, et spiritum sanctum in quo sumus, id est principium ad quod recurrimus, et formam quam sequimur, et gratiam qua reconciliamur; unum scilicet quo auctore conditi sumus, et similitudinem eius per quam ad unitatem reformamur, et pacem qua unitati adhaeremus; id est Deum qui dixit Fiat, et verbum per quod factum est omne quod substantialiter et naturaliter est, et donum benignitatis eius quo placuit, quod ab eo per verbum factum est, et conciliatum est auctori ut non interiret. Ecce ostensum est qualiter in creaturis aliquatenus imago trinitatis indicatur. Non enim per creaturarum contemplationem sufficiens notitia trinitatis potest haberi vel potuit sine doctrinae vel interioris inspirationis revelatione. Unde illi antiqui philosophi quasi per umbram et de longinquo viderunt veritatem, deficientes in contuitu trinitatis, ut magi Pharaonis in tertio signo. Adiuvamur tamen in fide invisibilium per ea quae facta sunt. Quomodo in anima sit imago trinitatis.

Nunc ad eam perveniamus disputationem, ubi in mente humana, quae novit Deum vel potest nosse, trinitatis imaginem reperiamus. Ut enim ait Augustinus in XIV libro De Trinitate, licet humana mens non sit eius naturae cuius Deus est, imago tamen eius quo nihil melius est, ibi quaerenda et invenienda est quo natura nostra nihil habet melius, id est in mente. In ipsa namque mente, et antequam sit particeps Dei, eius imago reperitur; et si enim amissa Dei participatione deformis sit, Dei tamen imago permanet. Eo namque ipso imago Dei est mens, quo capax eius est eiusque particeps esse potest. Iam ergo in ea trinitatem quaeramus.

Ecce enim mens meminit sui, intelligit se, diligit se. Hoc si cernimus, cernimus trinitatem, nondum quidem Deum, sed iam imaginem Dei. Hic quaedam apparet trinitas: memoriae et intelligentiae et amoris. Haec igitur tria potissimum tractentur: memoria

riam. intelligentiam. et voluntatem. Hec igitur tria ut ait Aug. in li. x. de t. non sunt tres vite. sed una vita. nec tres mentes. sed una essentia. memoria nam dicitur ad aliquid et intelligentia et voluntas. sive dilectio sicut ad aliquid dicitur. vita autem dicitur ad semetipsam. et mens et essentia. Hec igitur tria eo sunt unum quo una vita. una mens. una essentia. et quicquid aliud ad se ipsa singula dicuntur. et simul non plura sed singulariter dicuntur. eo autem sunt tria quo ad se invicem referuntur. *Quomodo equalia sunt et capiuntur a singulis*

Equalia autem sunt *vel et tota*

non solum singula singulis. sed et singula omnibus. aliodquin non se invicem caperent. Se autem invicem capiunt. capiuntur enim et a singulis singula. et a singulis omnia. Memini enim me habere memoriam et intelligentiam et voluntatem. et intelligo me intelligere et velle atque meminisse. et volo me velle. et meminisse. et intelligere. *Hic ostendit quomodo illa tota*

Totam quoque memoriam *tota memoria capiat*

et intelligentiam et voluntatem simul memini. Quod enim memorie mee non memini hoc illud non est in memoria mea. Nichil autem tam in memoria est quam ipsa memoria. totam igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio. scio me velle quicquid volo. quicquid autem scio memini. Totam igitur intelligentiam totamque voluntatem meam memini. *Quomodo illa tota capiant in*

Similiter cum hec tria *intelligentia*

intelligo. tota simul intelligo. Neque enim quicquam intelligibilium est quod non intelligam nisi quod ignoro. nec memini nec volo. Quicquid igitur intelligibilium non intelligo. consequenter et non memini nec volo. quicquid igitur intelligibilium memini et volo. consequenter intelligo. *An illa tota ca*

Voluntas et etiam *piat voluntas*

totam intelligentiam. totamque memoriam meam capit. dum utor toto eo quod memini et intelligo. Cum itaque invicem a singulis et omnia et tota capiantur. equalia sunt tota singula totis singulis. simul tria et tota singula simul omnibus totis. et hec tria unum. una vita. una mens. una essentia. Ecce

illi summe unitatis atque trinitatis. ubi est una essentia et tres persone. Imago est humana mens licet impar. Sciendum autem hic quod animo tripliciter accipitur. ubi est illa imago trinitatis. et per se ipsa mens dicitur. ut Aug. ait. non alia ipsa sed quod in ea est excellentius. quamvis sepe accipiatur. Illud autem sciendum quod

Hic memoria non solum est absentium et preteritorum. sed et presentium. ut ait Aug. in xiiii. li. de t. aliodquin non se caperet. *Quomodo ex quo sensu illa tria dicantur esse unum et*

Hec attendendum est *una essentia*

diligenter ex quo sensu accipiendum sit quod supponit Aug. illa tria. scilicet memoriam. intelligentiam. et voluntatem esse unum: unam vitam. unam essentiam. Quod utique non videtur esse dicendum secundum proprietatem sermonis. Anima enim i. spiritus rationalis essentia est spiritualis et incorporea. Illa vero tria naturales proprietates seu vires sunt ipsius mentis. et a se invicem differunt. quia memoria non est intelligentia. vel voluntas. nec intelligentia voluntas sive amor.

Et hec tria ad seipsa

referuntur. ut ait Aug. in ix. li. de t. Mens enim amare seipsam vel meminisse non potest. nisi et noverit se. Nam quomodo amat vel meminit quod nescit. Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt a semetipsis. et tamen eorum singulum simul omnia una essentia est. cum et relative dicantur ad invicem.

Sed etiam videndum est *hic aperit quomodo sint queruntur scilicet quomodo*

quod hec tria dicantur *hic tria dicuntur unum*

una substantia. id est. quod in ipsa anima vel mente substantialiter existunt. non sicut accidentia in subiectis que possunt adesse et abesse. Unde Aug. in li. viiii. de t. ait. Admonemur si utcumque videre possumus. hec in animo existere substantialiter. non tamquam in subiecto. ut color in corpore. quia etsi relative dicuntur ad invicem: singula tamen substantialiter sunt in sua substantia. Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse unum vel una substantia. Tria ut ait Aug. in xv. li. de t. In mente naturaliter divinitus instituta quisquis ut natura perspicit et quam magnum sit in ea. unde potest et sempiterna inmutabilisque natura. recoli. conspici.

concupiscit, reminiscitur. Per memoriam intuetur, per intelligentiam amplectitur, per dilectionem perfecte retinet illius summe trinitatis ymaginem. **Quod in ista similitudine est dissimilitudo.**

Verumtamen caveat ne hanc ymaginem ad eandem trinitatem ferme ita ei comparet, ut omnino eam existimet similem; sed potius in quacumque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat. **Prima dissimilitudo.**

Quod breviter ostendit. Quomodo potest homo unus per illa tria meminit, intelligit, diligit; qui nec memoria est, nec intelligentia, nec dilectio, sed hec habet. Unus ergo homo est qui habet hec tria, non ipse est hec tria. In illius vero summe simplicitate nature que deus est, quamvis unus sit deus, tres tamen persone sunt, pater et filius et spiritus sanctus, et hee tres unus deus. Aliud est itaque trinitas res ipsa; aliud ymago trinitatis in re alia, propter quam ymaginem et illud in quo sunt hec tria ymago dicitur, scilicet homo; sicut ymago dicitur et tabula et pictura que est in ea, sed tabula nomine ymaginis appellatur propter picturam que in ea. **Altera dissimilitudo.**

Preterea in ista ymagine que est homo habens illa tria, una persona est. Illa vero trinitas non una persona est, sed tres persone: pater filii, et filius patris, et spiritus sanctus patris et filii. Quamquam in ista ymagine trinitatis non hec tria unus homo, sed unius hominis sunt. In illa vero summa trinitate cuius hec ymago est, non unius dei sunt illa tria, sed unus deus et tres sunt ille, non una persona. Illa enim tria non homo sunt, sed hominis sunt vel in homine sunt. Sed numquid possumus dicere trinitatem sic esse in deo, ut aliquid dei sit, nec ipsa sit deus? Absit. Ut vero edicamus: dicamus quod in mente nostra ymaginis trinitatem exiguam et clementiam esse quam summe trinitatis tantam similitudinem, ut ex maxima parte sit dissimilis. Sciendum vero quod hec trinitas mentis, ut ait Augustinus in xiiii libro de trinitate, non propterea tantum ymago dei est, quia sui meminit mens et intelligit ac diligit se; sed quia potest et meminisse et intelligere et amare eum a quo facta est. **Alia assignatio trinitatis, id est mens, noticia, amor.**

Porrigit et alio modo aliis nominibus distinguit trinitatem in anima, que est ymago illius summe et ineffabilis trinitatis. Unde Augustinus in ix libro de trinitate: Mens et noticia eius et amor, tria quedam sunt. Mens enim novit se et amat se; nec amare potest nisi et noverit se. Duo quedam sunt mens et noticia eius; item duo quedam sunt mens et amor eius. Cum ergo novit se mens et amat se, manet trinitas, scilicet mens, amor et noticia. Mens autem hic accipitur non pro anima, sed pro eo quod in anima est excellentius. **Quomodo dicantur esse unum.**


Hec autem tria sunt distincta, et se invicem tamen dicuntur esse unum, quia in anima substantialiter existunt. **Quod mens quasi pater, noticia filius, amor spiritus sanctus accipitur.**

Et est ipsa mens quasi parens, et noticia eius quasi proles eius. Mens enim cum se cognoscit, noticiam sui gignit, et est sola parens sue noticie. Tertium est amor, qui de ipsa mente et noticia procedit, dum mens cognoscens se diligit se. Non enim posset se diligere nisi cognosceret se. Amat et placitam prolem, id est noticiam suam, et amor quidam complexus est parentis et prolis. **Quod non est amor minor mente vel noticia, nec amor maior.**

Nec minor est proles parente, dum tantum novit se mens quanta est; nec minor amor parente et prole, id est mente et noticia, dum tantum se diligit mens quantum se novit et quanta est. **Quod hec tria in mente.**

Sunt et hec singula in seipsis, quia et mens amans in amore est, **ipsa sunt** et amor in amantis noticia, et noticia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecumque trinitatis vestigium apparet. **Quomodo mens per hec proficit ad intelligendum deum.**

Mens itaque rationalis considerans hec tria, et illam unam essentiam in qua ista sunt, extendit se ad contemplationem creatoris, et videt unitatem in trinitate et trinitatem in unitate. Intelligit unum esse deum, unam essentiam, unum principium. Intelligit etiam quod si duo essent, vel uterque insufficiens esset, vel alter superflueret; quia si aliquid deesset uni, quod alter haberet, non esset ibi summa perfectio; si vero nichil uni deesset, quod haberet alter, cum in uno essent omnia, alter



resplenduit. intellexit quoque unum esse deum. unum omnium esse auctorem. et vidit quod absque sapientia non sit quasi res fatua. et ideo intellexit eum habere sapientiam quam ab ipso genita est. et quod sapientiam suam diligit. intellexit ibi et esse amorem.

Quasi per imaginem creature ... Trinitatis. de unitate trinitatis.

Post hec ... sequitur credamus patrem et filium et spiritum sanctum unum esse deum universe creature conditorem et rectorem. nec patrem esse filium. nec spiritum sanctum vel patrem esse vel filium. sed trinitatem relatarum ad invicem personarum. ut enim ait ipse in libro de fide ad Petrum. Una est natura sive essentia patris et filii et spiritus sancti. non una persona. Si enim sic esset una persona sicut est una substantia patris et filii et spiritus sancti. veraciter trinitas non diceretur. Rursus quidem trinitas esset. sed unus deus trinitas ipsa non esset. si quemadmodum pater et filius et spiritus sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti. sic fuissent naturarum quoque diversitate discreti. Fides autem patriarcharum prophetarum atque apostolorum unum deum predicat esse trinitatem. In illa quoque sancta trinitate unus est deus pater. qui solus essentialiter de seipso unum filium genuit. et unus filius qui de uno patre solus essentialiter natus est. et unus spiritus sanctus qui solus essentialiter a patre filioque procedit. Hoc autem totum non potest una persona. id est gignere se et nasci de se et procedere de se. Item Augustinus in libro I de trinitate. Nulla res est que seipsam gignat ut sit.

Hic oritur questio satis. Hic queritur utrum concedendum sit quod deus genuerit se.

Constat enim et irrefragabiliter verum est quod deus pater genuit filium. Generatur ideo queritur utrum concedendum sit quod deus genuit deum. Si enim deus genuit deum. videtur quod aut se deum aut alium genuit. Si alium deum genuit: non est tantum unus deus. Si autem seipsum deum genuit. aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus sane et catholice concedi quod unus unum genuit. et quod deus deum genuit. quia deus pater deum filium genuit. In symbolo quoque scriptum est. Lumen de lumine. deum verum de deo vero. Quod ergo additur quod genuit se deum vel alium deum. neutrum concedendum esse dicimus. Quod alium deum non genuit manifestum est. quia unus tantum deus est. Quod autem seipsum non genuit ostendit Augustinus in libro I de trinitate dicens. Qui putant eius potentie esse deum. ut seipsum ipse genuerit. eo plus errant quod non solum deus ita non est

sed nec spiritualis creatura nec corporalis. Nulla enim res est que seipsam gignat ut sit. Et ideo non est credendum vel dicendum quod deus genuerit se. alia questio de eodem.

Sed adhuc opponunt garruli ratiocinatores dicentes. Si deus pater genuit deum: aut genuit deum qui est deus pater. aut deum qui non est deus pater. Si genuit deum qui non est deus pater. ergo deus est qui non est deus pater. non ergo unus tantum deus est. Si vero genuit deum qui est deus pater. ergo genuit seipsum. Ad quod respondentes determinamus illam propositionem qua sic proponunt. Si deus pater genuit deum. aut deum qui est deus pater. aut deum qui non est deus pater. hoc enim sane et prave intelligi potest. et ideo respondendus est ita. Deus pater genuit deum qui est ipse pater. hoc omitti esse falsum. et concedimus alteram. scilicet genuit deum. qui non est pater. nec tamen genuit alium deum. sed ille qui genitus est aliud deus est quam pater. sed unus deus cum patre. Si vero additur. genuit deum qui non est deus pater. hoc distinguimus. quia dupliciter potest intelligi. Genuit deum qui non est deus pater. scilicet deum filium. qui filius non est pater qui deus est. hic sensus verus est. Si vero intelligatur sic. Genuit deum qui non est deus pater. id est qui non est deus qui est pater. hic sensus falsus est. Unus enim et idem deus est pater filius et spiritus sanctus. et e converso. pater filius et spiritus sanctus unus est deus. opinio quorundam dicentium esse trinitatem unum deum unam substantiam sed non e converso unum deum scilicet unam substantiam esse tres personas.

Quidam tamen veritatis adversarii concedunt patrem et filium et spiritum sanctum sive tres personas esse unum deum. unam substantiam. sed tamen nolunt concedere unum deum sive unam substantiam esse tres personas. dicentes substantiam divinam predicari de tribus personis. non tres personas de substantia divina. Fides autem catholica tenet et predicat. et tres personas esse unum deum. unam substantiam sive essentiam sive naturam divinam. et unum deum sive essentiam divinam esse tres personas. Unde Augustinus in libro II de trinitate ait. Recte ipse deus trinitas intelligitur beatus et solus potens. Ecce quam expresse dixit. ipse deus trinitas ut ostenderetur et ipsum deum esse trinitatem. et trinitatem ipsum deum. Item in eodem. In hiis inquit verbis apostoli quibus de adventu christi agens dicit. quem ostendet beatus et solus potens

rex regum et dominus dominantium qui solus habet inmortalitatem. et est nec pater ipse notatus est. nec filius nec spiritus sanctus. sed solus et beatus potens. id est unus et solus verus deus qui est ipsa trinitas. Ecce hic aperte dicit unum solum deum verum esse ipsam trinitatem. et sic unus deus trinitas est. et unus deus est tres persone. Item in v. libro de trinitate. Non tres deos. sed unum deum dicimus esse ipsam prestantissimam trinitatem. Item in libro de fide ad petrum sive in expositione symboli. Facile est tamen reddere causam invisibilem sive insensibilem non nisi trinitatem esse credendam. quia est deus unus et verus et solus illam esse naturam que non aut ipsa sit aut ab ipso sit. Crede quod deum esse trinitatem patrem scilicet et filium et spiritum sanctum. Item augustinus in sermone de fide. Credimus unum deum unam esse divini nominis trinitatem. Item in vi. libro de trinitate. Deum solum esse ipsam trinitatem. Ecce his et aliis pluribus auctoritatibus evidenter ostenditur deum unum esse. et concedendum quod unus deus est trinitas. et una substantia tres persone. sicut econverso trinitas deus est et unus deus. et tres persone dicuntur una substantia. redit ad pristinam opinionem scilicet an deus

Nunc ad pristinam pater se deum an alium deum genuit.

questionem redeamus ubi querebatur an deus pater genuit se deum. an alium deum. Ad quod dicimus neutrum fore concedendum. dicit tamen augustinus in epistola ad maximinum. Deus pater alterum genuit verbis suis. Pater ut haberet filium de seipso non minuit seipsum. sed ita genuit de se alterum se. ut totus maneret in se et esset in filio tantus quantus et solus. Quod ita intelligi potest. id est de se alterum a se genuit. non utique alterum deum. sed alteram personam. vel genuit se alterum. id est genuit alterum qui est hoc quod ipse. Nam etsi alius sit pater quam filius. non est tamen aliud. sed unum. Hic queritur an pater genuit divinam essentiam vel ipsa filium an essentia genuit essentiam vel ipsa non genuit nec genita est.

Post hec queritur utrum concedendum sit quod pater genuit divinam essentiam. vel quod divina essentia genuit filium. vel essentia genuit essentiam. an omnino non genuit nec genita est divina essentia. Ad quod catholicis tractatoribus consentientes dicimus. quod nec pater genuit divinam essentiam. nec divina essentia genuit filium. nec divina essentia genuit divinam essentiam. Hic autem nomine essentie intelligimus divinam naturam. que communis est tribus personis. et tota in singulis. Ideo non est dicendum quod pater genuit divinam essentiam. quia si pater diceretur genuisse divinam essentiam: essentia divina relative diceretur ad patrem. vel pro relativo poneretur. Si autem relative diceretur. vel pro relativo poneretur: non indicaret essentiam. ut enim ait augustinus in v. libro de trinitate. quod relative dicitur non indicat substantiam. Item cum deus pater sit divina essentia. si eius esset genitor: esset utique genitor eius rei que ipse est. et ita eadem res seipsam genuisset. quod augustinus negat ut supra ostendimus.

Item si pater est genitor essentie divine. cum ipse essentia divina est. et deus sit. eo quod generatur est. et deus est. Ita ergo illud quod generatur non est a patre deus. sed pater eo quod generat et est et deus est. et si ita est: non genito gignenti. sed gignenti genitum causa est ut et sit et deus sit. Quod inconveniens esse ratione probat augustinus in libro vii. de trinitate. quod pater non est sapiens sapientia quam genuit. quia si ita sapiens esset: ea esset. hoc enim est illi esse quod sapere. Quod si hoc est illi esse quod sapere. non per illam sapientiam quam genuit sapiens pater est. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi est esse quod sapere nisi eo est quo sapiens est. Quapropter que causa est illi ut sapiens sit. et illi ipsa causa est ut sit. Si ergo sapientia quam genuit causa illi est ut sapiens sit. et causa illi est ut sit. Sed causam patri qua sit a patre genitam nullo modo quisquam dixerit sapientiam. Quid enim est insanius? Ita ergo si pater genuit essentiam qua est. essentia quam genuit causa est illi ut sit. Non igitur ipsam qua est essentiam genuit. Nam in illa simplicitate inquit augustinus quia non est aliud sapere quam esse. eadem ibi sapientia que essentia. Ideoque quod de sapientia hic de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam qua sapiens est. ita nec essentiam qua est. Ut enim sapientia sapiens est et potentia potens. ita et essentia ipse est. eadem quia est sapientia et potentia que essentia. Patet itaque ex predictis quod pater essentiam divinam non genuit.

Hic autem videndum est quod Augustinus ait.

Illud etiam quod Augustinus ait in libro de fide ad Petrum: Deus cum verbum genuit, id quod est ipse genuit, nec de nichilo nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de seipso id quod est ipse. Item: Deus pater cum vellet se indicare animis cognituris et voluit et potuit; hoc ad se indicandum genuit quod est ipse qui genuit. Ecce aperte dicit his verbis deum patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est non est nisi essentia divina. Videtur ergo essentiam divinam genuisse. Ad quod dicendum illa verba sic intelligenda esse dicentes: pater de seipso genuit illud quod ipse est, id est filium qui est ipsum illud quod pater est; nam quod pater est et filius hoc est, sed non qui pater est et filius hic est.

Ita et non est dicendum quod divina essentia genuit filium, quia cum filius sit divina essentia, iam esset filius res a qua generatur, et ita eadem res seipsam generaret. Ita etiam dicimus quod essentia divina non genuit essentiam. Cum enim una et summa quedam res sit divina essentia, si divina essentia essentiam genuit, eadem res seipsam genuit, quod omnino esse non potest. Sed pater solus genuit filium, et a patre et filio procedit spiritus sanctus. Quid videatur posse esse contra.

Predictis autem videtur esse contrarium quod dicit Augustinus in libro vi de trinitate: Hoc inquit est deo esse quod sapere. Unde pater et filius simul sunt una sapientia quia una essentia, et singillatim sapientia de sapientia sicut essentia de essentia. Ecce his verbis dicit Augustinus aperte sapientiam de sapientia et essentiam de essentia. Videtur ergo significare quod sapientia sapientiam et essentia essentiam genuit. Item in libro de fide ad Petrum ait sic: Christum dei filium, id est unam ex trinitate personam, deum verum crede, ut divinitatem eius de natura patris natam esse non dubites. Hic videtur dicere quod natura filii sit nata de natura patris. Idem etiam in xv libro de trinitate ait: Dei filius consilium de consilio et voluntas de voluntate, sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Et hic videtur dicere quod substantia sit genita de substantia et sapientia de sapientia.

Sed hec ita determinamus: sapientia de sapientia et substantia de substantia, id est filius qui est sapientia et qui est substantia, est de patre qui est eadem substantia et sapientia; et filius qui est divinitas natus est de patre qui est natura divina. Et ut expressius dicamus, dicimus filium sapientiam esse de patre sapientia, et dicimus filium substantiam esse genitum de patre et a patre substantia. Quod autem ita intelligi debeat Augustinus ostendit in libro vii de trinitate dicens: Pater ipse sapientia est, et dicitur filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris, id est sicut lumen de lumine et utrumque unum lumen, sic intelligatur sapientia de sapientia et utrumque una sapientia et una essentia. Item idem: Christus dicitur virtus et sapientia dei, quia de patre virtute et sapientia dei et ipse virtus et sapientia est, sicut ipse lumen de patre lumine est, et ipse fons vite est apud deum patrem fontem vite. Filius ergo de sapientia patre est, sicut filius lumen de lumine patre et deus filius de deo patre, ut et singulus sit lumen et singulus sit deus et singulus sit sapientia, et simul unum lumen, unus deus, una sapientia. Ecce his verbis manifeste aperit Augustinus ex quo sensu accipienda sint predicta verba et his similia, scilicet cum dicitur substantia de substantia vel substantia genuit substantiam. Quod videtur precedenti expositioni contrarium.

Hic solet idem quoque videri quod Hilarius ait in libro ix de trinitate: Nichil inquit nisi natum habet filius, et geniti honoris aemulatio fit in honore generantis est. Cum ergo filius essentiam habeat, tota in eo est divina essentia, videtur quod ipsa divina essentia nata sit. Item in v libro ait: Nativitas dei non potest eam ex qua profecta est non tenere naturam. Nec enim aliud quam deus subsistit, quod non aliunde quam de deo subsistit. Ecce hic dicit nativitatem dei profectam ex natura, et ita videtur ex his verbis aperte predictis natura dei et genita et genuisse. Quod aperte dicit in libro ix de trinitate: Nos unigenitum deum in forma servi manentem in natura dei mansisse profitemur, nec unitatem servilis forme in naturam divine unitatis refundimus, nec rursus corporali insinuatione patrem in filio predicamus, sed ex eo eiusdem generis genitam viventem naturaliter in se gignentem vivere naturam

que in formam nature se gignentis manens formam nature et infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat dei natura ne esset. sed in se humilitatem terrene nativitatis manens sibi dei natura susceperat. generis sui potestatem in habitu assumpte humilitatis exercens. Ecce hic aperte dicit et naturam genuisse, et naturam genitam, et naturam assumpsisse naturam. quod a pluribus negatur. Item in eodem. Non enim quid ingenito deo contumelia est pretium sibi innascibilem deum esse, et ex innascibili deo natum naturam ingenitam unigenita in nativitatem unigenitam subsistat. Ecce et hic dicit unigenitam naturam. **Quomodo intelligendum sit.**

Sed quia hec verba **premissa verba hylarii** sane vult intelligi, ipse idem dicit in .iiii. libro. Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Hec ergo ita verba intelligi possunt. nichil habet filius nisi natum. id est nichil habet secundum quod deus est nisi quod nascendo accepit. Et ipse nascendo in se patris subsistentem habet naturam. Unde idem hylarius addit in .v. libro. eandem naturam habet genitus quam ille qui genuit. ita tamen quod natus non sit ille qui genuit. Nam quomodo erit ipse cum genitus sit? Sed in his ipsis subsistit ille qui genitus est in quibus totus ipse est qui genuit. quia non est aliunde qui genitus est. et ideo non refertur ad aliud quod in unico subsistit ex uno. ac sic in generatione filii et naturam suam ut ita dicam sequitur indemutabilis deus. indemutabilem deum gignens. nec naturam suam deserit. ex indemutabili deo indemutabilis dei perfecta nativitas. subsistentem igitur in eo dei naturam intelligunt. ut cum in eo deus insit, nec preter eum qui est deus quisquam deus alius sit. quia ipse deus. Natus ergo dei patris veritas in deo filio esse creditur. cum in eo deus intelligitur esse qui deus est. Est enim unus in uno et unus ab uno. **Quod legitur pater de sua substantia filium genuisse et filius de substantia patris.**

Dicitur quoque et frequenter in scriptura sacra **sive patris** legitur pater de sua substantia genuisse filium. Unde aug. in libro de fide ad petrum ait. Pater deus de nullo genitus semel de sua natura sine initio genuit filium deum sibi equalem et eadem qua ipse est naturaliter eternitate et divinitate coeternum. Ecce hic dicit aug. filium genitum de natura patris. Cum autem una natura patris et filii et spiritus sancti. si ergo de natura patris genitus est filius, genitus est de natura filii et spiritus sancti, immo de natura trium personarum. Item quoque aug. in libro .xv. de trinitate dicit christum esse filium substantie patris et de substantia patris genitum. Tractans enim verbum apostoli loquentis de deo patre sic. Qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis sue. quod dictum est inquit filii caritatis sue. nichil aliud intelligatur quam filii sui dilecti. quam filii substantie sue. Caritas quippe patris que in natura eius est ineffabiliter simplici nichil aliud est quam ipsa natura atque substantia. ut sepe diximus et sepe iterare non piget. atque per hoc filius caritatis eius nullus est alius quam qui de substantia eius est genitus. Ecce hic aperte dicit aug. filium esse genitum de substantia patris et filium substantie patris. Item quoque aug. in libro .ii. contra maximinum hereticum. substantiam dei genuisse filium et filium genitum de substantia patris asserit dicens. Carnalibus cogitationibus pleni substantiam dei de seipsa gignere filium non putatis nisi hoc patiatur quod substantia carnis patitur quando gignit. Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei. Nullo enim modo verum dei filium cogitatis si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat

P

hominis filius et deo donante factus est dei filius ex deo natus gratia non natura. An forte et si non hominis filius erat, tamen aliqua creatura erat quecumque creatura et in dei filium deo mutante conversa est. Si nichil horum, ergo aut de nichilo aut de aliqua substantia natus est. Sed ne nos putares de nichilo esse dei filium affirmare, tu non nos dicere de nichilo esse dei filium, de aliqua ergo substantia est: et si non de patris, de qua sit dicito, si non invenis. Iam igitur unigenitum dei filium ihesum christum de patris esse substantia non vos nobiscum pigeat confiteri. Idem etiam in eodem. Utique legimus ut simus in vero filio eius ihesu christo. Videte vos ergo utrum ille verus dei filius ab eis qui gratia filii sunt quadam proprietate discretus de nulla substantia sit. An de aliqua? Non dico sed quisquis de nulla, ne dicam de nichilo. Ergo de aliqua est substantia: quero de qua. Si non de patris substantia est, aliam quere. Si aliam non invenis, patris agnoscite illam et filium cum patre homousion confitere. Item in eodem. Confiteor deum patrem omnino incorruptibilem genuisse quod est ipse genuisse. Item dico quod sepe dicendum est: aut de aliqua substantia natus est dei filius aut de nulla. Si de nulla, ergo de nichilo, quod vos iam non dicitis. Si autem de aliqua nec tamen de patris substantia, non est verus filius. Si vero de patris substantia, unius eiusdemque substantie sunt pater et filius. Vos autem nec filium de patris substantia genitum vultis, et tamen eum nec ex nichilo nec ex aliqua materia sed ex patre esse conceditis, nec videtis quam sit necesse ut qui non est ex nichilo nec ex aliqua re alia sed ex deo, non nisi substantie dei esse non possit, et hoc esse quod deus est de quo est, id est deus de deo natus, quia non aliud pater fuit, sed naturam coeternam de deo est. **Colligens summa predictorum aperit ex**

His verbis premissis innuitur **quomodo sit accipiendum** videtur quod divina substantia filium genuit. **Supra** et quod filius sit genitus de substantia patris, et quod de deo est natura coeterna et quod pater quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est essentia divina est, et ita putant posse dici divinam essentiam genuisse. Vehementer movent nos hec verba que quomodo intelligenda sint...

Malem autem ab aliis audire quam tradere. Sed tamen sine prejudicio animi [struck: reatu] cogitationis melius sensu dicta possunt accipi: natura coeterna de deo est, id est filius coeternus patri de patre est, ita quod est eadem cum eo natura, vel eiusdem substantie. Quem sensum confirmat augustinus ibidem subiciens et quod dixerat explanans. Dicto enim natura coeterna de deo, addidit dicendum non est aliud filium quam illud de quo est, id est unius eiusdem substantie est. De hoc tamen apertius intellectum exponit verbis doctoris hylarii. Augustinus in eodem libro contra maximinum dicens: Trinitas est unius eiusdemque substantie, quod non de aliqua materia vel de nichilo est filius, sed de quo est genitus [struck: pater]. Spiritus sanctus non de aliqua materia vel de nichilo est, sed inde est unde procedit. Hiis utique verbis aperte ostendit eadem ratione dici filium esse de substantia patris, quia de patre genitus ita quod est eiusdem substantie cum eo; et spiritum sanctum esse de substantia patris et filii quia ab utroque procedit ita quod est eiusdem substantie.

Quod nec filius nec spiritus sanctus est de nichilo **tamen de aliquo.**

Ostenditur ergo ex illis verbis filium et spiritum sanctum non esse de nichilo, sed de aliquo, nec tamen de aliqua materia. Unde et hylarius in XII libro de trinitate ait: Unigenitus deus cum natus sit, patrem testatur auctorem, ex immanente natus est, non est natus ex nichilo: et cum ante tempus natus est, omnem sensum preveniunt nascendo. Hic aperte dicitur quod filius non est natus ex nichilo. Similiter et spiritus sanctus non est dicendus esse vel procedere ex nichilo, quia filius de substantia patris natus est, et a patre et filio cum quo est eiusdem substantie et eadem substantia. Ex quo sensu accipiendum est illud: pater genuit id quod est ipse, id est filium qui est id quod pater, et hic ita debere intelligi augustinus aperit dicens in I libro contra maximinum: Si genuit pater quod est aliquid, non est verus filius; si quod est pater non est filius. Item substantia dei genuit filium, id est pater substantia genuit filium qui est eadem substantia et eiusdem substantie. Quod sic esse intelligendum augustinus ostendit dicens ad maximinum: Sicut dicis spiritus spiritum genuit, ita dic spiritus eiusdem nature vel substantie spiritum genuit. Item sic dicis: deus deum genuit, ita dic deus eiusdem nature vel substantie deum genuit. Hoc si credideris et dixeris, nichil de hac re ulterius accusaveris. Huius enim.

Confessum: hoc de nichilo fit ... intellige: hoc non fit ... sic convenit ... et de creatura ... quod non dicit ... fit de aliquo quod non est aliquid ... i. non de placentia.

Anathema qui non genitum filium de substantia patris et anathema sit.

vel ... quid ...

pro natura dicitur genuisse ... / ... voluntate ...

I

verbis aperit quomodo predicta debeat intelligi, scilicet filius
natus est de substantia patris, id est pater genuit filium de sua substantia
sive essentia, id est de se natura et essentia genuit filium
eiusdem essentie ac nature. Sic exponit illud: filius
de substantia patris, id est filius patris substantie, id est qui est substantia cum quo et cuius
eadem substantia est, quia consubstantialis est patri filius. Et hic sen-
sus innuitur ex verbis Augustini, qui in VII libro de Trinitate
ait: tres personas eiusdem essentie, vel tres personas unam
essentiam dicimus; tres autem personas ex eadem esse-
ntia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud
quod persona. ¶ His verbis ostendit non esse dicendas
personas esse ex essentia, nisi ex sensu predicto, qui
sensus confirmatur ex eo quod in XV libro de Trinitate idem dicit: Sic
nata scientia scientie dei sit et nostrum verbum quod nasci-
tur de nostra scientia, dissimile est illi verbo dei quod natum
est de patris essentia. Tale est autem ac si diceretur
de patris scientia, de patris sapientia, vel quod expressius est de
patre essentia, de patre scientia, de patre sapientia. Ex hoc
magis intellectu verbum dei patris unigenitus filius
potentia patris similis et equalis recte dicitur deus de deo,
lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia
de essentia, quod est hoc omnino quod pater, non tamen pater, quia
iste filius, ille pater. Inde est quod solus unigenitus dicitur
natura filius, quia eiusdem nature est et eadem natura est
cum patre. Unde Hylarius in V libro de Trinitate loquens ait: Natura
filius est quia eandem naturam quam ille qui
genuit habet. **Utrum pater voluntate genuit filium an necessitate, an volens an nolens sit deus.**

Preterea queritur utrum pater genuit filium vo-
luntate an necessitate. De hoc Orosius ad Augusti-
num sic ait: voluntate genuit pater filium vel
necessitate? Nec necessitate nec voluntate, quia necessitas
in deo non est, preire voluntas sapientiam non potest.
Quo circa ut Augustinus ait in XV libro de Trinitate, ridenda est dia-
lectica Eunomii, a quo Eunomiani heretici orti
sunt, qui cum non potuisset intelligere nec credere voluit
unigenitum dei filium verbum filium dei esse natum,
id est de substantia patris genitum, non statuere vel dixit esse
filium filium voluntatis dei, volens asserere
accidentem deo voluntatem qua gigneret filium,
sicut nos aliquid aliquando volumus
quod ante non volebamus, propter quod mutabilis in-
telligitur nostra natura, quod absit ut in deo esse credatur.
Dicimus ergo verbum dei esse filium dei natura,
non voluntate, ut docet Augustinus in libro XV de Trinitate, ubi que-
dam catholicum heretico respondentem commendat
dicens: **Responsio contra hereticum**

Acute sane quidam respondit heretico versutis-
sime interroganti utrum deus filium vo-
lens an nolens genuerit, ut si diceret nolens, ab-
surdissima dei miseria sequeretur; si autem
volens, continuo quod intendebat concluderet, scilicet non
nature esse filium sed voluntatis. At ille vigilan-
tissime vicissim quesivit ab eo utrum deus pater
nolens aut volens sit deus, ut si responderet nolens, se-
queretur grandis absurditas et miseria quam de
deo credere magna est insania. Si autem diceret
volens, responderetur ei: ergo et ipse voluntate sua deus est,
non natura. Quid ergo restabat nisi ut obmutesce-
ret sua interrogatione obligatum insolubili
vinculo se videns? Ex predictis docetur non esse con-
cedendum quod deus voluntate vel necessitate vel vo-
lens vel nolens sit deus, item quod voluntate vel
necessitate vel volens vel nolens genuerit filium.

Sed quod hoc opponitur: Sic voluntas dei natura **oppositio contra predicta.**
sive essentia dei, quia non est aliud deo esse et a-
liud velle; et ideo sicut una est essentia trium per-
sonarum, ita et una voluntas. Si ergo deus natura deus est,
et voluntate deus est; et si verbum dei natura filius dicitur,
et voluntate filius dei est. Hoc autem frivole est re-
fellere. Nam etsi in persona dei sit scientia qua scit vel
presciat bona et mala, divina natura sive essentia
est; et predestinatio sive voluntas eius eadem di-
vina essentia est, nec aliud est deo scire vel velle;
quod tamen sit una et eadem scientia dei vel volun-
tas, non tamen dicitur de voluntate quicquid dicitur de scientia,
et e converso. Omnia enim illa sua voluntate deus vult que sua
scientia scit; cum scientia sua noverit tam bona quam
mala, eo quod dicuntur non de exterioribus non esse filium
dei sui, et eos qui dixerunt quod neque cum filio sit, volun-
tate pater genuerit filium, anathematizat sancta ecclesia

Item: Si quis nolente dicat natum filium, anathema sit. Non enim nolente patre coactus vel naturali necessitate ductus, cum nollet, genuit filium; sed mox ut voluit, sine tempore et impassibiliter ex se unigenitum demonstravit. Voluntate dei non vult (...) sciencia autem dei et presciencia de bonis est et malis, voluntas vero et predestinacio de bonis est tantum; et tamen idem est in deo sciencia et voluntas et presciencia et predestinacio. Ita cum unum sit natura dei et voluntas, dicitur tamen pater genuisse filium natura, non voluntate, et esse deus natura, non voluntate.

Qualiter intelligenda sit illa verba: pater non volens nec nolens, et quod nec volens nec nolens genuit filium.

Predicta cum illis quibus prudenter dictum est quod deus pater non volens nec nolens est deus, nec volens nec nolens genuit filium, sive voluntate vel necessitate, sic in illis sensu in videntur accipienda, ut voluntatem precedentem vel accedentem intelligamus, quasi Eunomius intelligebat. Non enim ipse est deus voluntate precedenti vel efficienti, vel volens precedenter est deus, nec voluntate precedenti vel accedenti genuit filium. Nec prius volens est quam generans, nec prius generans quam volens genuit filium. Volens tamen genuit, sicut potens genuit et bonus genuit et sapiens genuit. Et sicut pater et sapiens et bonus dicitur genuisse filium, cur non et volens? Cum idem sit deo esse volentem quod est esse deum, sicut idem est esse sapientem quod est esse deum. Dicamus ergo quod pater sicut sapiens ita volens genuit filium, sed non voluntate precedenti vel accedenti; quem sensum aperit Aug. et confirmat ita dicens super epistolam ad Ephesios: De filio dei, id est domino nostro Ihesu Christo scriptum est, quia cum pater semper fuit et nunquam fuit ut eum esse voluntas patris precessit, et ille quidem non filius est.

Hic queritur an pater potuit vel voluerit gignere filium.

D VI

Hic solet queri a quibusdam utrum pater potuit vel voluerit generare filium. Scienter dicimus quod potuit et voluit generare filium. Si potuit aliquid et voluit quod non potuit nec voluit filius — filius nec potuit nec voluit generare filium. Eorum versucie facile respondemus, dicentes posse vel velle generare filium non est aliquid posse vel velle subiectum voluntati vel potencie; est tamen aliqua potencia vel voluntas, scilicet posse vel velle generare filium. Et ideo distinguenda est intelligencia propositi ubi petitur vel velle gignere filium est posse vel velle aliquid. Sicque generacio filii aliquid eorum est que subiecta sunt divine potencie et voluntati. Nec est aliquid inter omnia vel de omnibus, sed super omnia et ante omnia. Non enim in ante voluit vel potuit quam genuit, quia ab eterno fuit et ab eterno genuit. Exemplum quorum videre possumus: pater enim potest esse pater et vult esse pater, filius autem nec potest nec vult esse pater. Ergo pater potest vel vult esse aliquid quod non potest vel vult esse filius. Non sequitur, quia esse patrem non est esse aliquid, sed in consequentiam ostenditur.

Ponit quoddam verba Aug. quibus moveri potest audiens.

Sed vehementer nos movet quod ait Aug. in libro LXXXIII questionum: Qui asserebat patrem potenciorem filio eo quod genuit filium deum creatorem, filius autem non; dicebat patrem potuisse gignere filium, et ideo potenciorem esse filio. Ad quod verbis Aug. dicere videtur, quod filius potuit gignere, voluisse ostendere patrem non esse potenciorem filio; sed tamen non ubi sic ab sit ut ideo potencior sit pater filio, sicut putabat hereticus. Creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorem; neque enim non potuit, sed non oportuit. Sed diligenter attende hec verba: quod non dixit non potuit, sed non oportuit; tamen non dicit quod filius potuit gignere, sed non oportuit, et ita posuit quod non oportuit. Quare autem non oportuit, addit dicens: Inmoderata enim esset divina generacio, si genitus filius nepotem gigneret patri; quia et ipse nepos nisi avo suo pronepotem gigneret, per mirabilem sapienciam impotens diceretur; similiter eciam ille si nepotem non gigneret avo suo, et pronepotem

patio suo non quibit aliquatenus omnipotens nec inpleretur generationis serie. Et sic ut semper alter ab altero nasceretur, nec eam perficeret ullus, si non perficeret unus omnipotens. Sciat: omnipotentem genuit filium patris natura, non fecit. *Oppositio libri Augustini.*

Hoc enim non videtur quibusdam posse stare, scilicet quod filius potuerit gignere. Si enim filius potuerit gignere, potuit esse pater. Si potuit, potuit ergo esse pater vel sui ipsius vel patris vel spiritus sancti vel alicuius alterius. Sed alterius non, quia nullus alius semper fuit; nec patris, quia pater est ingenitus et innascibilis; nec sui, quia nulla res se ipsam gignere potest; nec spiritus sancti, quia nasci non potuit. Si enim nasci potuit, potuit esse filius, et ita mutabilis esse potuit. *Responsio quomodo sit intelligenda.*

Quod ergo accipietur quod superdictum est: sed verum si potuit gignere, sed non oportuit? Quod si potuit sed non oportuit, non nobis perspicuum est aperire quo sit ... et ideo sub silentio potius esset pretereundum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instancia querentium. *Responsio ex qua sit intelligendum.*

Potest ergo sic intelligi: non genuit non quia non potuit, sed quia non oportuit, id est non ex impotentia sua fuit quod filium non genuit, sed quia non conveniebat. Sicut Deus filius non est Deus pater, nec tamen hoc est ex impotentia sua. Nam et pater solus est ..., nec hoc est ex impotentia patris. Sed querit Maximinus Arrianorum episcopus: Unde ergo est quod pater non potest esse filius vel filius pater? Non utique ex impotentia, sed ex proprietate generationis pater est, quod oportet eum non esse filium, et filius proprietate nativitatis filius est, quod oportet eum non esse patrem. De quibus proprietatibus plenius tractabitur. *Utrum pater sit potens gignere filium an sit potentia que sit in filio.*

Preterea queritur a quibusdam si pater potens est gignere filium, an sit aliqua potentia que sit in filio. Ad quod dicimus quia ... Et si inquiunt illi: Si potens est gignere, habet ergo potentiam gignendi; filius autem non habet potentiam gignendi, quia non potest gignere; habet ergo pater aliquam potentiam quam non habet filius. Non sequitur. Eandem enim potentiam penitus habet filius quam et pater, qua pater potuit gignere et filius potuit gigni.

Eadem enim potentia est in filio qua potuit gigni, que est in patre qua et potuit gignere. Sed et hic opponitur aliud esse posse gignere, aliud posse gigni, quia aliud est gignere, aliud gigni. Hic ergo distinguendum est. Si dicitur aliud est posse gignere, aliud posse gigni, aliam significans potentiam qua pater potens est gignere et aliam qua filius potens est gigni, falsus est intellectus. Si autem dicas per eam posse hec aliam proprietatem sive notionem qua genitor est, et filium aliam qua genitus est, verus est intellectus. Aliam enim proprietatem habet pater qua pater est, aliam filius qua filius est. *Quomodo sit intelligendum filium non habere potentiam generandi.*

Item cum dicitur filius non habet potentiam generandi quam pater habet, dupliciter intelligi potest. Si enim dicatur non habet filius potentiam generandi quam et pater, id est qua potens sit ad generandum, id est ut genuerit vel ut generet sicut pater, verum est. Si vero intelligatur sic: non habet potentiam qua possit gigni vel genitus esse, qua eadem pater potens est ut genuerit vel ut generet filium, falsum est. Sic dicitur: pater habet potentiam qua potest esse pater, filius non; non habet potestatem qua possit esse pater; et econverso filius habet potestatem qua potest esse filius, pater non; non habet potestatem qua potest esse filius. Habet ergo aliquam pater quam non habet filius, et econverso. Ad hoc dici potest quia eadem est potentia patris qua potest esse pater, et filii qua potest esse filius. Ita et eadem est voluntas qua pater vult esse pater, non filius, et filius vult esse filius, non pater; et eadem est voluntas filii qua vult esse genitus et patrem genuisse, et patris qua vult esse genitor et filium genitum esse. *Nunc de proprietate et immutabilitate et simplicitate essentie dei.*

D VIII

Nunc de veritate sive proprietate et incommutabilitate atque simplicitate divine nature vel substantie sive essentie agendum est. Est itaque Deus, ut ait Augustinus in libro V de Trinitate, sine dubitatione substantia, vel si melius hoc appellatur essentia, quam Greci usiam vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia, et ab eo quod est scire dicta est scientia;

ita ab eo quod est esse dicta est essentia.
Et quis magis est quam ille qui dixit famulo suo
Moysi: Ego sum qui sum; et: Dices filiis
Israel: Qui est misit me ad vos. Ipse vere ac proprie dicitur
essentia, cuius essentia non novit preteritum
vel futurum. Unde Ieronimus ad Marcellam scribens
ait: Deus solus qui exordium non habet, vere
essentie nomen tenuit, quia in eius compa-
ratione qui vere est quia incommutabilis est,
quasi non sunt que mutabilia sunt.
De quo enim dicitur fuit, non est; et de quo dicitur erit, non-
dum est. Deus autem tantum est, qui non novit fuisse
vel futurum esse. Solus ergo Deus vere est, cuius essentie
comparatum nostrum esse non est. Qualiter intelligenda sint verba Ieronimi querendum est.
Hic diligenter advertendum est
quomodo intelligi debeant illa verba
Ieronimi, scilicet: Deus tantum est et non novit fuisse vel
tamquam non posset dici de Deo fuit vel erit, cum tamen
etiam de Deo frequenter Scriptura reperiantur: fuit ab
eterno, fuit semper, et erit in secula, et huiusmodi. Vel quia
tamen non est dicendum de Deo fuit vel erit vel est vel est.
Si enim diceretur tantum fuit, putaretur quod desie-
rit esse. Si diceretur tantum erit, putaretur quod fuit semper
sed esse coeperit. Si tantum diceretur est, puta-
retur non esse modo. Dicatur ergo quia semper
fuit et est et erit, ut intelligatur quod nec coepit, nec
desiit, nec desinit, nec desinet esse. De hoc Augustinus super
Iohannem ait: Cum de sempiterna re proprie dicatur
est, nos vero dicimus fuit et erit: fuit, quia numquam defuit; erit,
quia numquam deerit; est, quia semper est. Non preterit quasi quod non mane-
at; non oritur quasi quod non erat. Cum ergo
nostra locutio per tempora varietur, de eo vere di-
cuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo
tempore defuit vel deest vel deerit. Et ideo non
mirum si de Spiritu Veritatis Veritas loquens
dixit per futurum: Quecumque audiet loquetur. Au-
diet, scilicet ab eo a quo procedit. Audire illi est
scire, scire vero est esse. A quo ergo est illi essen-
tia, ab illo audientia, id est scientia, que non est aliud

quam essentia. Audientia ergo dicitur de eo quod audivit et
audit, id est quod semper scivit et scit et sciet. Sic et alie huiusmodi dictiones verba cuiuslibet
verba cuiuslibet temporis dici de Deo; sed ipse est illud quod
quod semper dicit. Ita intelligendum est: non novit
fuisse vel futurum esse, sed tantum esse, id est cum dicitur de Deo
quod fuit vel erit, non est intelligendum quod preterierit
vel futurus sit, sed quod existat simpliciter sine aliquo
temporali motu. Licet enim verba sint diversa
diversorum temporum de Deo dicantur ut fuit, erit, est,
erat, non tamen temporalis motus notio distinguitur,
scilicet preteritum vel futurum, preteritum vel imperfectum, vel
preteritum perfectum, vel preteritum plusquamperfectum,
sed essentiam sive existentiam divinitatis
simpliciter insinuant. Deus ergo solus proprie dicitur essen-
tia vel esse. Unde Hilarius in VII libro de Trinitate ait: Esse non
est accidens Deo, sed subsistens veritas et manens
causa et naturalis generis proprietas. Hic loquitur de incommutabilitate.
Dei etiam solius essentia
proprie incommutabilis dicitur, quia nec
mutatur nec mutari potest. Unde
Augustinus in V libro de Trinitate: Alie, inquit, essentie
vel substantie capiunt accidentia, quibus in eis fi-
at vel magna vel quantacumque mutatio. Deo
autem aliquid huiusmodi accidere non potest. Et ideo sola sub-
stantia vel essentia que est Deus incommutabilis est,
cui profecto maxime ac verissime competit esse.
Quod enim mutatur non servat ipsum esse, et quod
mutari potest, etsi non mutetur, potest quod fuerat
non esse. Ideoque illud solum quod non tantum non mu-
tatur, verum etiam mutari non potest omnino, verissime dicitur esse,
id est vere perfecte et simpliciter. Ideo Apostolus de Deo loquens
ait: Qui solus habet immortalitatem. Item Augustinus ait
Augustinus in I libro de Trinitate: Cum anima quodammodo immortalis
dicatur esse et sit, non diceret Apostolus: Solus habet immor-
talitatem, nisi quia vera immortalitas incom-
mutabilitas est, quam nulla potest habere cre-
atura, quia solius creatoris est. Unde Iacobus in epi-
stola canonica ait: Apud quem non est transmutatio
nec vicissitudinis obumbratio. Unde David.

Mutabis ea et mutabuntur; tu autem idem ipse es. Augustinus super Genesim dicit quod nec per loca nec per tempora movetur. Creatura vero per tempora et loca movetur; per tempora movetur per affectiones commutatur. Deus autem nec loco nec affectione mutari potuit. Unde per prophetam ait: Ego Deus et non mutor. Qui est vere immutabilis solus. Unde recte dicitur solus habere immortalitatem, sic in omni enim mutabili natura, ut ait Augustinus, quaedam nonnulla mors est ipsa mutatio, quia non facit aliquid in ea non esse quod erat. Unde et ipsa anima humana, quae ideo dicitur immortalis quia secundum modum suum numquam desinit vivere, habet tamen quandam mortem suam, quia si iuste vivebat et peccat, moritur iustitiae; si peccatrix erat et iustificatur, moritur peccato, ut alias eius mutationes taceantur, de quibus nimis longum est disputare. Et quia creaturarum natura caelestium mori potuit, quia peccare potuit, siquidem et angeli peccaverunt et daemones facti sunt, quorum est diabolus princeps. Et qui non peccaverunt, peccare potuerunt. Et cuicumque creaturae rationabili praestatur ut peccare non possit, non est hoc naturae propriae sed Dei gratiae. Et ideo solus Deus, ut ait Apostolus, habet immortalitatem, qui non cuiusquam gratia sed natura sua non potuit nec potest aliqua conversione mutari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare. Item Augustinus super Genesim [illegible] Dei sua illa sua incommutatione mutabilia faciendo, et cum nullo suo temporali motu temporalia creantem intueri et nosse, licet sit difficile, opus. [illegible] incommutabilis est, ut sola vera immutabilis essentia, quae sibi sui commutatione [illegible] naturas. **De simplicitate**

Eadem quoque sola proprie ac vere simplex est, ubi non partium diversitas sive variatio vel accidentium seu quarumlibet formarum ulla est multitudo. Ut autem sciatur quomodo simplex sit illa substantia, ut te doceret Augustinus in VI. de Trinitate, quod omnis creatura sit multiplex et nullo modo vere simplex, et prius de corporali et postea de spirituali creatura. Corporalis utique creatura partibus constat, ita ut sit ibi alia pars maior, alia minor, et maius sit totum quam pars quaelibet, et in unoquoque corpore aliud est magnitudo, aliud est color, aliud figura. Potest enim minuta magnitudine manere idem color et eadem figura, et colore mutato manere eadem figura et eadem magnitudo. Ac per hoc multiplex esse convincitur natura corporis, simplex autem nullo modo.

De spirituali creatura ostendit quod sit multiplex et non simplex.

Creatura quoque spiritualis, ut est anima, in comparatione quidem corporis est simplex; sine comparatione vero corporis multiplex est et non simplex. Quae ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spatium loci, sed in unoquoque corpore et in toto tota est et in quibuslibet et in qualibet parte eius tota est. Et ideo cum fit aliquid in quamvis exigua particula corporis quod sentiat anima, quamvis non fiat in toto corpore, illa tamen tota sentit, quia totam non latet. Sed tamen et in ipsa anima non est vera simplicitas. Cum enim aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem; aliud cupiditas, aliud timor, aliud laetitia, aliud tristitia; possintque haec et alia huiusmodi innumerabilia in animae natura inveniri, et alia sine aliis, et alia magis, alia minus, manifestum est non simplicem sed multiplicem esse animae naturam. Nihil enim simplex mutabile est; omnis autem creatura mutabilis est. Nulla ergo creatura vere simplex est. Deus vero, etsi multiplex dicatur, vere tamen et summe simplex est. Dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, et quicquid aliud non indigne dicitur. Sed eadem magnitudo eius est quae sapientia; non enim mole magnus est, sed virtute; et eadem bonitas quae sapientia et magnitudo et veritas; et non est aliud ipsi beatum esse et aliud magnum aut sapientem aut verum aut bonum esse aut omnino esse. **Qualiter Deus cum sit simplex tamen multiplex dicatur.**

Hic diligenter notandum est, cum dicat Augustinus solum Deum vere simplicem esse, cur dicat eundem multiplicem dici, sed non propter diversitatem accidentium, ut [illegible] dicat.

sed propter diversitatem ac multitudinem nominum
que de deo dicuntur; que licet multiplicia sint, unum
tamen significant, scilicet divinam naturam; sed
cum non ita accipiuntur cum de illa incommutabili
aeternaque substantia, incomparabiliter simpliciore quam
est humanus animus, dicuntur, quemadmodum
cum de creaturis dicuntur. Unde Augustinus in libro VI de Trinitate: Homini
est esse quod est fortem esse vel sapientem esse vel
iustum esse; et si quid aliquid de simplici mul-
tiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris,
quo substantia eius significetur. Humano autem animo
non est hoc esse quod fortem esse aut prudentem
aut iustum: potest enim esse animus et nullam istarum
virtutem habere. **Tanta est dei simplicitas quod nulli**

Quod in natura deitatis **praedicamentorum subiectum**

Quod autem in natura deitatis
nulla sit accidentium diversitas
nullaque penitus mutabilitas, sed perfecta simpli-
citas, ostendit Augustinus in libro V de Trinitate dicens: Intelli-
gamus deum, si quantum possumus, sine qualitate
bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia crea-
torem, sine situ praesidentem, sine habitu omnia conti-
nentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiter-
num, sine ulla sui mutatione mutabilia faci-
entem, nihilque patientem. Quisquis ita deum
cogitat, etsi nondum potest omnino invenire
quid sit, pie tamen cavet quantum potest aliquid
de eo sentire quod non sit. Ecce subtiliter intendas.
Ex his autem praedictis apparet illa praedicamenta
artis dialecticae dei naturae minime convenire,
que nullis subiecta est accidentibus. **Quod deus non proprie**

Unde nec proprie dicitur substantia, ut Augustinus ostendit **sed abusive dicitur**
in libro VII de Trinitate: Sicut ab eo quod est esse appellatur **substantia**
essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus, si tamen
dignum est ut deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus
recte intelligitur in quibus subiecta sunt ea que
in aliquo subiecto esse dicuntur, sicut in corpore color aut
forma. Corpus enim subsistit et ideo substantia est. Res ergo mu-
tabiles neque simplices proprie dicuntur substantiae. Deus autem si

subsistit ut substantia proprie dici possit, est in eo aliquid tamquam
in subiecto, et non est simplex. Nefas est autem dicere
ut subsistat deus et subsit bonitati suae, atque illa bo-
nitas non substantia sit, vel potius essentia, nec ipse deus
sit bonitas sua, sed in illo sit tamquam in subiecto.
Unde manifestum est deum abusive substantiam vo-
cari, ut nomine usitatiore intelligatur
essentia, quod vere ac proprie dicitur; ita ut fortasse solum
deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus,
quia incommutabilis est. **Quod non sit in deo aliquid**

Huius autem essentiae simplicitas **quod non sit deus.**
ac sinceritas tanta est, quod non est in ea aliud
aliquid quod non sit ipsa, sed idem est habens et quod habetur.
Unde Hilarius in VII libro de Trinitate ait: Non ex compositis deus
qui vita est subsistit, neque qui virtus est ex infir-
mis continetur, nec qui lux est ex obscuris
coaptatur, nec qui spiritus est ex disparibus formabi-
lis est: totum quod in eo est unum est. Idem in octavo
libro de Trinitate: Non humano modo ex compositis deus est,
ut in eo aliud sit quod ab eo habetur, et aliud sit
ipse qui habeat; sed totum vita est, natura scilicet
perfecta et infinita, et non ex disparibus constituta,
sed vivens ipsa per totum. De hoc etiam Boethius in I
libro de Trinitate: Quocirca hoc vere unum est in quo
nullus numerus, nullum in eo aliud praeter
id quod est. Neque enim subiectum fieri potest.
Augustinus in libro de fide dicit: Natura non est
aliquid quod non sit subiecta, quasi aliud
ibi sit substantia, aliud quoque accidat substantiae; sed quicquid
ibi intelligi potest, substantia est. Verum haec dici possunt,
credi et cerni; videri autem nisi pio corde
omnino non possunt. Idem in libro XI de civitate Dei: Simplex dici-
tur in natura cui non sit aliquid habere quod vel
sit, quod habet, sicut immutabilis simplex est
substantia. Unde Isidorus ait: Deus simplex dicitur sive non
amittendo quod habet, sive quia aliud non est ipse
et aliud quod in ipso est. Ecce quanta sit simplici-
tas atque sinceritas naturae divinae; et tamen

in ea personarum trinitas. Vnde Aug. xi. de ciuitate
dei. Ait. Ideo propterea natura summi boni simplex
dicitur quia pater in ea solus aut filius solus aut
spiritus sanctus solus uel ipsa sola est trinitas ista nominum
trinitas sine substancia personarum sicut Sabelliani
putauerunt. Sed ideo simplex dicitur quia est hoc quod habet ex-
cepto quod relatiue queque persona ad alteram dicitur. Non
est ipsa. Nam utique pater habet filium ad quem re-
latiue dicitur nec tamen est filius. Habet pater filium nec tamen ipse est
pater. In quo uero ad semetipsum dicitur non ad alterum
hoc est quod habet. Sicut ad se ipsum dicitur uiuus habendo uitam
et eadem uita ipse est. Propter hoc itaque natura hec dicitur
simplex quod aliud non sit habens et aliud id quod habet
sicut in ceteris rebus est. Non enim habens liquo-
rem liquor est nec corpus color est nec anima est sa-
piencia. Ecce quanta est identitas perfectionis quanta
est unitas summa immutabilitas simplicitas puritas
diuine essencie uera tamen firmitatis sue ualitudine
assignauimus. De distinctione personarum

Nunc ad distinctionem personarum accedamus. Teneamus igitur
ut docet Aug. in I. de fide ad Petrum patrem et
filium et spiritum sanctum unum esse naturaliter deum nec tamen
ipsum patrem esse qui filius nec filium ipsum esse qui
pater est nec spiritum sanctum ipsum esse qui pater est aut filius.
Vna est enim essencia patris et filii et spiritus sancti in qua
non aliud pater non aliud filius est. Natus est:
erat quando non erat filius. aliud hoc tres sed
similiter sic alius pater alius filius alius spiritus sanctus.

Sempiternus enim est apud filius. Hic de coeter-
nitate. Sed ideo aiunt nec tamen ante fuit pater quam non filius.
Pater et filius coeterne cum sibi sunt tres persone.
Sed contra hoc inquiunt heretici uel tenent argu-
mento. Sunt id est de te omne quod natum est prin-
cipium habet et ideo quia filius est principium
habet et esse cepit. Quod hereticorum ore sic dictum est. Nam
ipse arrius sic meminit. Aug. in vi. li. de c. opere
se referunt: si filius est natus est: si natus est:
erat quando non erat filius. Responsio Augustini catholica

Quod hoc dictum intelligitur etiam natum esse
deo sempiternum. Et dicit sic coeternus patri
filius sicut splendor qui gignitur ab ig-
ne atque diffunditur coeuus est illi. Et es-
set coeternus si ignis esset eternus. Item sic
dei filius inquid Augustinus argumentum contra hereticos

Virtus et sapiencia dei. Nequam quam enim
fuit deus sine uirtute et sapiencia. Coeter-
nus est deo patri filius. Dicit autem apostolus
Christum esse dei uirtutem et dei sapienciam.
Quando igitur non fuit quando non fuit filius
aut aliquando deus non habuit uirtutem et sa-
pienciam quod dementis est dicere. Constat autem quod semper
habuit sapienciam. Semper igitur habuit
filium. Responsio Ambrosii ad idem auctoritate

Eidem quoque questioni Ambrosius fulta
ambiguitati in hunc modum respondit. Ego
tamen quam filium natum esse confiteor. quod reli-
quum est impietatis horreo. Scriptum est
enim in ueteri t. et in ultimum epistolis; dicam
Ante me non fuit alius deus et post me non
erit. Quis hoc dicit pater an filius? Si filius
ante me inquid non fuit alius deus; si pater
quid post me non erit? Hoc est potest esse ille posterio-
rem non habet. In uicem cum inse et pater in filio
et filius in patre cognoscitur. Cum enim patrem
dixeris eius etiam filium designasti quia
nemo sibi ipse pater est. Cum filium nomina-
ueris patrem fateris quia nemo ipse filius est sibi.
Itaque non filius sine patre nec pater sine filio potest
esse. Semper igitur pater semper et filius. Item idem Ambro-
sius dicit. Inclusi inquam heretice hereticum.
Fuit nequam omnipotens deus pater non erat
et deus non erat et deus erat. Nam si pater esse cepit er-
go deus posterior erat et postea pater factus est. Quomodo
igitur immutabilis deus est? Si enim deus postea
pater fuit utique generationis accessione muta-
tus est. Sed auertat deus hanc amenciam.

Sed querunt inquid ante aurium fabule et quomodo
quomodo si filius sit non potest uel qui sit filius an habeat patrem
habeat patrem. Quero et ante quo potest sic ingenitus deus et
ineffabilis est.

filium patrem esse genitum. Unde: Impossibi-
le est generationem scire; secretum mentis excedit;
nox silet; non mihi tantum sed et angelis; supra
potestates et supra angelos et supra cherubim et
seraphim et supra omnem sensum est; quia scrip-
tum est: pax Christi supra omnem sensum.
Quomodo non est supra omnem sensum tanta gene-
ratio? Tu quoque manum ad os admove; scrutari
non licet superna mysteria. Licet scire quod natus
sit; discutere non licet quomodo natus sit. Illud
negare mihi non licet; hoc quaerere metus est. In-
effabilis est enim illa generatio. Unde propheta: Ge-
nerationem eius quis enarrabit? Quod plurimi di-
Quidam tamen de ingenio suo cuntur generationem
praesumentes dicunt illam ge non est
nerationem posse intelligi et aliis. Hieronymum in-
haerentes illi auctoritati Ieronimi super Ecclesia-
sten: in sacris scripturis quod saepissime non
pro impossibili sed pro difficili ponitur, ut ibi:
Generationem eius quis enarrabit? Sed non sic
dixit Ieronimus ideo quod generatio filii eterna
plene intelligi vel explicari possit a quo-
quam mortalium; sed quia de ea aliquid intel-
ligi vel dici potest. Quidam tamen hic accipiunt dic-
tum de temporali Christi generatione. Utrum debeat dici

Sic quaeri potest, cum generatio filii quod semper
a patre nec principium habeat nec genitus
finem, quia eterna est, utrum debeat dici et filius
filius semper gignitur vel semper genitus esse
vel semper gignatur. De hoc Gregorius super Iob ait: Do-
minus Deus Iesus Christus in eo quod virtus et sapientia est Dei,
de patre ante tempora natus est, vel potius quia
nec coepit nasci nec desiit, dicamus verius semper
natus. Non autem possumus dicere semper nas-
citur, ne imperfectus esse videatur. At vero
ut eternus designari valeat et perfectus,
et semper dicamus et natus, quatenus et natus
ad perfectionem pertineat et semper ad eternita-
tem. Quamvis per hoc ipsum quod perfectum dicimus,
multum ab illius veritatis expressione
deviamus; quia quod factum non est, nec
potest dici perfectum; sed balbutiendo ut pos-
sumus excelsa Dei resonamus. Et Dominus noster in-
firmitatis verbis condescendens: Estote in-
quid perfecti sicut et pater vester caelestis perfectus est.
Super illum locum psalmi: Ego hodie genui te,
de hac generatione filii ita loquitur Augustinus di-
cens: Quamquam prophetia quod dicit hodie possit in-
telligi dies ille quo Christus secundum hominem na-
tus est, tamen quia hodie praesentiam significat
atque in eternitate nec praeteritum quicquam
est quasi desierit, nec futurum quasi nondum
sit, sed praesens tantum, quia quicquid eternum est semper
est, divinitus accipitur de sempiterna genera-
tione Dei. Ecce hic ubi ostendit Augustinus quod gene-
ratio filii semper est, nec praeterita nec futura est,
quia eterna est. Ideo enim dixit: Genui, ne no-
vum putaretur, scilicet ne videretur incepisse; ho-
die dixit, ne praeterita generatio videretur. Ex his
ergo verbis prophetae, ut ait Iohannes Crisostomus,
nichil aliud manifestatur nisi quod ex ipsa es-
sentia ~~patris~~ semper genitus est filius. Origenes

Origenes vero super Ieremiam dicit dicit quod semper
quod filius semper generatur generatur filius a patre
aperte his verbis: Salvator noster est sapientia Dei;
sapientia vero est splendor lucis eternae. Salva-
tor ergo noster splendor est claritatis. Splendor autem
non semel nascitur et desinit, sed quotiens or-
tum fuerit lumen ex quo splendor oritur,
totiens etiam oritur splendor claritatis.
Sic et salvator semper nascitur. Unde ait in libro
sapientiae: Ante omnes colles generat me, non
ut quidam male legunt, generavit me.
His verbis aperte ostendit Origenes sane dici pos-
se et debere semper filium nasci. Quod videtur
illi verbo Gregorii contrarium, scilicet non possumus dicere
semper nascitur. Augustinus in libro lxxxiii. quaestionum: sem-
per nascitur, quia qui semper nascitur non-
dum natus est; et numquam est natus, aut natus
erit, si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud

natum esse. ac per hoc numquam filius est si numquam natus est. Filius autem est quia natus. et semper filius. semper ergo natus. Exponit premissa verba Gregorii ne

Set ne tanti auctoris illius Gregorii dicta pervertere videantur

Sed ne tanta videantur. illa verba Gregorii auctore ex

intelligere interpretemur. Dominus in quid Ihesus sic

ante tempora est natus de patre vel potius qui tal

non cepit nasci nec desiit. dicamus verius semper natus. sed quo verius dicatur idest hoc scilicet quod de patre ante tempora natus est. Illud enim sacrosancta ecclesia et catholica fides tenet et predicat. non in quo volebat intelligi. sed ad maiorem evidenciam et expressionem veritatis dicitque illud. Ihesus secundum illius omnis calumpniandi versutias divi illius hereticis obstruitur aditus. quibus generacio eius et eternitatem sine inicio et sine fine esse ac perfecta monstratur. Non autem quia adeo aperte manifestatur veritas cum dicitur filius ante tempora genitus de patre. et ideo dicit ego quod non possumus dicere semper nascitur. non inquam convenienter ita. non ita congrue ad explanacionem veritatis. potest tamen dici si sane intelligatur. semper enim nascitur filius de patre. ut ait Origenes. quod non cotidie iteretur illa generacio. sed quia semper est. semper ergo nascitur. idest nativitas eius sempiterna est. Quod semper filius generatur confirmat ex dictis Hillarii

Hylarius quoque dicit filium nasci ex patre in .i. viii. de trinitate. hiis verbis. viventis dei et nature eterne viventis potestas est. et quod cum sacramento scientie sue ex eo nascitur. potuit aliud esse quam vivens. nam cum dicit sicut misit me vivens pater et ego vivo per patrem. docuit vitam sibi per viventem patrem inesse. Ecce hic quia filius nascatur ex patre. Item in eodem cum dicit Christus sicut pater habet vitam in se. sic et filio dedit vitam habere in semetipso. omnia viva sua ex viventie testata est. Quod autem ex vivo vivum natum est. habet nativitatis perfectionem sine novitate nature. non enim novum est quod ex vivo generatur in vivum. quia nec ex nichilo est et vitam nativitatem sumit ex vita. natura nec esse fecitate est per nature unitatem et perfecte nativitatis sacramentum. ut et in vivente vivat et in se habeat vitam viventem. Ecce et hic dicit quia generatur ex vivo vivens filius. Item in eodem. Nichil totum quod est vivit. deus enim vita est et ex vita non potest quicquam esse nisi vivum. nec ex derivatione sed ex virtute nativitas est. Ac sic dum totum quod est vivit et dum totum quod ex eo nascitur vivum est. habet nativitatem filius non demutacionem. Ecce et hic dicit quod nascitur. Item in v. idest donat pater filio tantum esse quantum ipse est et innascibilitatis esse per imaginem sacramento nativitatis impertit. quem ex se in forma sua generat. Hic dicit quia generat pater filium.

Diximus ergo filium natum de Vocis quod de hiis patre ante tempora et semper nasci credendum et de patre. sed congruencius semper natum sit et eundem fateamur ab eterno esse patri coeternum idest auctori. Pater enim generacione auctor filii est. ut in sequenti ostendetur. Sicut ergo pater est eternus. ita et filius est eternus. sed pater sine auctore. filius vero non. quia pater innascibilis. filius natus. Unde ait Hylarius in xii. de trinitate. Aliud est sine auctore semper esse eternum. Aliud patri idest coeternum esse et auctori. Ubi autem pater auctor est. ibi et nativitas est. quia sicut nativitas ab auctore est. ita et ab eterno auctore eterna nativitas est. Omne autem quod semper est et eternum est. Sed non omne quod eternum est et innatum est. Quod ergo ab eterno nascitur. habet eternum esse quod natum est. Quod autem non natum est. id cum eternitate non natum est. quod vero ex eternitate natum est. id si non eternum natum est. iam non erit et pater auctor eternus. Si quid igitur ei qui ab eterno patre natus est.

exortum, interdum defuerit; id ipsum auctori non est
ambiguum defuisse. Quia si gignenti est
infinitum gignere, et nascenti nasci. Medium
enim quid inter nativitatem dei filii et ge-
nerationem dei patris nec sensus admittit,
quia in generatione nativitas est, et in nati-
vitate generatio est. Sed in utroque neutrum
est: utrumque enim in utero natum unum est. [Ar-
Sed inquit hereticus: omne quod [gumentacio
natum est non fuit semper, quia [heretici.]
in id natum est ut esset. Nemo ambigit
quin que in rebus humanis nata sunt,
aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci quod
non fuit, aliud ex eo natum esse quod semper est.
Sibi nec semper filius, qui pater est, nec semper pater est,
nec semper genuit. Quia autem semper pater est, sem-
per filius est. Quia si semper deo patri proprium est ut sem-
per sit pater, necesse est semper filio proprium esse ut semper
sit filius. Quomodo vero cadet in intelligentiam nos-
tram ut non fuerit semper, cui proprium est sem-
per esse quod natum est? Natum igitur unigenitum
deum confitemur, sed natum ante tempora, nec quod
esse quam natum, nec ante natum quod
esse; quod nasci quod erat iam non tamen nas-
ci est, sed se ipsum de unitate nascendo. Hoc autem
humanum sensum et intelligentiam mundi
excedit. Non hic capit id humane intelligen-
tie, sed prudentie fidelis professio est. [De spiritu sancto]

D X

Nunc post filii eternitatem de spiritu [quod spiritus sanctus amor]
sancto, quantum deo donante videre conceditur, [patris et filii]
disseramus. Spiritus sanctus amor est sive caritas sive
dilectio patris et filii. Unde Augustinus in xv libro de trinitate: Spiritus
sanctus nec patris est solius nec filii est solius,
sed amborum, et ideo communem qua invicem se dili-
gunt pater et filius nobis insinuat caritatem.
Iohannes autem in epistola canonica ait:
Deus caritas est; non dixit spiritus sanctus caritas est.
Quod si dixisset absolutum esset. Sed nunc prima
pars questionis decet, quia dixit deus caritas est.
Incertum est, et ideo querendum, utrum deus pater
sit caritas, an filius, an spiritus sanctus, an deus ipsa tri-
nitas. Quia et ipsa non tres dii, sed deus est u-
nus. Item quod Augustinus in eodem libro dicit: Si scio
cui sit sapientia et pater dicitur et filius dicitur et spiritus sanctus,
et simul omnes non tres sed una sapientia, non
ita et caritas dicatur pater et filius et spiritus sanctus,
et simul omnes una caritas. Non ideo tamen ali-
quis inconvenienter existimet caritatem
appellari spiritum sanctum, quia et deus pater et deus filius
potest caritas nuncupari. Sicut proprie verbum
dei et dei sapientia dicitur, cum et pater et spiritus sanctus sit
sapientia. Si ergo proprie aliquis horum trium cari-
tas nuncupanda est, quis aptius quam spiritus
sanctus? Ut in illa simplici summa que natura
non sit aliud substantia et aliud caritas, sed substantia ipsa sit
caritas, et caritas ipsa sit substantia sive in patre sive in
filio sive in spiritu sancto, et tamen spiritus sanctus proprie caritas
nuncupatur. Ecce his verbis aperte ostendit
Augustinus quod nomen caritas aliquando refertur ad substantiam
que communis est trium personarum et tota in sin-
gulis; aliquando specialiter ad personam spiritus sancti. Sicut
sapientia dei aliquando pro substantia divi-
na, aliquando pro filio proprie accipitur; et hoc in
multis fieri reperitur. [exemplis firmat quod

Pluribus enim exemplis [dixit et ut hic accipi-
doceri potest multarum rerum vocabula [tur]
et universaliter poni et proprie quibusdam
rebus adhiberi. Sicut legis nomine aliquando simul
omnia veteris instrumenti significan-
tur eloquia, aliquando proprie vocatur lex
que data est per Moysen. Multa alia sup-
petunt exempla, sed ea replicare vitandum
est longitudine sermonis. Sicut ergo unicum
dei verbum proprie vocamus nomine sapientie, cum
sit universaliter et spiritus sanctus et pater ipsa sapientia,
ita spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo ca-
ritatis, cum sit et pater et filius universaliter cari-
tas. Sed dei verbum, id est unigenitus dei filius,
aperte dictus est dei sapientia ore apostoli
dicentis: Christum dei virtutem et dei sapientiam.

Spiritus autem sanctus ubi sit dictus caritas invenimus, si diligenter Iohannis apostoli eloquium scrutemur; qui cum dixisset: Diligamus invicem quia dilectio ex deo est; et adiunxisset: Omnis qui diligit ex deo natus est; quia deus dilectio est, hic manifestavit se dixisse eam dilectionem esse deum quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo dilectio est. Sed quia filius ex deo patre natus est, et spiritus sanctus ex deo patre procedit, quem potius hic debeamus accipere dictum esse dilectionem deum, merito queritur. Pater enim solus ita deus est ut non sit ex deo; ac per hoc dilectio que ita deus est ut ex deo sit, non ipse pater est, sed aut filius aut spiritus sanctus. Sed in consequentibus cum dei dilectionem commemorasset Iohannes, qua dilexit nos, et hinc exhortatus esset ut et nos invicem diligamus, atque ita in nobis deus maneat, quia utique dilectionem deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquid eloqui: In hoc, inquit, cognoscimus quia in eo manemus et ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque sanctus de quo nobis dedit facit nos in deo manere et ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse est igitur deus dilectio. Deus igitur spiritus sanctus qui ex deo procedit significatur, ubi legitur: Deus dilectio est, et dilectio ex deo est. Ecce his verbis aperte dicit Augustinus spiritum sanctum esse caritatem patris et filii, et in tantum quorundam sermonem produxit ut videatur dixisse spiritum sanctum non solum esse dilectionem patris et filii qua se invicem et nos diligunt, sed etiam dilectionem qua diligimus deum. Sed utrum ipse sit caritas qua nos diligimus deum, in sequenti explicabitur.

Nec ideo quia spiritum sanctum ostendit esse dilectionem, … Reddit causam quare spiritus sanctus dicatur amor patris et filii: quia spiritus sanctus amor est quo pater diligit filium, et filius patrem. Unde Ieronimus super psalmum: Spiritus sanctus nec pater est nec filius, sed dilectio quam habet pater in filium et filius in patrem. Augustinus quoque in VI libro de trinitate: In omnibus aliquis est pater et filius, et est unitas eorum. Quia pater et spiritus sanctus in eadem unitate substantie et equalitate consistit. Sive enim sit unitas amborum, sive sanctitas, sive caritas, manifestum est quod non aliquid duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus a gignente diligatur generatoremque suum diligat, sintque non participatione sed essentia sua, neque dono alicuius superioris sed suo proprio servantes unitatem spiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes spiritum sanctum esse quo filius diligitur a patre et pater a filio, et quo illi duo servant unitatem pacis.

Spiritus ergo sanctus, ut ait Augustinus in XV libro de trinitate, commune aliquid est patris et filii, quicquid illud est; at ipsa communio consubstantialis et coeterna est; que si amicitia convenienter dici potest, dicatur; sed aptius dicitur caritas. Et hec quoque substantia, quia deus substantia est, et deus caritas est. Ecce tria sunt, et non amplius: unus diligens eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio; que si nichil est, quomodo deus dilectio est? Si non est substantia, quomodo deus substantia est?

Hic notandum est quod sicut spiritus sanctus dicitur a patre et filio … in trinitate specialiter dicitur caritas, que patris et filii unio est et nomen tenet proprie; quod patri et filio communiter quodammodo congruit. Unde Augustinus in XV libro de trinitate: Si caritas in aliquo qua pater diligit filium et patrem diligit filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille proprie dicatur caritas qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur vel intelligitur, ut non solum spiritus sanctus caritas sit in illa trinitate, sed non frustra proprie caritas nuncupatur propter illa que dicta sunt. Sicut non solus in illa trinitate vel spiritus est vel sanctus, quia et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus, et tamen non frustra dicitur spiritus sanctus; qui enim est communis ambobus, vocatur ipse proprie quod ambo communiter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritus sanctus est caritas, profecto et filius non solius patris sed etiam spiritus sancti filius invenitur. At cum apostolus de deo patre: Transtulit, inquit, nos in regnum filii caritatis sue. Si ergo non est in illa

DAM

trinitate caritas dei nisi spiritus sanctus filius est et spiritus sanctus. Sed quia hoc absurdissimum est, restat ut non solum ibi sit caritas spiritus sanctus, sed propter illa de quibus satis disserui spiritus sanctus sic vocatur. pro. a patre

Hic dicendum est spiritum sanctum esse a patre et filio et a patre et filio et procedere a patre et filio, quod nulli heretici negaverunt. Quod autem de utroque procedit, multis divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim apostolus: Misit deus spiritum filii sui in corda nostra. Ecce hic dicitur spiritus filii. Et iterum: Quicumque spiritum christi non habet, hic non est eius. Spiritus et filius de spiritu sancto dicit in evangelio: Quem ego mittam vobis a patre. Patrem spiritum dicit esse ubi legitur: Si spiritus eius qui suscitavit ihesum a mortuis habitat in vobis. Ipse christus dicit: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et alio loco: Quem mittet pater in nomine meo. Et alibi ipse filius de spiritu sancto ait: De patre procedit. His itaque aliisque pluralibus auctoritatibus ostenditur quod spiritus sanctus a patre et filio procedit. Quod greci non concedunt spiritum sanctum procedere a patre et filio

Greci tamen dicunt spiritum sanctum a patre dicant procedere tantum a patre et non a filio, quare ideo dicunt: quia veritas in evangelio fidem integram continente de processione spiritus loquens solum patrem commemorat dicens: Spiritus qui a patre procedit. Et ideo quia in principalibus conciliis que apud eos celebrata sunt, et symbola cum anathematibus sanctita sunt, ut nulli de trinitatis fide aliud docere vel aliter predicare quam in eis continetur liceat, in quibus symbolis cum spiritus commemoretur procedere a patre et non a filio, quicumque a filio eum procedere addunt anathema incurrunt. Unde et nos arguunt, et anathematis reos addunt. Et ad assertionem sue opinionis et in testimonium nostre damnationis de symbolo fidei quod secundum traditionem predictorum conciliorum Leo tertius Rome transcriptum in tabula argentea post

altare beati pauli posita posteris reliquid pro amore ut ipse ait et cautela fidei orthodoxe. In quo quidem symbolo in processione spiritus sancti solus pater commemoratur, per hec verba: Et in spiritum sanctum dominum et vivificatorem ex patre procedentem, cum patre et filio coadorandum et glorificandum et cetera. Illud est symbolum quod in missa cantatur, editum in nicheno concilio, in fine cuius subiunctum est: Qui aliud docuerit vel aliter predicaverit, anathema sit. Ideo greci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus spiritum sanctum procedere a filio, quod in non continetur in eo, nec in illo dicitur qui a patre filioque procedit. Alterum a latinis est additum, scilicet filioque. Non deciminat p

Nos autem illa verba sic determinamus: Qui aliud docuerit vel aliter predicaverit, id est contrarium docuerit vel contrario modo predicaverit, anathema sit. Aliud enim pro posuit pro opposito, quomodo et apostolus in epistola ad galathas: Si quis aliud evangelizaverit, id est contrarium, anathema sit. Non dicit si quis addiderit. Sanus sic illud dicere, sicut ait Augustinus, predicaverat qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat, sicut ad thesalonicenses, ut suppleret que illorum fidei deerant. Sed qui supplet quod minus erat addit, non quod inerat tollet. Qui autem pretergreditur fidei regulam, non accedit in via sed recedit a via. Ad illud autem quod de evangelio opponunt, respondemus quia cum dicat in eo veritas spiritum sanctum a patre procedere, non addit solo, et ideo ab eo procedere non negat, sed ideo patrem tantum nominat, quia ad eum solet referre et quod ipsius est quia ab illo habet. Quod greci sensu nobiscum conveniunt

Sciendum tamen est quod greci confitentur spiritum sanctum esse filii sicut patris, quia et apostolus dicit spiritum filii, et veritas in evangelio spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud spiritum sanctum esse patris vel filii quam esse a patre et filio, etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam convenire videntur, licet verbis dissentiant.

Unde etiam quidam eorum *(nunc Graecorum ostendit)* catholici doctores intelligentes *(Spiritum sanctum procedere a Filio)* unam eandemque esse nostram et illorum sententiam, quibus dicitur Spiritus sanctus procedere a Filio, et confessi sunt Spiritum sanctum procedere a Filio. Unde Athanasius in symbolo fidei: Spiritus sanctus a Patre et Filio non factus nec creatus nec genitus sed procedens. Ecce Spiritum sanctum a Patre dicit procedere a Patre et Filio. Didymus etiam magnus Graecorum doctor in libro de Spiritu sancto Spiritum sanctum a Filio procedere dicit: Salvator, inquit, qui et veritas: Non enim loquetur a semetipso, id est non sine me et sine meo et Patris arbitrio, quia inseparabilis est a me et Patris voluntate, quia ex se non est, sed ex Patre et me est; hoc enim ipsum quod subsistit et loquitur a Patre et a me illi est. Item: Spiritus sanctus qui est spiritus veritatis spiritusque sapientiae non potest audire a Filio loquente quae nesciat, cum hoc ipsum sit quod profertur a Filio, id est procedens Deus de Deo, spiritus veritatis procedens a veritate, consolator manans ex consolatore. Item Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directa ait: Spiritus veritatis nominatus est, et veritas Christus est; unde et ab isto similiter sicut ex Patre procedit. Item Iohannes Chrysostomus in homelia quadam de expositione symboli sic ait: Iste est Spiritus procedens de Patre et Filio, qui dividit dona propria prout vult. Item in alia homelia: Credendum est Spiritum sanctum Patris esse et Filii. Verum Spiritum sanctum dicimus Patri et Filio coaequalem et procedentem de Patre et Filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce aliquorum doctorum vel Graecorum aperta testimonia, quibus Spiritus sanctus a Patre et Filio ostenditur procedere. Omnes qui lingua confitentur Spiritum sanctum procedere a Filio. *(Utrum Spiritus sanctus)*

D. XII

Item quaeritur, cum Spiritus sanctus *(prius vel plenius procedat a)* procedat a Patre et Filio, utrum prius *(Patre quam a Filio)* vel magis procedat a Patre quam a Filio. Quod arrianus haereticus ostendere voluit dicens: Si procedit Spiritus sanctus de Patre, procedit utique aut nato iam Filio aut non nato Filio. Si iam nato Filio processit, ante natus est Filius quam procederet Spiritus sanctus. Praecessit igitur nativitas Filii processionem Spiritus sancti. Si autem processit a Patre non genito Filio, ante processit quam Filius genitus fuerit. *(Ecce nunc Augustinus ad quod primo quaerebatur, scilicet an prius a Patre quam a Filio processit Spiritus sanctus.)*

Huic autem quaestioni magis laboriosae quam fructuosae respondet Augustinus in XV libro de Trinitate dicens: In illa summa Trinitate quae Deus est intervalla temporum nulla sunt, per quae possit ostendi aut saltem requiri, utrum prius de Patre natus sit Filius et postea de ambobus processerit Spiritus sanctus. Numquid ergo possumus quaerere utrum iam processerat de Patre Spiritus sanctus quando natus est Filius, an nondum processerat et illo nato de utroque processit? Non possunt prorsus ista quaeri ubi nihil ex tempore inchoatur, ut consequenti perficiatur in tempore. Ideo qui possunt intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligant sine tempore processionem Spiritus sancti de utroque. Ecce hic habes absoluta est quaestio illa qua quaerebatur utrum prius processit Spiritus sanctus a Patre quam a Filio. *(Hic)*

Nunc tractandum est quod *(agitur de eo quod secundo quaerebatur)* in principio distinctionis de eo quaerebatur, scilicet an plenius *(scilicet an plenius vel magis)* vel magis procedat Spiritus sanctus a Patre quam a Filio. *(et processit a Patre)* Ad quod dicimus quod sicut non ante procedit a Patre quam *(quam a Filio)* a Filio, ita non magis vel plenius procedit a Patre quam a Filio. Augustinus tamen in XV libro de Trinitate dicit quod Spiritus sanctus principaliter procedit a Patre. *(Ecce Augustinus dicit Spiritum sanctum principaliter procedere a Patre.)*

Non frustra, inquit, in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei nisi Filius, nec donum Dei nisi Spiritus sanctus, nec de quo genitum est Verbum et de quo procedit principaliter Spiritus sanctus nisi Deus Pater. Ideo autem addidi principaliter, quia et de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur. *(Exponit quod dixit principaliter procedere a Patre)* Sed hoc quoque illi Pater dedit, non iam existenti et nondum habenti; sed quicquid unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit ut et de illo donum commune procederet, et Spiritus sanctus spiritus esset amborum. Ecce ex quo intelligi potest quod Spiritus sanctus principaliter procedat a Patre, non quia prius vel magis procedat a Patre quam a Filio, sed quia ipsi etiam Filius habet a Patre. *(Ex eodem sensu dicitur Spiritus sanctus a Patre)*

Ex eodem sensu ergo dicitur a Patre procedere. *(procedere a Patre)*

de Patre venisse. In expositione catholicae fidei niche-
nique symboli ait: Credimus in Spiritum sanctum qui de Patre
procedit, Patri et Filio coaequalem. Item: Spiritum sanctum verum Deum inveni-
mus in scriptura, eundem Patris et Filii esse. Item: de Patre
Filius et Spiritus sanctus, et vere de Patre procedit. Ecce hic de
Patre a Patre dicit Spiritum sanctum Patris esse et de Patre procedere.
Quod non ita est intelligendum, tamquam plus vel
plenius a Patre procedat quam a Filio; sed quia Filius hoc habet a Pa-
tre, non ab alio, ut de se ipso sit et procedat Spiritus sanctus.
Filius autem non aliunde habet, sed a Patre hoc habet ut de ipso
sit et procedat Spiritus sanctus. Quod Spiritus sanctus dicitur et

Porro etiam Hilarius hanc in- mitti a Patre per
telligentiam dat Spiritum sanctum a Patre Filium
mitti per Filium, et a Patre esse per Filium. Unde Hila-
rius ad Deum Patrem de Spiritu sancto et Filio loquens in
XII libro de Trinitate ait: In sancto Spiritu tuo ex te profecto et per eum
misso. Item: Ante tempora unigenitus tuus
ex te natus manet, ita quod ex te per eum Spiritus sanctus tuus
est; quod etsi sensu non percipiam, tamen teneo con-
scientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Et te
in aeternum conserva hanc oro fidei meae religio-
nem, ut quod in regeneratione mea symbolo professus
sum semper optineam, Patrem scilicet te, Filium tuum
una tecum adorem, Spiritum sanctum tuum qui ex te per
unigenitum tuum est promerear. Ecce a Patre dicit
Spiritum sanctum a Patre per Filium et mitti et esse. Quod non
est intelligendum quasi a Patre per Filium mino-
rem mittatur vel sit, sed quia ex Patre et Filio est et
mittitur ab utroque; sed ipsum hoc Filius a Patre habet ut ab
ipso et sit et mittatur Spiritus sanctus. Quod voluit significare
Hilarius distinctionem faciens in locutio-
ne, ut ostenderet in Patre esse auctoritatem.
Ita etiam et quaedam verba ostendunt Patrem esse auc-
torem processionis qua procedit Spiritus a Filio. Dixit enim in
evangelio: De Patre procedit, cum de Patre et Filio proce-
dat Spiritus sanctus. Unde Augustinus quaerit: Si de Patre et Filio procedit
Spiritus sanctus, cur Filius dixit: De Patre procedit? Cur pu-
tas, nisi quia solet ad eum referre et quod ipse est,
de quo et ipse est? Sicut ait: Mea doctrina non est mea, sed
eius qui misit me. Si igitur hic intelligitur eius

doctrina, quam tamen non dixit suam sed Patris, quan-
to magis illic intelligendus est Spiritus sanctus de se ipso
procedere, ubi sic ait: De Patre procedit, ut non diceret: De me
non procedit. A quo autem habet Filius ut sit Deus (est enim
Deus de Deo), ab illo utique habet ut et de illo procedat Spiritus
sanctus; et ideo Spiritus sanctus ut etiam de Filio procedat sicut procedit
de Patre, ab ipso habet Patre. Quia per hoc quod Pater intelligi-
tur in eo quod ait Filius: Sicut Pater habet vitam in semet
ipso, sic dedit Filio habere vitam in semetipso. Non
sine vita existenti iam Filio Patrem vitam
dedisse, sed ita eum sine tempore genuisse ut vita
quam Pater Filio gignendo dedit coaeterna sit vitae Patris
qui dedit, intelligatur. Et sicut habet Pater in semetipso ut de
illo procedat Spiritus sanctus, scilicet utique sine tempore. Ita quod dic-
tum est Spiritum sanctum de Patre procedere, ut intelliga-
tur. Et sicut habet Pater in semetipso ut de illo proce-
dat Spiritus sanctus, sic dedisse Filio ut et de illo procedat
idem Spiritus sanctus, et hoc quod procedat de Filio, de Patre esse esse Fi-
lio. Si enim quidquid habet de Patre habet Filius, de Patre habet
utique ut et de illo procedat Spiritus sanctus. Sed nulla ibi tempora
cogitentur, quae habent prius et posterius, quia omnino
nulla ibi sunt. Quare Spiritus sanctus cum sit de substantia Patris non dicitur genitus

XIII

Post hoc considerandum est vel filius, sed tantum procedens,
quantum a talibus quales
nos sumus intelligi potest, cum Spiritus
sanctus procedat de Patre et sit de substantia Patris, cur non di-
catur esse natus sicut processit, et cur non dicatur
filius. Quare autem Spiritus sanctus non dicatur vel sit natus
et ideo non sit filius, Augustinus ostendit in XV libro de
Trinitate dicens: Si Spiritus sanctus filius diceretur, amborum utique
filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe
nullus est duorum nisi patris et matris. Absit autem
ut inter Deum Patrem et Deum Filium tale aliquid
suspicemur. Absurdum igitur est filium dici amborum,
id est Patris et Filii; amborum filius diceretur si eum
genuissent, quod abhorret omnium sanorum
sensus. Non igitur ab utroque est genitus, sed procedit
ab utroque amborum Spiritus. Ubi ostenditur quod
Spiritus sanctus cum sit de Patre, non tamen dicitur genitus vel fili-
us.

Cum autem Spiritus Sanctus non dicatur genitus sed tantum procedens, queri solet quare Filius non dicatur tantum genitus, sed et procedens, sicut ipse ait in evangelio Iohannis: Ego ex Deo processi et veni in mundum; sicut ergo tam Spiritus procedit a Patre, sed et Filius, ad quam differentiam cum uterque procedat a Patre, dicitur tamen Spiritus Sanctus non natus. Augustinus in V libro de Trinitate: Procedit, non quomodo natus, sed quomodo datus. Ideo non dicitur filius, quia neque natus est sicut Unigenitus, neque factus ut per Dei gratiam in adoptionem nasceretur sicut nos. Quod non potest distingui a nobis inter generationem filii et processionem. Inter generationem vero Filii et processionem Spiritus Sancti distinguere non sufficimus. Item quod Spiritus Sanctus... Unde Augustinus contra Maximinum, pro illa quam tuis questionibus respondi: Queris a me si de substantia Patris est Spiritus Sanctus, cur unus filius sit et alius non sit filius. Ecce respondeo, sive capias sive non capias: De Patre est Filius, de Patre est Spiritus Sanctus; sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille est filius Patris de quo est genitus; iste autem Spiritus utriusque, quoniam de utroque procedit. Sed ideo cum de illo Filius loqueretur, ait: De Patre procedit, quoniam Pater processionis eius est auctor, qui talem Filium genuit, et gignendo ei dedit ut etiam de eo procederet Spiritus Sanctus. Nam nisi procederet et de ipso, non diceret discipulis: Accipite Spiritum Sanctum, eumque insufflando daret, ut a se quoque procedere significans aperte ostenderet flando quod spirando dabat occulte. Quia ergo si nasceretur, non tantum de Patre nec tantum de Filio, sed de ambobus utique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc, quia filius amborum nullo modo est, non oportuit eum nasci de ambobus. Amborum ergo est Spiritus procedendo de ambobus.

Quid autem inter nasci et procedere intersit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? Non omne quod procedit nascitur, quamvis omne procedat quod nascitur; sicut non omne quod bipes est homo est, quamvis bipes sit omnis qui homo est. Hec scio. Distinguere autem inter illam generationem et hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Et propterea quia et illa et ista est ineffabilis, sicut propheta de Filio loquens ait: Generationem eius quis enarrabit, ita de Spiritu Sancto verissime dicitur: Processionem eius quis enarrabit? Satis sit ergo nobis quia non est a se ipso Filius, sed ab illo de quo natus est; nec a se ipso Spiritus Sanctus, sed ab illo de quo procedit; et quia de utroque procedit, sicut iam ostendimus. De Spiritu Sancto, quod ipse de Deo sit, nec tamen ipse Filius sit, quoniam procedendo, non nascendo legitur esse de Deo, iam superius quantum in nobis est disputavimus. Spiritus Sanctus debeat dici ...

Nunc considerandum est, cum Spiritus Sanctus non sit genitus, utrum debeat dici ingenitus. Ingenitus. Ad quod dicimus Spiritum Sanctum non genitum nec ingenitum debere dici. Unde Augustinus ad Orosium ait: Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat, quia si dixerimus ingenitum, duos patres affirmare videbimur; si autem genitum, duos filios credere culpamur. Sed sicut solus Filius dicitur genitus, ita et solus Pater Deus ingenitus, eo quod ab alio non sit; ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in Scriptura, sed in consuetudine disputantium et de re tanta sermonem qualem voluerint proferentium. Filius autem de Patre natus est; et Spiritus Sanctus de Patre principaliter, et communiter de utroque procedit. Item: Cum Spiritum Sanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitum, ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa Trinitate, vel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur. Ecce his verbis aperte ostendit Spiritum Sanctum non genitum nec ingenitum dici.

Invenimus tamen in regulis Quod Ieronimus dicit Spiritum Sanctum ingenitum disputationum in hereticos Spiritum Sanctum dici ingenitum esse. Huius ubi Spiritus ... Sanctus Pater non est, sed ingenitus atque ... Spiritus Pater non est.

quia pater est et in patre est, processione hic ex patre et non nativitatem. Filius autem non est, quia ingenitus non est. Et vero huius verbis dicitur spiritus sanctus esse ingenitus, videtur adversari premissis verbis Augustini. *De ...*

Sed ut istam que videtur *[illegible]* repugnantiam de medio *[illegible]* abigamus, dicimus quia Ieronimus aliter accepit *[illegible]* nomen ingeniti, aliter Augustinus. Augustinus accipit nomen *[illegible]* ingenitum qui ille quod ab alio non est, et secundum hoc solo pater dicitur. Ieronimus vero ingenitum dicit non genitum, et secundum hoc de spiritu sancto potest dici quod ipse sit ingenitus. *Ex verbis Ieronimi ostendit ex quo [illegible]*

Quod autem Ieronimus ita accepit *[illegible]*, ostenditur verbis suis quibus *[illegible]* in eodem tractatu utitur, faciens talem divisionem. Omne quod est, aut ingenitum, aut genitum, aut factum est. Quod nec natum est nec factum est, et est quod factum est et natum est et renatum non est. Sive enim convenit singulis rebus convenientia deserviemus. Quod enim non natum est nec factum est, pater est; non enim est ab aliquo. Quod autem natum est et factum non est, filius est, qui a patre genitus est, non factus. Quod vero nec natum est nec factum est, spiritus sanctus est, qui a patre procedit. Quod enim factum est et natum non est, celum est, terra et cetera que sunt insensibilia. Quod autem factum et natum et renatum est, homo est. Quod factum est et natum et renatum non est, animalia sunt. Ecce his verbis ostenditur Ieronimus se ingenitum accipere non genitum. Alioquin sua premissa non esset divisio, quia non omne quod est aut ingenitum est aut genitum aut factum. Ut in divisionis huius perfectione ingeniti nomen ponit ut natum.

D. XIIII

Preterea diligenter annotandum. *Quod gemina est processio spiritus sancti.* Est quod gemina processio est spiritus sancti, eterna *processio* videlicet, que ineffabilis est, qua a patre et *filio* a filio eternaliter sine tempore procedit, et temporalis, qua a patre et a filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab eterno communiter ac simul procedit a patre et filio, ita et in tempore communiter et simul ab utroque procedit ad creaturam, nec dividitur a patre in filium et a filio in creaturam. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate: Spiritus sanctus non de patre procedit in filium et de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utroque procedit, quamvis hoc filio pater dederit ut sicut de se, ita et de illo procedat. *De temporali processione specialiter.*

De temporali processione Beda in omelia super *[illegible]* post ascensionem ita loquitur. Cum *[illegible]* spiritus sancti gratia datur hominibus, profecto mittitur a patre spiritus, mittitur et a filio; procedit a patre, procedit et a filio, quia et eius missio est ipsa processio qua ab utroque procedit. Ecce aperte ostendit donationem gratie spiritus sancti dici processionem vel missionem eiusdem. Sed cum donatio et datio non sit nisi temporalis, constat quod ista processio sive missio temporalis est. Hanc quoque temporalem spiritus processionem Augustinus in XV libro de Trinitate insinuat dicens: Spiritum sanctum procedere a Christo, quem post resurrectionem insufflavit in discipulos suos. Cum surrexisset Christus a mortuis et apparuisset discipulis, insufflavit et ait: Accipite spiritum sanctum, ut eum etiam de se procedere ostenderet. Et ipse est virtus de qua illo exibat, ut legitur in Evangelio, et sanabat omnes. Et ut ostenderet hanc processionem spiritus sancti non esse aliud quam donationem vel dationem ipsius, Augustinus addidit: Post resurrectionem dominus Iesus bis dedit spiritum sanctum, semel in terra propter dilectionem proximi et iterum de celo propter dilectionem dei, quia per ipsum donum diffunditur caritas in cordibus nostris qua diligimus deum et proximum. *Quod alii dicunt spiritum sanctum non dari.*

Sunt autem alii qui dicunt spiritum sanctum non dari, sed dona eius, que non sunt ipse. *Sed dona eius* *[illegible]* spiritus sanctus dicitur *eius* dari, cum gratia eius, que tamen non est ipse, datur hominibus. Et dicunt Bedam sensisse in supradictis verbis quibus dicit spiritum sanctum procedere cum spiritus gratia datur hominibus, tamquam non impenderetur spiritus, sed eius gratia. Sed quod ipse spiritus sanctus, qui deus est et tertia in trinitate persona, detur, aperte Augustinus ostendit in XV libro de Trinitate dicens eundem spiritum sanctum datum cum insufflasset, ibi

Divisio Ieronimi de nomine dicendi

Et est quod natum est et factum non est. Et est quod non natum non factum est. Et est quod factum est et natum non est. Et est quod factum est et natum est et renatum est. Et est quod factum est et natum est et renatum non est.

Quod ipse spiritus sanctus datur et mittitur.

[illegible]

cum dicitur mox, notat ordinem scilicet, non ordinem nativitatis

de quo moveatur. Item ipse baptizabit omnes et cetera.
Ambigere non debemus spiritum sanctum. Est igitur
qui etiam de celo datus est die pentecostes.
Quomodo ergo Deus non est qui dat spiritum sanctum? Immo quantus
est Deus qui dat Deum! Ex hiis verbis aperte
dicit spiritum sanctum ipsum spiritum sanctum Deum dari homi-
nibus a Patre et Filio, et quia ipse spiritus sanctus quidam Deus est ac
tertia in trinitate persona nobis detur, nostrisque
infundatur ac illabitur mentibus, aperte
ostendit Augustinus in IV libro de trinitate de spiritu sancto dicens: Hinc
multi dicunt spiritum creaturam, quia legitur: Qui facit ange-
los suos spiritus. Unicum est spiritus Dei, spiritus et spiritus Dei
unum, et apostoli et prophete sunt consecuti, sicut
et vas electionis dicit: quia unum spiritum potavimus,
quasi qui non queat scindi. Hominibus datur ac
mentibus illabitur, ut localis spatii restringat
auctorem. Quod spiritus sanctus non est de substantia corporalium
nec de substantia invisibilium creaturarum. Cum ex hiis
aperte dicit spiritum sanctum ipsum, qui creatura non est,
huiusmodi mentibus mitti. Item in eodem: Omnis
creatura mutabilis est, non mutabilis spiritus sanctus. Quod
autem dubitem dicere quod datus est et spiritus sanctus, cum
scriptum sit: Caritas Dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Que est tunc
inaccessibilius, sed receptabilis est per bonitatem
suam nobis est complens virtute divina. Sed qui
solus percipitur iustis. Simplex substantia, opulens
virtutibus, unicuique plenus, dividens de suo singu-
lis et ubique totus. Angeli ad paucos mittebantur;
spiritus autem sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubi-
tet quin divinum sit quod infunditur simul
pluribus nec dividitur? Unus est spiritus sanctus qui datus
est omnibus, licet separantur apostolis. Et hic aperte dicit Am-
brosius quod spiritus sanctus qui cum sit simplex, aliter u-
nus datur pluribus. Alia quoque auctoritate hic
idem astruitur, scilicet quod spiritus sanctus, qui est equalis Filio,
hominibus detur. Ait enim Augustinus de verbis apostoli: Hec
caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis, a quo datur ab illo qui
dedit dona hominibus. Que dona? Spiritus sanctus

qui tale donum dat, qualis est ipse. Magna e-
nim eius dona: donum dat quale est. Quia donum
omnium spiritus sanctus est proximum huius et aliis auctori-
tatibus pluribus aperte demonstratur quod spiritus sanctus, qui est
Patris et Filii, nobis datur; nec ideo minor est Patre
et Filio. Unde Augustinus in IV libro de trinitate: Non ideo mi-
nor est spiritus sanctus esse, quia et eum Pater
misit et Filius, a quibus mandatus est. An viri sancti dent spiritum sanctum vel dare possint spiritum sanctum.
Hic queritur utrum et sancti viri
dent vel possint dare alicui spiritum sanctum,
quem si alii dant, cuius donatio super sit
dicta processio, videlicet procedere ab eo spiritus sanctus ut mitti-
tur; creator nulla creatura non procedit ut mittatur.
Restat ergo ut spiritum sanctum ipsi non dent nec dare possint.
Unde Augustinus in XV libro de trinitate: Non aliquis discipulorum
Christi dedit spiritum sanctum. Orabant quippe ut veniret
in eos quibus manum imponebant, nec ipsi eum
dabant. Quem morem in suis prepositis et nunc
servat ecclesia. Denique et Simon magus offerens
apostolis pecuniam non ait: Date et mihi hanc potesta-
tem ut dem spiritum sanctum, sed cuicumque imposu-
ero manus accipiat spiritum sanctum. Quia nec scrip-
tura superius dixerat: Videns autem Symon quod apostoli
darent spiritum sanctum, sed dixerat: Videns autem Symon quod
per impositionem manuum apostolorum datur spiritus sanctus.
Ecce hiis verbis aperte ostendit Augustinus nec apostolos et
ceteros prelatos dedisse vel dare spiritum sanctum. Quod non possunt dare spiritum sanctum. Hic docet.
Et quod plus est, non posse dare dicit
eundem. Sed eundem de Christo scriptum est quod
acceperit de Patre promissiones spiritus sancti et effu-
derit in homines. In quo utraque natura monstra-
ta est, humana scilicet et divina. Accepit quippe ut ho-
mo, effudit ut Deus. Nos autem accipere quidem hoc do-
num pro modulo nostro, effundere vero super
alios non utique possumus. Sed ut hoc fiat, Deum super eos a quo
id efficitur invocamus. Hiis verbis expresse nos docet
spiritum sanctum non posse super alios effundere, id est alicui dare.
Et huic videtur contrarium quod apostolus ad Galathas Eidem textui contrarium.
de se loquens ait: Qui tribuit nobis
spiritum et operatur virtutes in nobis. Ecce evidenter se

dicit eum dedisse Spiritum sanctum, sic intelligendum est dedisse, non quasi haberet potestatem et auctoritatem dandi Spiritum sanctum, sed quia ministerium habuit in quo dabatur a Deo Spiritus sanctus. Unde Augustinus super eundem locum exponens illud Apostoli ait: Ab Apostolo praedicata est eis fides, in qua praedicatione etiam adventum et praesentiam Spiritus sancti senserant, sicut illo tempore in novitate invitationis ad fidem et tentationibus miraculis praesentia Spiritus sancti apparebat, ut in Actibus Apostolorum legitur. Aperte hic ostendit quomodo illi Spiritum sanctum Apostolus tribuit, non utique ipsum mittendo, sed eos praedicando eis fidem, qua illi recipientibus quod Spiritus sanctus veniret et aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Si ergo homines quantumcumque sancti possunt dare Spiritum sanctum.

D. XV

Utrum Spiritus sanctus detur vel mittatur a se

Hic considerandum est, cum Spiritus sanctus detur hominibus a Patre et Filio, quod est ipsum temporaliter procedere ab utroque vel mitti, utrum et a se ipso detur. Si datur, se et procedit vel mittitur a se. Illud quod dicimus quod Spiritus sanctus et Deus et donum sit, datum, ideo dicitur et datur. Dat quidem in quantum Deus, et datur in quantum donum. Cum autem datio sive donatio Spiritus sancti sit opus Dei et communis, et indivisa opera trium personarum, donatur utique Spiritus sanctus non tantum a Patre et Filio, sed etiam a se ipso. Unde Augustinus in XV. de Trinitate ait quod se ipsum dat, sicut in quodam carnis nihil aliud est quam caro, sic donum Spiritus sancti nihil aliud est quam Spiritus sanctus. In tantum ergo donum Dei est in quantum eis datur quibus datur. Apud se autem Deus est, et si nemini datur. Apud se Deus erat Patri et Filio coaeternus antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ille datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut Dei donum, ut etiam se ipsum det sicut Deus. Non enim dici potest non esse suae potestatis de quo dictum est: Spiritus ubi vult spirat. Ecce aperte dicit quod Spiritus sanctus se ipsum dat. Si enim Spiritus sanctus se ipsum dare non potest, et eum Pater dare potest et Filius, potest itaque Pater aliquid et Filius quod non potest Spiritus sanctus. Si vero Pater et Filius dant Spiritum sanctum, Spiritus sanctus nec se ipsum dat, aliquid ergo Pater et Filius operantur quod non operatur Spiritus sanctus. Dat ergo Spiritus sanctus se ipsum. Si autem se ipsum dat, tunc et a se ipso procedit et mittitur, quod utique verum est. Si enim processio temporalis Spiritus sancti vel missio ipsius est donatio, et ipsa est Dei operatio, procedit ergo temporaliter Spiritus sanctus a se, et mittitur a se, quia datur a se.

Quod et mittitur si Spiritus sanctus dicitur mitti et procedere a se, cum etiam Filius dicitur mitti a se

Ne autem mireris Spiritum sanctum dici mitti a se et procedere a se, cum etiam de Filio Dei dicit Augustinus in II. libro de Trinitate, quod non tantum a Patre missus est, sed et a se ipso et a Spiritu sancto. Quaerit quomodo Filius vel Spiritus sanctus sit missus, cum utique sit ubique tamquam Deus. Sic enim ait Augustinus in eodem: De Spiritu sancto sic loquitur: Paraclitum quem mittet Pater in nomine meo. Et Filius: Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et Filius de se dicit: Exivi a Patre et veni in mundum. Et Apostolus dicit: Misit Deus Filium suum. In Propheta autem scriptum est: Caelum et terram ego impleo. Itaque ubique est Deus, ubique ergo Filius est, ubique et Spiritus sanctus est. Illuc ergo missus est Filius et Spiritus sanctus ubi erant.

Quomodo intelligenda sit missio

Quocirca quaerendum est quomodo intelligatur missio Filii vel Spiritus sancti. Pro cuius aliquid solutione Augustinus in eodem ait:

Ut mittitur

Sic legitur missus Filius et Spiritus sanctus et de Filio. Sed videamus quomodo sit missus. Apostolus dicit: Misit Deus Filium suum factum ex muliere; unde non potuit quispiam intelligere misisse eum cum fecit ex femina, et utique non fecit sine Spiritu suo. Ecce hic dicit Filium missum a Patre et Spiritu sancto.

Quod a Spiritu Filius sit missus

Et quod a Spiritu missus sit, auctoritatibus confirmat

Et in eodem Augustinus firmat auctoritatibus confirmans: Ita Spiritus sanctus dicit per Isaiam: Nunc misit me Dominus et Spiritus eius. Item Augustinus in libro de Spiritu sancto ita ait: Ille est qui dicit: Misit me Dominus et Spiritus eius. Filius qui venit a Patre ut salvos faceret peccatores, et Pater Filium misit et Spiritus sanctus. Item in eodem: Dicitur est a Patre ut ostenderet: Puer natus est nobis, et filius datus est nobis. Natus a Deo Patre et a Spiritu, quia et a Spiritu missus est. Dicit et Filius Dei: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me.

Evangelizare pauperibus misit me predicare
captivis remissionem etc. Et cum de libro Ysa-
ie legeret, ait in evangelio: Hodie completa est
hec scriptura in auribus vestris, ut de se dictum esse sig-
nificaret. Bene autem dixit super me, quia
secundum quod filius hominis est, et unctus est et missus ad predi-
candum. Secundum divinitatem non super Christum
est ipse spiritus sanctus sed in ipso, et ab ipso. Ecce hic ubi ostendit Ambrosius
filium esse missum et datum nobis non tantum a patre
sed etiam a spiritu sancto. *Quod filius sit datus a se ipso.*
De fide ostendit esse datum
et a se ipso, ita dicens in eodem libro: Cum
non distinctum fuerit per prophetas a quo datus
sit filius, ostenditur data gratia trinitatis, ut
ipse etiam filius dedisse se credatur. Hic dicit quod filius se dedit,
quia trinitas eum dedit. Si autem a se ipso datus est
filius, et a se ergo missus est et a se processit, et hoc utique
verum est, et credi oportet, cum eius missio
sit divina operatio. *Quod filius sit missus a se.*
Quod et a se mittatur Augustinus aperte
in libro II de trinitate dicens: Forte aliquis cogit ut dicamus
et a se ipso missum esse filium, quia Marie conceptus
et partus operatio trinitatis est. Sed inquid aliquis: quomodo pater
eum misit, si ipse se misit? Cui respondeo et quero
velit ut dicat quomodo eum pater sanctificavit, si ipse se
sanctificavit? Utrumque enim dominus ait: quem pater, inquit,
sanctificavit et misit in hunc mundum; et alibi:
Ego pro eis sanctifico me ipsum. Item quero quomodo eum pater
tradidit, si ipse se tradidit? Utrumque enim legitur. Credo respondebit, si recte
sapit, quod una voluntas est patris et filii et insepar-
abilis operatio. Si enim intelligat illam incar-
nationem et ex virgine nativitatem, in qua
filius intelligitur missus, una eademque operatione
patris et filii inseparabiliter esse factam, non utique sep-
arato spiritu sancto. Ergo a patre et filio missus est idem
filius, quia a patre et a verbo eius factum est ut mitte-
retur, id est incarnatus hominibus appareret. Non enim
missus est locum mutando, quia in mundo erat.
Quapropter pater invisibilis una cum filio secum invisibi-
li filium visibilem faciendo misisse eum dictus est.

Quia si ita visibilis fieret ut cum patre invisibi-
lis esse desineret, id est si illa invisibilis verbi in
visibilem creaturam mutata et transiens
mitteretur, ita missus a patre intelligeretur filius
ut tantum missus, non etiam cum patre mittens in-
veniretur. Cum enim sic accepta est servi for-
ma ut maneret incommutabilis forma
dei, manifestum est quod a patre et filio non apparen-
tibus factum sit quod appareret in filio, id est ut invisibili
patre cum invisibili filio idem ipse filius visi-
bilis mitteretur. *Si in natum colligitur quod ex predictis astruitur.*
Ex supradictis aperte monstratur quod
et filius missus est a patre et a spiritu sancto et a se ipso,
et quod sit ipsa missio, scilicet incarnatio, qua factus est
homo, per quam visibilis apparuit. Quod autem pater eis ait, sed
Et ad hoc ponitur: si filius a se *quare dicat me*
ipso missus est, cur dicit: a me ipso *ipso non*
non veni? Ad hoc Augustinus respondit in libro II de trinitate
dicens hoc dictum esse secundum formam servi, quia non
fecit ut mitteretur, id est non est operatus incarnatio-
nem, secundum formam dei. *Si semel tantum missus sit filius an sepe.*
Hic queritur utrum tantum semel sit filius
an sepe mittatur. Si enim missio filii tantum
incarnatio est, cum semel tantum incarnatus sit, et se-
mel tantum videtur missus. At si sepe mittitur,
est et eius alia missio quam incarnatio. Sed que est illa?
Sumitur etiam genitura missio eius dicenda est?
An et alia missio querenda est? *De duobus modis dicitur filius mitti.*
Ad quod dicimus quod duobus modis dicitur
filius mitti: per illam eternam genituram
que ineffabilis est, secundum quam et missus posset dici
ut quibusdam videtur, ac verius secundum eam dicitur
genitus. Preter eam ergo duobus modis dicitur mitti,
scilicet cum visibiliter mundo apparuit carne indutus,
vel cum se in animas pias sic transfert ut ab eis
percipiatur ac cognoscatur. Hos duos missionis mo-
dos Augustinus aperte distinguit in libro IIII de trinitate dicens:
Non eo ipso quo de patre natus est missus dicitur fi-
lius, sed vel eo quod apparuit huic mundo verbum
caro factum; unde dicit: A patre exivi et veni in mundum.

vel eo quod ex tempore alicuius mente percipitur, sicut dictum est de sapientia: Emitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, id est me doceat laborare. Et tunc unicuique mittitur, cum a quoquam cognoscitur atque percipitur, quantum cognosci et percipi potest pro captu vel proficientis in Deum vel perfecte in Deo anime rationalis.

Ecce distincti sunt duo modi missionis. **De secundo**

Ecce distincti sunt duo modi missionis Filii; secundum alterum semel tantum, **alterum semel** missus est Dei Filius, secundum alterum sepe **vel alterum** missus est et mittitur cotidie. Nam per **sepe semel** alterum missus est ut sit homo, quod semel tantum factum est; per alterum non mittitur ut sit cum homine, quo cotidie mittitur ad sanctos, et missus est etiam ante incarnationem ad omnes sanctos qui ante fuerunt et ad angelos. Unde Augustinus de Filio, id est de sapientia, presenti loquens in IIII libro De Trinitate ait: Aliter sapientia mittitur ut sit cum homine, aliter missa est ut sit homo. In animas enim sanctas se transfert et amicos Dei et prophetas constituit, sicut implet sanctos angelos. Sed cum plenitudo temporis venit, missa est non ut impleret angelos, nec ut esset angelus, nec ut esset cum hominibus vel in hominibus, ut antea in patribus et prophetis, sed ut ipsum Verbum fieret caro, id est homo. **Quod secundum alterum modum dicitur**

Preterea notandum est quod cum **missus in mundum** duobus modis mittatur **mundum. Filius alterum** Filius, secundum alterum missus in mundum dicitur, secundum **non** alterum non. Eo enim modo missus est in mundum dicitur, quo visibilis mundo apparuit. Unde Augustinus in eodem: Cum ex tempore cuiquam mente percipitur, mitti quidem dicitur, sed non in hunc mundum; non enim sensibiliter apparet, id est corporeis sensibus presto est. Nam et nos secundum quod aliquid eternum mente capimus non in hoc mundo sumus, et omnium iustorum spiritus, etiam in carne viventium, inquantum divina sapiunt, non sunt in hoc mundo. Ex predictis elucet quod preter ineffabilem generationem duobus modis mittitur Filius, scilicet cum visibiliter apparuit, vel cum invisibiliter percipitur mente.

Hic queritur quare Pater non dicitur missus. **Quare pater non** cum ex tempore a quoquam cognoscitur, sicut **dicitur missus cum ab** Filius. Ad quod dicimus quia ideo est, quia principium auc**aliquo cognoscitur ut Fi**toritatis, qui non habet de quo sit, a quo Filius **lius.** est et Spiritus Sanctus. Pater enim, ut ait Augustinus in eodem libro, principium est totius divinitatis, vel si melius dicitur deitatis, quia principium est Filii et Spiritus Sancti. Sed etiam, ut ait Augustinus in eodem, si voluisset Deus Pater per subiectam creaturam visibiliter apparere, absurdissime tamen aut a Filio quem genuit, aut a Spiritu Sancto qui de illo procedit, missus diceretur. Convenienter autem ille missus dicitur qui in carne apparuit, misisse autem ille qui in ea non apparuit. **Putaverunt quidam Filium et Spiritum Sanctum** ideo putaverunt **minorem fuisse Patre quia** quidam heretici, quia Pater non sit missus, **missi dicuntur.** sed Filius et Spiritus Sanctus, Patrem esse maiorem, at Filium minorem et Spiritum Sanctum, atque Patrem qui misisse eos dicitur, illos minores quia ab eo missi. Sed non ideo aliquid arbitrandum est minorem esse Filium, quia missus est a Patre, nec ideo minorem Spiritum Sanctum, quia et Pater eum misit et Filius. Sive enim propter visibilem creaturam, sive potius propter commendationem principii, non propter inequalitatem vel imparilitatem vel dissimilitudinem substantie in scripturis hec posita intelliguntur. Non enim ideo Pater dicitur misisse Filium vel Spiritum Sanctum, quia ille esset maior et illi minores, sed maxime propter auctoritatem principii commendandam, et quia in visibili creatura non sicut illi apparuit. Ecce ostensum est que sit missio Filii et quibus modis mittatur. **De missione Spiritus Sancti que fit duo**

XVI

Nunc de Spiritu Sancto videndum est **bus modis visibili et invisibili.** Preter illam ineffabilem et eternam processionem qua procedit a Patre et Filio et non a se ipso, que sit eius temporalis processio que dicitur missio sive donatio. Ad quod dicimus quia sicut Filius duobus modis dicitur mitti, uno quo visibiliter apparuit, altero quo invisibiliter castis mentibus percipitur, ita et Spiritus Sanctus a Patre et Filio et a se ipso duobus modis procedere vel mitti seu dari dicitur: uno visibili, altero invisibili. Datus est enim in visibili creature demonstratione, sicut in die Pentecostes.

et aliis invisibiliter, quod cotidie invisibiliter mittatur in cordibus fidelium. **De illo missionis modo quo fit visibiliter.**

Et post agamus de illo missionis modo quo visibiliter missus est Spiritus Sanctus. De his Augustinus in libro II de Trinitate ita ait: In promptu est intelligere de Spiritu Sancto cur missus et ipse dicatur: facta est quedam creature species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus Sanctus, sive cum in ipsum Dominum corporali specie velut columba descendit, sive cum die pentecostes factus est subito de celo sonus quasi ferretur flatus vehemens, et vise sunt illis lingue divise sicut ignis, qui et insedit super unumquemque eorum. Hec operatio visibiliter expressa et oculis oblata mortalibus missio Spiritus Sancti dicta est: non ut appareret eius ipsa substantia, qua et ipse invisibilis et incommutabilis est sicut Pater et Filius, sed ut exterioribus visis corda hominum commota a temporali manifestatione venientis ad occultam eternitatem semper presentis converterentur. Ecce hic ubi aperuit Augustinus illum modum missionis qui visibiliter exhibetur, cum tamen Spiritus Sanctus in sua natura non videatur: quia nec illis creaturis magis erat quam aliis, sed ad aliud, scilicet ut per eas ad homines venientes ostenderetur esse illis ad quos ille venire veniebant. Non enim Spiritus Sanctus temporali motu tunc venit vel descendit in homines, sed per temporalem motum creature significata est spiritualis et invisibilis Spiritus Sancti infusio, et ut apertius dicamus: per illum modum missionis Spiritus Sancti corporaliter exhibitum monstrata est spiritualis et interior missio Spiritus Sancti, scilicet donatio Spiritus Sancti, de qua agendum est. **Cum filius sit minor patre secundum formam et creaturam in qua apparuit, cur non et Spiritus Sanctus.**

Sed prius querendum est, cum Filius dicatur minor Patre secundum missionem qua in forma creata apparuit, cur et Spiritus Sanctus non dicatur similiter minor Patre cum in forma creata apparuit. Nam de Filio quod minor sit Patre secundum formam qua missus apparuit aperte ostendit Augustinus in libro IV de Trinitate dicens: Cum dicit Apostolus: Misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, satis ostendit eo ipso missum quo factum. Itaque missum a quo factum fateamur. Ergo factum minorem, et in tantum minorem in quantum factum, et in tantum factum in quantum missum. Ecce habes quod Filius in quantum est missus, id est

factus, minor est Patre. Cum ergo Spiritus Sanctus non dicatur minor Patre, cum et ipse creaturam assumpserit in qua apparuit, queritur. Aliter Spiritus Sanctus assumpsit creaturam in qua apparuit, aliter Filius. Nam Filius accepit per unionem, Spiritus vero non. Filius enim accepit hominem ita ut fieret homo; Spiritus vero Sanctus non ita accepit columbam ut fieret columba. Unde Augustinus in libro II de Trinitate ait: Ideo nusquam scriptum est quod Deus Pater maior sit Spiritu Sancto, vel Spiritus Sanctus minor Patre, quia non sic est assumpta creatura in qua apparuit Spiritus Sanctus sicut assumptus est filius hominis, in qua forma ipsius Dei Verbi persona presentaretur: non ut haberet verbum Dei sicut alii sancti sapientes, sed quod ipsum Verbum erat. Aliud est enim Verbum in carne, aliud Verbum caro, id est aliud est Verbum in homine, aliud Verbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo quod ait: Verbum caro factum est. Non ergo sic assumpta est creatura in qua apparuit Spiritus Sanctus sicut assumpta est caro illa et humana forma ex virgine Maria. Non enim columbam vel illum flatum vel illum ignem beatificavit sibique in unitatem persone coniunxit in eternum. Ex predictis aperte ostenditur et secundum quid Filius dicatur minor Patre, et quare Filius dicatur minor Patre et non Spiritus Sanctus. **Quod filius secundum quod homo factus est non tantum patre minor est, sed spiritu sancto et etiam se ipso.**

Notandum autem quod Filius secundum quod homo factus est non tantum Patre minor est, sed Spiritu Sancto et etiam se ipso minor dicitur, et quod est se ipso minor dicatur secundum formam servi Augustinus in libro I de Trinitate ostendit dicens: Erraverunt homines ea que de Christo secundum hominem dicta sunt ad eius substantiam que sempiterna est transferentes, et id quod ipse Dominus dicit: Pater maior me est, quod pro forma servi veritas dicit, secundum quem modum et se ipso minor est Filius, quia minor est se ipso minor factus est, qui se ipsum exinanivit formam servi accipiens. Non enim sic accepit formam servi ut amitteret formam Dei in qua erat equalis Patri. In forma ergo Dei unigenitus Patris equalis est Patri; in forma servi et se ipso minor est. Non ergo immerito scriptura dicit utrumque, et equalem Patri Filium, et Patrem maiorem Filio: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam servi intelligitur. De his eodem in libro II de Trinitate ait: Dei Filius equalis Patri

secundum formam Dei in qua est, et minor est Patre secundum formam servi quam accepit, in qua non modo Patre, sed et Spiritu Sancto, nec hoc tantum, sed et se ipso minor inventus est, propter quod, ut idem Augustinus ait in libro I quod maximum ... non tantum Patre, sed et se ipso et Spiritu Sancto minor factus est, et est minoratus paulo minus ab angelis. Ergo Filius Dei, ut ipse ait in libro I De Trinitate, Deo Patri natura aequalis, habitu minor, id est in forma servi quam accepit. His auctoritatibus aperte ostenditur Filius secundum formam servi minor Patre et se ipso et Spiritu Sancto. Hylarius aliter sentire videtur, quod Pater maior sit Filio, nec tamen Filius minor.

Hylarius autem dicere videtur quod Pater maior sit Filio, nec tamen Filius sit minor Patre. Pater enim dicitur maior propter auctoritatem, quia in eo est auctoritas generationis, secundum quam dicit: Pater maior me est. Et Apostolus: Donavit ei nomen quod est super omne nomen. Cum ergo ait: Pater maior me est, hoc est ac si diceret: Donavit mihi nomen. Sic enim inquit Hylarius in libro IX De Trinitate: Donantis auctoritate Pater maior est; numquid per doni confessionem Filius minor est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est cui unum esse donatur. Ait enim: Ego et Pater unum sumus. Si non hoc donatur Ihesu ut confitendus sit in gloria Dei Patris, minor est Patre. Si autem in ea gloria ei donatur esse qua Pater est, habes et in donantis auctoritate quia maior est, et in donati confessione quia unum sunt. Maior itaque Pater Filio est, et plane maior, cui tantum donat esse quantus ipse est, et ipse cui innascibilitatis esse per imaginem sacramento nativitatis impertit, quem ex se in formam suam generat. Audisti, lector, quid super hoc Hyllarius dixit. Cuius ista verba occurrerint, diligenter nota, prece intellige. De missione Spiritus Sancti qua invisibiliter mittitur.

D. XVII

Iam nunc accedamus ad assignandam missionem Spiritus Sancti qua invisibiliter mittitur ad corda fidelium. Nam ipse Spiritus Sanctus, qui Deus est ac tertia in Trinitate persona, ut supra ostensum est, a Patre et Filio ac se ipso temporaliter procedit, id est mittitur et donatur fidelibus. Sed quae sit ista missio vel donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

Hoc autem ut intelligibilius doceri ac melius conspici valeat, praemittendum est quiddam ad hoc valde necessarium. Praemittit quiddam ad hanc ostensionem necessarium, scilicet quod Spiritus Sanctus est caritas qua diligimus Deum et proximum. Dictum quidem supra est et sacris auctoritatibus ostensum, quod Spiritus Sanctus amor est Patris et Filii, quo se invicem amant et nos. His autem addendum est, quod ipse idem Spiritus Sanctus est amor sive caritas qua nos diligimus Deum et proximum. Quae caritas cum ita est in nobis ut nos faciat diligere Deum et proximum, tunc dicitur mitti Spiritus Sanctus vel dari nobis; et qui diligit ipsam dilectionem qua diligit proximum, in eo ipso diligit Deum, quia ipsa dilectio Deus est, id est Spiritus Sanctus. Ne autem in re tanta aliquid de nostro influere videamur, sacris auctoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Augustinus in libro VIII De Trinitate ait: Qui diligit proximum, consequens est ut ipsam praecipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est. Consequens est autem ut praecipue Deum diligat. Idem in eodem: Deus est dilectio, ut ait Iohannes apostolus. Ut quid ergo imus et currimus in sublimia caelorum et ima terrarum, quaerentes eum qui apud nos est, si nos velimus apud eum esse? Nemo enim dicat: Non novi quid diligam. Diligat fratrem, et diligat eandem dilectionem. Magis enim novit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potest notiorem Deum habere quam proximum: plane notiorem, quia praesentiorem; quia interiorem, quia certiorem. Amplectere dilectionem Deum, et dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio quae omnes bonos angelos et omnes servos Dei consociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo saniores sumus a tumore superbiae, tanto sumus dilectione pleniores. Et quo nisi Deo plenus est qui plenus est dilectione? His verbis satis ostendit Augustinus quod dilectio illa qua diligimus Deum et proximum Deus est. Sed adhuc apertius in eodem libro subdit dicens: Dilectionem fraternam quantum commendat Iohannes apostolus attendamus: Qui diligit, inquit, fratrem

[Marginal notes:]
... ad gloriam ... superior angelis ... ad ... sicut ei placuit ... sic non est minoratus sed maioratus ... ad statum passibilitatis sic minoratus est.

... verbum ... non homo.

... donantis ... donatur.

in lumine manet, et scandalum in eo non est. Manifestissimum est quod iusticie perfectionem in fraterna dilectione posuit; nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse, quod numquam faceret nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult Deum intelligi. Apertissime enim in eadem epistola paulo post dicit: Dilectissimi, diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est; et omnis qui diligit ex Deo natus est et cognovit Deum. Qui non diligit, non cognovit Deum, quia Deus dilectio est. Ista contextio satis aperte declarat eandem fraternam ipsam dilectionem (nam fraterna dilectio est qua diligimus invicem) non solum ex Deo, sed etiam Deum esse tanta auctoritate predicari. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem; nec fieri potest ut eandem dilectionem non precipue diligamus qua fratrem diligimus, quia Deus dilectio est. Et qui non diligit fratrem, non est in dilectione; et qui non est in dilectione, non est in Deo, quia Deus dilectio est. Ecce apertissime fraternam dilectionem dicit Deum esse. Quod fraterna dilectio est Deus, non Pater vel Filius, sed tantum Spiritus sanctus.

Cum autem fraterna dilectio sit Deus, nec Pater est nec Filius, sed tantum Spiritus sanctus, qui proprie in Trinitate dicitur dilectio, id est caritas. Unde Augustinus in XV libro de Trinitate ait: Si in donis Dei nichil maius est caritate, et nullum maius est donum Dei quam Spiritus sanctus, quid consequentius est quam ut ipse sit caritas, qui dicitur et Deus et ex Deo? Et si dilectio ex Deo est et Deus, sed ait Iohannes: Dilectio ex Deo est, et paulo post: Deus dilectio est, manifestat eam se dixisse dilectionem quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo dilectio est. Item in eodem: Iohannes volens apertius de hac re loqui: In hoc, inquit, cognovimus quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere et ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo Deus dilectio. Ipse ergo significatur ubi legitur: Deus dilectio est. Ex his apparet quod Spiritus sanctus est caritas.

Hic ne forte aliquis — Quod non est dictum per causam — dicat illud dictum per expressionem cause, scilicet Deus est caritas, quia caritas sit ex Deo et non sit ipse Deus, sicut dicitur: Deus est tua patientia et spes et gaudium, non quia ipse sit illa, sed quia ex eo illa sunt — Sicut: Tu es patientia mea et spes mea — occurrit Augustinus ostendens hoc non esse dictum per causam, sicut illa, in XV libro de Trinitate ita dicens: Non dicturi sumus caritatem non proprie esse dictam Deum, quia ipsa caritas sit ipsa substantia que digna sit Dei nomine, sed quod sit donum Dei, sicut dictum est de Deo: Tu es patientia mea. Non ideo dictum est quia Dei substantia patientia nostra est, sed quia ab ipso nobis est. Unde alibi: Ab ipso patientia mea. Hunc enim sensum facile refellit ipsa locutio scripturarum. Tale est enim: Tu es patientia mea, quale est: Domine, tu es spes mea, et: Deus meus misericordia mea, et: fortitudo mea, et multa similia. Non autem dictum est: Domine caritas mea, aut: Tu es caritas mea, aut: Deus caritas mea; sed ita dictum est: Deus caritas est, sicut dictum est: Deus spiritus est. Hoc qui non discernit, intellectum a Domino, expositionem querant, non a nobis. Non enim apertius quicquam dicere possumus. Deus ergo caritas est, qua diligimus Deum et proximum. Unde Fulgentius est nobis ostendere quomodo Spiritus sanctus mittatur sive detur nobis.

Quomodo Spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

Nunc vero nobis mittitur nobis. Qui vero dicitur cum ita in nobis est ut faciat nos diligere Deum et proximum, per quod manemus in Deo et Deus in nobis. Unde Augustinus hunc missionis modum insinuat in XV libro de Trinitate dicens: Spiritus sanctus, quia procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum et proximum, et ipse est dilectio. Non enim habet homo unde diligat Deum nisi ex Deo. Ecce quomodo datur vel mittitur nobis Spiritus sanctus, secundum quod datum sive donum dicitur. Quod donum Augustinus commendans explanat apertius quomodo detur, in eodem libro: Dilectio Dei, inquit, diffusa

fusa

Ex predictis clarescit quod Spiritus sanctus caritas est.

in cordibus nostris. ut ait apostolus per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Nullum quoque isto dei dono excellentius. So-
lum est quod dividit inter filios regni et filios
perditionis. Dantur et alia per spiritum munera, sed sine
caritate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur
spiritus sanctus unicuique ut eum dei et proximi faciat amatorem,
ille a sinistra non transfertur ad dexteram. Nec
spiritus sanctus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem, quam
qui non habuerit, etsi loquatur omnibus linguis,
et habuerit prophetiam et omnem scientiam et
omnem fidem, et distribuerit omnem sub-
stantiam suam, et tradiderit corpus suum ita
ut ardeat, ei nihil prodest. Quantum ergo bonum est
sine quo ad vitam eternam neminem tanta
bona perducunt. Ipsa vero dilectio vel caritas est
nomen unius rei, nomen est utrumque, perducit ad
regnum. Dilectio ergo que in cordibus nostris, deus
caritas est, id est spiritus sanctus, qua per quam nos tota inhabitet
trinitas. Quocirca rectissime spiritus sanctus cum sit
deus, vocatur et donum dei. Quod donum proprie quid
nisi caritas intelligendum est, que perducit ad
deum. Et sine qua quodlibet aliud dei donum
non perducit ad deum. Ecce hic aperitur quod
suppositum erat, scilicet quod spiritus sanctus sit caritas
et donum excellentius, et quomodo hic donum
spiritus sanctus detur nobis, scilicet cum ita impertitur alicui
ut ita est in aliquo ut eum faciat et dei et
proximi amatorem. Quod cum facit, tunc
dicitur dari sive mitti alicui. Utrum concedendum
Hic queritur si caritas sit quod spiritus sanctus augeatur
spiritus sanctus est, cum ipsa au- in homine et magis
geatur et minuatur in homine, et et minus habeatur
magis et minus per diversa tempora vel detur
habeatur, utrum sit concedendum quod
spiritus sanctus augeatur vel minuatur in homine, vel
magis et minus in homine habeatur. Si enim in
homine augetur et magis vel minus da-
tur et habetur, esse mutabilis videtur. Deus
autem omnino immutabilis est. Videtur ergo quod vel

spiritus sanctus non sit caritas, vel caritas non augeatur
vel minuatur in homine. Forte caritas et non habenti da-
tur ut habeat, et habenti ut plenius habeat. Sic ergo spiritus sanctus
caritas est, et non habenti datur ut habeat, et habenti ut
plenius habeat. Sed quomodo datur non habenti cum
ipse ut deus ubique sit, et in omnibus creaturis
totus, et quomodo plenius datur vel habetur sine
sui mutatione. Responsio ad primam questionem
Hic nos magis gaudemus dicentes
quod spiritus sanctus sive caritas penitus immutabilis est,
nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit
magis vel minus, sed in homine vel potius homini au-
getur vel minuitur, et magis vel minus datur vel habetur.
Sicut deus dicitur magnificari et exaltari in
nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exalta-
tur. Unde propheta: Accedet homo ad cor altum et exaltabitur deus. Super
quem locum ait auctoritas: deus non in se, sed
in corde hominum grandescit. Sic ergo spiritus sanctus homini
datur et datus amplius datur, id est augetur, et magis
et minus habetur, et tamen immutabilis existit. Cum
ubique sit et in omni creatura totus, sunt tamen
multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum
habent in quibus est, alioquin et irrationales creature
haberent spiritum sanctum, quod fidei pietas non admittit.
Ut autem certius fiat auctoritate confirmat utrum
quod diximus auctoritate confirmamus questionem.
quod spiritus sanctus et magis et minus percipitur, et habenti au-
getur et non habenti datur et habenti ut plus habe-
atur, Augustinus ostendit super Iohannem dicens: Sine
spiritu sancto constat Christum nos non diligere et eius man-
data nos servare non posse, et id nos posse agere
tanto minus quanto illum percipimus mi-
nus, tanto vero amplius quanto illum percipimus
amplius. Ideoque non solum non habenti, sed et habenti non
incassum promittitur. Non habenti quidem ut habeatur,
habenti autem ut amplius habeatur. Nam si ab alio
magis non haberetur, sanctus Heliseus sancto Helie non di-
ceret: Spiritus qui est in te duplo sit in me. Christo
autem qui est dei filius non ad mensuram datur.

impetratis vel ...

ex deo est et deus est, ipse spiritus sanctus per quem diffunditur

et tunc ille appare dicitur habere spiritum

spiritus s. Neque n. spiritus s. sic gratia est media
tor dei et hominum ihc xpc homo. Qui n. est unige
nitus filius equalis patri non est gratie s; nature.
Qui autem in unitatem persone unigeniti assump
tus est homo: gratie est non nature. Ceteris autem
ad mensuram datur et datus additur donec uni
cuique pro modo sue perfectionis propria men
sura compleatur. Et de ex presenti hiis q. spc s.
magis et minus datur l accipitur et hominum da
tus augetur. Sed ita n. non sed ita datur q. spc s. e
caritas que si minus datur et minus augetur l proficit.
fimo uel uerius et magis ipse loquitur. homo in
ea proficit et deficit aliquando et tunc ipsa dicitur
proficere et deficere que tamen non proficit nec de
ficit in se. q. dicit est. Unde augustinus in omelia
ix. sup eplam iohis dicit: probet se quisque quantum
in illo profecerit caritas. l potius quantum ipse p
fecerit in caritate. Nam si caritas est deus nec
proficit nec deficit. Sic ergo dicitur proficere in te
caritas quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intel
ligendum sit cum dicitur spiritus s. augeri in no
bis: q. nos in eo non proficimus. l q. nos sibi eo si
proficimus. Sic et alia huiusmodi. Sed aliquid di

Nunc supradictum est: **utrum spiritus s. non esse caritas**
quod spiritus s. e caritas **de qua diligimus deum et**
patris et filii qua se inuicem diligunt et nos. **p[er] x.**
et ipse idem est caritas que diffunditur in cor
dibus nostris ad diligendum deum et proximum.
horum alterum omnes concedunt catholici. s. quod
spiritus s. est caritas patris et filii. Quod autem
ipse idem sit caritas qua diligimus deum et
proximum aplerisque negatur. Dicunt enim
si spiritus s. est caritas patris et filii et infra eadem
ergo caritas: qua deus diligit nos et qua nos dili
gimus eum. Hi autem auctoritates sanctorum negare
uidentur. Dicit enim augustinus in libro de spiritu
et littera. Unde: dilectio n. et unde ipsa fides. i. a spiritu
s. Non enim esset in nobis nisi diffunderetur
in cordibus nostris p spiritum. caritas autem

dei dicta est diffundi in cordibus nostris.
non qua nos ipse diligit. sed qua facit dilectores
suos nos. Sicut iustitia dei dicitur qua nos iusti
eius munere efficimur: et domini salus qua nos
saluat. et fides xpi qua nos fideles facit. In hiis uerbis
uidetur monstrari distinctio inter caritatem qua
nos diligit et qua nos diligimus. et sicut iusticia
nostra dicitur dei non quia ipse sit iustus ea: sed q. nos
iustos facit ea. Similiter fides et salus sic uidetur
caritas dei dicta que est in nobis non quod ea ipse p
tie diligat. sed q. ea nos diligere facit. De hoc
et augustinus d. xv. d. t. ita ait. Cum iohes com
mendaret dilectionem dei: non qua nos diligimus
eum. sed qua ipse dilexit nos et misit filium suum
liberatorem p peccatis nostris et c. Ecce hic uidetur ma
nifeste diuidere dilectionem qua nos diligimus
deum ab ea qua ipse diligit nos. Si ergo in quantum
spc s. est dilectio qua deus diligit et qua nos diligi
mus. Duplex dilectio est. Immo duo diuisa est q.
absurdum et a ueritate longe est. Non ergo est di
lectio qua diligimus. sed qua tantum deus diligit. His
respondemus predictarum auctoritatum uerba determinan
tes hoc modo. Caritas dei dicta est diffundi in
cordibus nostris non qua ipse nos diligit sed qua
ipse nos diligere facit et c. His uerbis non diuidit
nec diuisa esse ostendit caritas qua deus nos
diligit ab ea qua nos diligimus. sed potius cum
sit una et eadem caritas et dicatur ipsa dei ca
ritas. diuersis de causis et rationibus dei caritas
appellari in scripturis ostenditur. Dicitur enim
dei caritas. l q. ea diligit nos. l q. ea sui dilec
tores facit nos. Cum ergo ab aplo dicitur cari
tas dei diffundi in cor. n. non est caritas dicta
dei qua diligit nos: sed qua facit nos diligere.
i. ibi non appellatur caritas dei eo q. nos ea deus
diligat. sed eo q. nos ea sui dilectores faciat et q.
ea possit ratione dici caritas dei. q. nos ea dili
gere faciat: ex simili genere locutionis osten
dit. Sicut dicitur iusticia dei qua nos iustificat

et donum salutis qua nos salvat, et fides Christi qua nos
fideles facit. Similiter et aliam (determinationem)
exponimus auctoritatem, ubi ait dilectionem (secundum)
Dei commemorari, non qua nos eum, sed qua ipse nos
dilexit, ac si diceret: Commemorat dilectionem
Dei, non secundum quod ea nos diligimus Deum, sed secundum
quod ipse ea diligit nos. Sed et (alia est obiectio)
et aliud est quod inquiritur, quod magis urget. Dicit
enim super Augustinus quod dilectio est a Spiritu Sancto a quo fides
sit; sed fides non est Spiritus Sanctus a quo est; ita nec caritas.
Quomodo ergo caritas Spiritus Sanctus est, si ab ipso est? Et iam
si ab ipso est et ipse est, ergo ipse Spiritus Sanctus a se ipso est. Ad quod
dicimus quod Spiritus Sanctus quidem a se ipso non est,
sed tamen a se ipso datur nobis, ut supradictum est.
Dat enim se ipsum nobis Spiritus Sanctus, et ex hoc sensu dictum est
quod caritas ab ipso est in nobis, et tamen ipsa Spiritus Sanctus
est. Fides autem est a Spiritu Sancto et non est Spiritus Sanctus, quia donum vel da-
tum solummodo est, donum non dans. Alias
quoque inducunt rationes ad idem ostendendum,
scilicet quod caritas non sit Spiritus Sanctus, quia caritas est
affectio mentis et motus animi, Spiritus Sanctus vero non
est affectio animi vel motus mentis, quia Spiritus Sanctus
immutabilis est et increatus; non est ergo caritas.
Quod autem caritas sit affectio animi et motus (quod)
mentis, ex auctoritatibus affirmant. (caritas est motus)
Dicit enim Augustinus in III (vel affectus mentis)
libro de doctrina christiana: Caritatem voco motum animi
ad fruendum Deo propter ipsum et se et proximo propter De-
um. Item in libro de moribus ecclesie catholice tractans
illud verbum Apostoli: Nec mors nec vita poterit
nos separare a caritate Dei: Caritas, inquit, qua Deum di-
ligimus, hic dicta est virtus que animi nostri rectissima
affectio est, que nos coniungit Deo, qua eum di-
ligimus. Ecce his verbis ostenditur quod caritas est
affectio mentis et motus animi, ac per hoc non
videtur esse Spiritus Sanctus. Ad quod (ad determinationem)
dicimus hoc ita dictum esse sicut dicitur (auctoritas):
Deus est spes nostra et patientia nostra, quia facit
nos sperare et pati. Ita caritas motus sive affectio

animi dicitur esse, quia per eam movetur et afficitur animus
ad diligendum Deum. Non autem inferius
si caritas animi sit Spiritus Sanctus dicatur mentis motus
animi, et in libro Sapientie dicitur de spiritu sapi-
entie que attingit a fine usque ad finem fortiter,
qui est actus mobilis certus incoinquinatus; quod
non ideo dicitur quod sapientia est mobile aliquid
vel actus aliquis, sed quia in mobilitate sua omnia
attingit, non locali motu, sed ut ubique et semper sit
et nusquam inclusa teneatur. Sic ergo caritas motus
animi dicitur, non quod ipsa sit motus vel affec-
tio vel virtus animi, sed quia per eam quasi esset virtus af-
ficitur mens et movetur. Sed si caritas Spiritus Sanctus est,
cum operatur in singulis prout vult, cum per eum
mens hominis afficiatur et moveatur ad credendum
vel sperandum et huiusmodi sicut ad diligendum, quare non
sic dicitur caritas motus vel affectio mentis ad
credendum aliquid et sperandum sicut ad diligendum? Ad
quod sane dici potest quod alios actus atque operatur
motus virtutum caritas, id est Spiritus Sanctus, mediantibus
virtutibus quarum actus sunt, ut puta actus
fidei, id est credere, fide media, et actum spei, id est spe-
rare, spe media. Per fidem enim et spem pre-
dictos operatur actus. Diligendi vero actum
per se tantum sine alicuius virtutis medio operatur,
id est diligere. Aliter ergo hunc actum operatur quam
alios virtutum actus. Ideoque differenter de
hoc et aliis loquitur Scriptura, que istum specia-
liter caritati tribuit. Est ergo caritas vere
Spiritus Sanctus. Unde Augustinus premissum verbum
Apostoli tractans in eodem libro dicit caritatem
esse bonum quo nil melius est, et per hoc ipsum esse
Deum significat dicens: Si nulla res nos ab eius se-
parat caritate, quid esse non solum melius sed
etiam certius hoc bono potest? Ecce hic dicit quod cari-
tate nil melius est. Caritas ergo Spiritus Sanctus est, qui est
Deus et donum Dei, sive donatum, qui dividit sin-
gulis fidelibus dona, nec ipse dividitur, sed
individuus singulis datur. Unde Augustinus de Johanne ait.

D. XVIII

Hinc ad mensuram Christi dari Spiritum Sanctum dicit, ceteris vero dividitur: non quidem ipse Spiritus, sed dona eius. *An concedendum quod per donum dividuntur dona.* Hic quaeritur, cum Spiritus Sanctus dicatur donum, per quem dividuntur dona, ipse sit donum, utrum concedendum sit quod per donum dividantur ac dentur dona. Ad quod dicimus quia per donum quod est Spiritus Sanctus singulis propria dona dividuntur, et ipsum communiter omnes boni habent. Unde Augustinus in XV libro De Trinitate: Quia per donum quod est Spiritus Sanctus in commune omnibus membris Christi multa dona quae sunt quibusque propria dividuntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alii alia, quamvis ipsum donum a quo cuique propria dividuntur omnes habeant, id est Spiritum Sanctum. Aperte dicit dona dari per donum.

Praeterea diligenter *utrum Spiritus Sanctus eadem ratione* considerandum est, cum *dicatur donum et datum* Spiritus Sanctus, dicitur donum et datum, utrum *sive donatum*, eadem ratione utrumque nomen ei conveniat. Quod utique videri potest. Cum enim idem sit Spiritum Sanctum dari et Spiritum Sanctum donari, ex eadem ratione videtur dici Spiritus Sanctus datum et donum. Sed tamen Augustinus videtur significare in XV libro De Trinitate, cum ait: Spiritus Sanctus in tantum donum est in quantum datur eis quibus datur; apud se autem Deus est, etsi nemini detur. Ecce aperte dicit Spiritum Sanctum donum appellari quia datur. Sic et eo tantum appellatur donum quia datur, non ab aeterno fuit donum, quia non datum nisi ex tempore.

Ad quod dicimus *responsio: datum vel dona(tum)* quod Spiritus Sanctus et donum dicitur *cum dicitur Spiritus Sanctus* et datum sive donatum; sed datum sive donatum ex eo tantum dicitur quia datur sive donatur, quod habet tantum ex tempore. Donum vero dicitur non ex eo tantum quod donetur, sed ex proprietate quam habuit ab aeterno. Unde et ab aeterno fuit donum. Sempiternum enim fuit donum, non quia daretur, sed quia processit a patre et filio. Unde Augustinus in IV libro De Trinitate: Sicut natum esse est filio a patre esse, ita Spiritui Sancto donum Dei esse est a patre procedere et a filio. Hic aperte ostenditur quod Spiritus Sanctus eo donum est quod procedit a patre et filio, sicut filius eo est a patre quod natus est ab eo. Non est tamen idem filio esse a patre et Spiritui Sancto, id est non ea proprietate filius dicitur esse a patre qua Spiritus Sanctus. Nam filius dicitur esse a patre quia genitus est ab eo, Spiritus Sanctus vero dicitur esse a patre et filio quia Spiritus est donum patris et filii, id est quia procedit ab utroque. Eo enim dicitur Spiritus quo donum, et eo donum quo procedens. Unde Augustinus in V libro De Trinitate ait: Spiritus Sanctus qui non Trinitas sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur Spiritus Sanctus relative dicitur, cum et ad patrem et ad filium refertur, quia Spiritus Sanctus patris et filii Spiritus est; sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum Dei; donum enim patris et filii est, quia et a patre procedit et a filio. Ecce his verbis aperte ostenditur eadem relatione dici Spiritum Sanctum et donum. Donum autem quia procedit a patre et filio. Proprietas ergo qua dicitur Spiritus Sanctus vel donum processio ipsa est, de qua post plenius agemus cum aliis. Cum ergo ab aeterno processit ab utroque, et ab aeterno donum fuit. Non ergo Spiritus Sanctus eo tantum donum dicitur quia donatur; nam et ante fuit donum quam donaretur. Unde Augustinus in V libro De Trinitate ait: Semper procedit Spiritus Sanctus, et non ex tempore sed ab aeternitate procedit; sed quia sic procedebat ut esset donabile, iam donum erat antequam esset cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum. Nam donum potest esse et antequam detur; donatum autem nisi datum fuerit, nullo modo potest dici. Sempiterne ergo Spiritus Sanctus est donum, temporaliter autem donatum. His verbis aperte ostenditur quod sicut Spiritus Sanctus ab aeterno procedit, ita ab aeterno donum est. Non

quia donaretur a patre et filio vel a filio patri, sed
quia ab eterno donabilis processit. Sed queritur cum
donabilis fuerit patri et filio an tantum nobis
qui non dum eramus. Si autem non erat
donabilis patri et filio sed tantum nobis et ideo donum
erat quia sic donabilis procedebat, videtur
quod filius eadem ratione semper donum
fuit quia a patre processit ab eterno nobis do-
nabilis in tempore. Nam et de filio legitur
quod datus est nobis. Ad quod dicimus quod
spiritus sanctus nobis tantum non patri vel filio donabi-
lis processit, sicut et nobis tantum datus est nobis,
et ab eterno processit a patre non ut donabi-
lis tantum sed ut genitus qui et donari posset.
Processio ergo ut genitus et donabilis. Sed
spiritus sanctus non processit ut genitus sed tantum ut do-
num. Donum autem semper fuit non solum
quia donabile est sed quia ab utroque processit
et quia donabile fuit. Unde Augustinus in v. li.
de tri.: Eo ipso quo daturus erat eum deus
donum erat et antequam daretur. Et ideo dona-
bilis sed aliter donabilis quam filius. Nam et
aliter datus et aliter processit quam filius. Filii
enim processio generatio est vel nativitas est.
Spiritus sancti processio nativitas non est, unde
uno ineffabilis est. Quod sicut filius nascendo acce-

Et notandum quod pater tantum ut esset filius sed et
sicut filius nascendo accepit essentiam, ita et spiritus sanctus proce-
non tantum ut sit filius sed omnino ut sit procedendo accepit non
et ut ipsa substancia sit, ita et spiritus sanctus a tantum ut esset donum
patre et filio procedendo accepit non tantum ut sed et essentia
spiritus sanctus sit vel donum, sed et omnino ut sit et esset
ut substancia sit, quod utique non accepit
ex eo quod datur. Nam cum non detur nisi
ex tempore, sic haberet eo quod daretur acce-
pisse ergo a tempore ut esset. Unde Aug. in v. li. de
tri. ait: Filius non tantum habet nascendo ut sit
filius set omnino ut sit. Queritur ergo utrum
spiritus sanctus eo quo datur habeat non tantum ut donum
sit sed omnino ut sit. Quod si non est nisi quia
datur, id est si non habet esse nisi eo quo datur, sicut fili-
us nascendo habet non tantum ut sit filius quod re-
lative dicitur sed omnino ut sit ipsa substan-
tia, quomodo iam spiritus sanctus erat ipsa substantia
cum non prius daretur quam esset cui daretur?
Non ergo eo quo datur sed procedendo habet ut sit
donum et ut sit essentia, sicut filius non eo quod
datus est sed nascendo accepit non tantum ut sit
filius sed ut sit essentia. Unde Augustinus in xv. li. de
tri. ait: Sicut filio prestat essentiam sine in-
itio temporis sine mutabilitate nature de
patre generatio, ita spiritui sancto prestat essentiam
sine ullo initio temporis sine ulla mutabili-
tate nature de utroque processio. Quod ex predictis

Hic queritur si filius videtur quod filius non tantum sit filius
nascendo habet non tantum ut sit natus sed et deus vel
filius sed ut sit essentia et ita essentia, et spiritus sanctus pro
spiritus sanctus procedendo habet non cessione sed et deus
tantum ut sit donum set ut sit essentia, ergo et
filius nativitate essentia est et spiritus sanctus processione
essentia est. Cum alibi dicatur quod nec
pater eo pater est quo deus, nec filius eo filius
quo deus, nec spiritus sanctus eo donum quo deus, quia
ut ait Augustinus in vii. li. de tri.: hiis nomi-
nibus relativa eorum ostenduntur non essentia.
Unde post plenius agemus. Ad quod breviter
respondentes dicimus quod nec filius nati-
vitate essentia est sed tantum filius, nec spiritus
sanctus processione essentia est sed tantum donum et
non utique ille nascendo iste procedendo acce-
pit ut esset essentia. Deo tamen ut ait Hylla-
rius in v. li. de tri. per defectionem aut pro-
tensionem aut derivationem ex deo deus,
sed ex natura nature in naturam eandem nati-
vitate subsistit filius, et virtute nature in
naturam eandem processionem subsistit
spiritus sanctus. Quod ita intelligi potest ex patre
qui est virtus ingenita natura quam habet

eandem filius nativitate vel nascendo, et spiritus sanctus processione vel procedendo habet. Unde ipse idem aperte in eloquentiis de eadem re quod dixerat aperte dicens: Nativitas in quo deus non potest non enim de qua perfecta est tenere naturam. Idem in eodem: aliud quam de illo sit quia non aliunde quam de deo subsistit. Ecce his verbis aperitur quomodo accipiendum sit illud: de patre generatio prestat essentiam filio, et de utroque processio essentiam spiritui sancto prestat, non quia illa essentia sit filius et ista essentia sit spiritus sanctus, immo proprietate personali, sed quia et ille nascendo et iste procedendo essentiam habet eandem et totam que in patre est. Quod spiritus sanctus dicitur donum et donatum.

Ex predictis patet secundum duos processionis modos quod spiritus sanctus sempiterne donum est et temporaliter datum vel donatum. Ex quo apparet illa distinctio gemine processionis de qua supra egimus. Iam secundum alteram processionem dicitur datum vel donatum, secundum alteram vero dicitur donum.

Et secundum hoc quod sempiterne donum est refertur ad patrem et ad filium. Secundo quod secundum hoc vero unum est refertur ad patrem quod dicitur datum et ad filium secundum quod datum et ad eum vel donatum, et ad eum qui dedit quod dedit et ad eos refertur, et ad eos quibus datur, quibus dedit, et eius dicitur esse qui dat et eorum quibus datur. Unde Augustinus in v libro de trinitate: ait quod datum est et ad eum qui refertur dedit et ad eos quibus dedit. Itaque spiritus sanctus non tantum patris et filii qui dederunt, sed et noster dicitur, quia accepimus. Sicut et dicitur domini qui dedit et tamen qui accepimus. Non ille spiritus noster quo sumus, quia ipse spiritus est hominis qui in ipso est. Et istum spiritum quo homines dicitur utrumque accepimus, sed alter iste, alter ille noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus ut essemus,

aliud est enim quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Quod autem spiritus sanctus noster dicatur, scriptura ostendit. Scriptum est enim de Iohanne quod in spiritu Helye veniret. Ecce dictus est spiritus Helye spiritus sanctus quem accepit Helyas. Moysi ait dominus: Tollam de spiritu tuo et dabo eis, id est dabo eis de spiritu sancto quem iam dedi tibi. Ecce et hic dicitur spiritus Moysi. Patet ergo quod spiritus sanctus noster dicitur spiritus.

Sed quia nobis datus, ideo noster est et datus utique ad hoc ut sancti essemus. Sed spiritus non creatur ad hoc datus est ut essemus. An filius cum sit nobis datus possit

Hic queritur utrum dici valeat ut sit spiritus filius cum nobis sit datus, ut spiritus sanctus dicitur vel possit dici noster. Ad quod dicimus quod filius dicitur noster panis, noster redemptor et huiusmodi. Sed non dicitur noster filius: dicitur relative tantum ad illum qui genuit, et non ut potest dici noster filius, sed tantum patris. In eo autem quod dicitur datus et ad eum qui dedit et ad eos quibus est datus refertur, ut spiritus sanctus qui etiam in scriptura ut predictum est dicitur spiritus noster vel spiritus tuus vel illius, ut de Moyse et Helya dictum est. Numquam tamen in scriptura occurrit ita dici spiritus sanctus noster vel tuus vel illius, spiritus noster vel tuus vel illius. Spiritus sanctus eo dicitur quo donum et utrumque relative dicitur ad patrem et ad filium, et hoc sempiterna relacione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato vel dato. Cum vero accipitur donum eo modo quo spiritus sanctus donum tantum patris et filii dicitur, non hominis. Ita filius secundum hanc appellationem non potest dici noster, ut dicatur noster filius. Ille noster panis, nec dicitur spiritus sanctus noster, et tamen de filio dicitur noster panis et de spiritu: spiritus noster specialis, gracialis quia nos reficit. Nobis datus iste noster spiritus, quia nobis inspiratur a patre et filio et in nobis spirat

Noster dicitur spiritus quandam ... et ... spiritus. Informacionis sic non potest dici noster ... ut ... Spiritus ... relacionaliter: ad patrem sic noster non dicitur; ad datum sic potest dici noster.

... et in missione invisibili et in iocunditate spirituali

uult. Unde Augustinus in v. libro de trinitate ait: Quod de
patre natum est ad patrem solum refertur
cum dicitur filius. Et ideo filius patris est et non noster.
Diximus tamen et patrem nostrum, da nobis, sic dicimus
spiritum nostrum. **Utrum spiritus sanctus ad se**
ipsum referatur.

Post hoc queritur utrum spiritus sanctus ad se ipsum
referatur. Hoc enim videtur ex predictis posse pro
bari. Si enim quod datur refertur ad eum qui
dat et ad eum cui datur, et spiritus sanctus datur a se ip
so ut predictum est, ergo ad se ipsum refertur. Huius
questionis determinacionem in posterum dif
ferimus donec tractemus de hiis que rela
tive dicuntur de deo ex tempore, in quibus da
tum et donatum continentur. **Hic de equalitate**

D. XIX

trium per sonarum coequalitate.

Nunc postquam coeternitatem trium per
sonarum pro modulo
facultatis nostre insinuavimus,
iam de earundem equalitate aliquid elo
qui superest. Fides enim catholica sicut coeter
nas, ita et coequales tres personas asserit. Equa
lis enim est in omnibus patri filius, et filius spiritus sanctus,
ut ait Augustinus in libro de fide ad Petrum. Bre
viter aperiens quomodo intelligatur equa
litas, docet dicens: Nullus horum alium autem precede
re eternitate autem excedere magnitu
dine aut superat potestate, quia nec filio nec
spiritui sancto, quantum ad nature divine uni
tatem pertinet, aut anterior aut maior
est pater, nec filius spiritu sancto. Eternum quippe
et sine inicio est quod filius de patris natura
existit, et eternum et sine inicio est quod spiritus
sanctus de natura patris filiique procedit. Ob hoc
ergo recte tres unum credimus et dicimus deum,
quia una prorsus eternitas, una immensitas, una
naturaliter est trium personarum divinitas.
Ecce breviter assignavit Augustinus in quo
trium personarum consistat equalitas, scilicet quia
alia aliam non excellit aut eternitatem aut

magnitudinem aut potestate. **Quod eternitas et**
magnitudo et potencia in deo sunt unum et ponatur quod divisa.

Cumque enumerentur ista
quasi diversa in deo, tamen unum
et idem sunt, scilicet essencia divina simplex
et incommutabilis. Unde Augustinus in vi.
libro de trinitate: Non alio magnus, alio deus est, sed eo magnus
quo deus est, quia non aliud est illi magnum esse,
deum esse aliud quippe. Eadem eius magni
tudo est que virtus, et eadem essencia que mag
nitudo. Pater quoque et filius simul una essencia et
una magnitudo. Ita est in divina potencia, dicitur essencia divina.
Unde Augustinus in vii. libro confessionum: Vo
luntas et potencia dei deus ipse est. Eternitas
quoque dei essencia divina est, quod Augustinus
ostendit super illum locum psalmi: In generati
one generacionum anni tui. Dicens: Est generacio genera
cionum que non transit, collecta de omnibus
generacionibus, id est seculum. In illa erunt anni dei
qui non transeunt, id est eternitas dei. Non enim
aliud sunt anni dei, aliud ipse, sed anni dei
eternitas dei. Eternitas vero ipsa dei substancia est,
nil habens mutabile. Inconcusse ergo tene
amus quod unum idem est, id est substancia dei,
una dei eternitas, potencia, magnitudo, et
tamen consuevit scriptura et hec et hiis similia
quasi distincta ponere. In hiis ergo verbis tri
um equalitatem personarum breviter complex
us est Augustinus, quia alius alium nec eternita
te nec magnitudine superat. **Hic de magni**
tudine.

Quod autem eternitate aliqua
trium personarum aliam non excedat supra
ostensum est, ubi coeternitas trium personarum
insinuata est. Nunc ergo superest ostendere quod
magnitudine vel potencia alius alium non
excedat. Et prius de magnitudine videamus.

Quod non est maior una persona quam alia, nec due quam una, nec tres quam due vel una.

Sciendum est igitur quod
pater non est maior
filio, nec pater vel filius

maior spiritu sancto. nec magis aliquid due persone simul sunt quam una. nec tres simul magis aliquid quam due. nec maior est essentia in tribus quam in duabus. nec in duabus quam in una. quia tota est in singulis. Unde Johannes damascenus ait. Confitemur deitatis naturam omnem perfecte esse in singulis suarum hypostaseon. id est personarum. omnem in patre. omnem in filio. omnem in spiritu sancto. Ideoque perfectus deus pater. perfectus deus filius. perfectus deus spiritus sanctus.

Quomodo dicitur pater esse in filio et filius in patre et spiritus sanctus in utroque et singuli in singulis.

Et inde est quod pater dicitur esse in filio et filius in patre et spiritus sanctus in utroque et singuli in singulis. Unde augustinus in libro de fide ad petrum. Propter unitatem vero naturalem totus pater in filio et spiritu sancto est. totus quoque spiritus sanctus in patre et filio est. nullus horum extra quemlibet ipsorum est. propter divine nature unitatem substantie. Ecce hic apparet aliquantulum. non enim potest plene tamen ab homine teneri archanum ex qua intelligentia dicatur singula personarum tota esse in aliis. Unde hylarius ista interius perquirens in III de trinitate ait. Affert plerisque obscuritatem sermo domini cum dicit. Ego in patre et pater in me est. nec inmerito. Natura enim intelligentie humane rationem huius dicti non capit. nec exemplum aliquod divinis rebus comparatio humana prestabit. Sed quod intelligibile est homini. deo esse possibile est. Cognoscendum itaque atque intelligendum est quid sit istud. Ego in patre et pater in me est. si tamen comprehendere hoc ut est valebimus. ut quod natura rerum pati non posse existimatur. id divine veritatis ratio consequatur. Patrem ergo in filio et filium in patre esse plenitudo divinitatis in utroque perfecta est. Et quia plenitudo divinitatis in filio est. quod in patre est. hoc et in filio est. quod in ingenito. hoc et in unigenito. alter ab altero et uterque unum. id est qui est mihi habens quod non sit in alio quod in quo est. Non duo unus. sed alius in alio. quia non aliud in utroque. ut tamen sint in fide nostra uterque non unus. nec eundem utrumque nec aliud confitemur. quia deum ex deo natum nec eundem nativitas nec alium esse permittit. Eandem ergo magis et virtutis similitudinem et deitatis plenitudinem confitemur. quia veritas dicit. Ego in patre et pater in me est. Omnia hic filius accepit a patre. Nam si partem eius accepit qui genuit. neuter ergo perfectus est. deest enim ei aliquid unde decessit. et plenitudo in eo erit qui ex portione constiterit. Neuter ergo perfectus est si plenitudinem suam et qui genuit amittit. et qui natus est non consequitur. Fateamur ergo quod pater est in filio et filius in patre et deus in deo est. Unde idem hilarius ait in VII libro de trinitate. Non per duplicem generum convenientium coniunctionem. nec per insitivam capacioris substantie naturam. sed nature unitatem similitudinem per nativitatem viventis nature ex vivente natura. dum res non differt. dum naturam dei non degenerat nativitas. dum non aliud aliquid ex deo quam deus nascitur. dum nil in his novum est. nil alienum. nil separabile. Ecce huius verbis intelligi potest prout permittit humana infirmitas. ex quo sensu christus dixerit se esse in patre et patrem in se. Ex eodem enim sensu intelligitur spiritus sanctus esse in utroque et singule persone in singulis. quia scilicet in singulis est eadem plenitudo divinitatis. unitas. similitudo nature. quia maior non est natura divina in harum aliqua personarum quam in aliqua istarum. sed unius et indifferentis nature sunt hee tres persone. Ideoque alia in alia esse dicitur. et in predictum est. Unde ambrosius predictorum verborum intelligentiam nobis aperiens super epistolam secundam ad corinthios ait. Per hoc intelligitur pater esse in filio et filius in patre. quia una est eorum substantia.

E

Ibi enim est unitas ubi est nulla diversitas. Ecce trium illustrium virorum testimoniis scilicet Augustini, Hylarii, Ambrosii, in idem concurrentibus revelatione Spiritus sancti in eis loquentis, veritatem de re volentibus ostenditur; cum quasi per speculum in enigmate ostenditur qualiter accipiendum sit illud, cum dicitur Pater in Filio esse vel Filius in Patre vel Spiritus sanctus in utroque. Quod id redit quod

Sed iam nunc ad propositum *repetit ut ostendat* redeamus, ceptoque insistamus, *quod magnitudi*ostendentes quod magnitudine *ne a aliam non superat* nullum trium personarum aliam superat. Quia nulla maior aliis, nec maius aliquid sunt due quam una, nec tres quam due, nec maior est quam singuli earum, quia singulis eorum perfectum est, nec est quo crescat illa perfectio. *Quod nulla*

Nec est aliqua trium personarum *persona* pars Dei vel divine essentie, quia *pars trinitatis* singula harum verus Deus et plenus est Deus *est*, et tota et plena est divina essentia. Et ideo nulla istarum in Trinitate pars est. Unde Augustinus in II libro contra Maximinum hereticum sic ait: Putas omnino Patrem cum Filio et Spiritu sancto unum Deum esse non posse; times enim ne Pater sit pars unius Dei qui constat ex tribus. Noli hoc timere. Nulla enim fit partium in deitatis unitate divisio. Unus est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus, id est ipsa Trinitas est Deus unus. Numquid Deus Pater est pars Dei? Absit. Tres enim persone sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus, et hi tres quia unius substantie sunt, unum sunt et summe unum, ubi nulla naturarum, nulla est diversitas voluntatum. Si enim natura unum essent et consensione unum non essent, non summe unum essent; si vero dispares natura essent, non essent summe unum. Hi ergo tres qui unum sunt propter ineffabilem coniunctionem deitatis qua ineffabiliter copulantur, unus Deus est. Pars ergo Trinitatis esse non potest quicumque in tribus unus est. In Trinitate ergo que Deus est, et Pater Deus est et Filius Deus est et Spiritus sanctus Deus est, et simul hi tres unus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est unus, nec maius aliquid duo quam unus ibi est, nec maius aliquid sunt omnes quam singuli, quia spiritualis non corporalis est magnitudo. Qui potest capere capiat; qui autem non potest, credat et oret ut quod credit intelligat. Verum est enim quod per prophetam dicitur: Nisi credideritis non intelligetis. His verbis ostendit indifferentem magnitudinem trium personarum. Item in eodem: Tu nempe dixisti Deum unum non ex partibus esse compositum, et hoc de Patre vis intelligi. Sua virtus inquis est ingenita, que simplex, et tamen in hac simplici virtute multa videris commemorare, cum dicis: Deus Deum genuit, bonus bonum genuit, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem. Numquid ergo bonitas et sapientia et clementia et potentia partes unius sunt virtutis, quam simplicem esse dixisti? Si dixeris partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat, et simplex illa virtus de qua dicis unus est Deus; ergo Deum ex partibus esse compositum dicis. Non dico, inquis. Non sunt ergo partes. Si ergo in una persona Patris illa inveniuntur que plura videntur, et partes non inveniuntur, quia una virtus simplex est, quanto magis Pater et Filius et Spiritus sanctus et propter individuam deitatem unus Deus est, et propter uniuscuiusque proprietatem tres persone sunt, et propter singulorum perfectionem partes unius Dei non sunt. Virtus est Pater, virtus est Filius, virtus est Spiritus sanctus. Hoc verum dicis; sed quod virtutem de virtute genitam et virtutem de virtute procedentem non vis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam et catholicam dicis. His verbis aperte docet quod tres ille persone non sunt partes Dei vel

Hic diuine essentie nulla pars in trinitate partis dicenda est. nec ulla maior aliis. Cur dicantur tres

Sed et adiciendum est personas esse unam essentiam. Et

quod tanta est equalitas. Non genus de speciebus

trium personarum atque non speciem de indiuiduis

in differentia magnitudinis. predicari. Quod non est esse

cum dicimus tres personas aut genus et species

unam esse essentiam uel sub illa essentia species et personas

statuentes. Sed ut genus sit persone indiuidua.

de speciebus. nec ut speciem

de indiuiduis predicamus. Non enim essentia

diuina genus est. et tres persone species indiuidua.

quod augustinus rationibus probabilibus atque

irrefragabilibus aperte demonstrat in libro vii.

de trinitate ita dicens. Si essentia genus est. species autem

persona. ut non nulli sentiunt. oportet appellari

tres substantias ut appellantur tres persone.

Sicut cum sit animal genus. equus species. appellantur tres

equi. eadem tria animalia. Non tamen species ibi

pluraliter dicitur. et genus singulariter. ut si diceretur

tres equi sunt unum animal. Sed sicut tres

equi speciali plurali nomine. ita tria anima

lia generali nomine dicuntur. Cum ergo tres personas

unam fateamur esse essentiam. non tres

essentias. cum tres equi tria animalia dicantur

non unum. Patet nomine essentie

non significari genus. nec nomine persone

speciem. Hic uero probat quod non dicitur non species

dicitur nomine persone de indiuiduis.

non speciem significari. Sed aliquod singula

re atque indiuiduum. et nomine essentie speciem

intelligi. ut persona non dicatur sicut homo.

Sed quomodo dicitur hic homo uelut abraham

ysaac et iacob. uel quis alius qui digito pre

sens demonstrari possit. sic quoque illos eadem

ratio conturbabit. Sic enim dicuntur abra

ham ysaac et iacob. tria indiuidua. ita tres

homines et tria animalia. Cum ergo pater et

filius et spiritus sanctus secundum genus et speciem

et indiuiduum ista discernimus. non ne ita

dicuntur tres essentie ut tres persone. Alio

quoque modo idem probat augustinus secundum

quod essentia diuina non est genus. nec perso

ne species. ut essentia non est species. nec persone indi

uidua. ysaac inquid essentia non habet species. sicut

unum animal non habet species. unius essentie.

Pater ergo et filius et spiritus sanctus non tres spe

cies unius essentie sunt. Diuina ergo essentia

genus non est. Sed nec species est essentia

diuina et persone indiuidua. Sicut homo est

species. Indiuidua autem abraham ysaac

et iacob. Si enim essentia species est ut homo. sicut

non dicitur unus homo est abraham ysaac

et iacob. Ita non dicitur una essentia esse tres

persone. Non igitur secundum genus et species

ista dicimus. Quod non secundum materiam causam dicamus tres

Notandum est quod persone una essentia.

essentia diuina non est materia

trium personarum. ut augustinus in eodem libro.

docet. tamen secundum communem eandem

quasi materiam tres persone dicuntur esse una

essentia. sicut eodem ex auro si fierent tres

statue. diceremus esse statuas unum aurum.

Non autem sic trinitatem id est tres personas dici

mus esse unam essentiam et unum deum. tamquam

ex una materia tria quedam subsistant. In

statuis tamen equalibus plus auri est tres simul.

quam singule. et minus auri est una quam due.

In illa uero essentia trinitas nullo modo ita est.

Non ergo secundum materialem causam tres perso

nas unam dicimus esse essentiam. sicut tres

statue dicuntur unum aurum. Non ista dicitur

Huis quoque addendum est. Quod tres persone una

quod tres personas non ita essentia ut tres

dicimus esse unam essentiam. ut homines unius

augustinus in eodem ait. uel tres unius essentie.

sicut dicimus aliquos tres homines eiusdem

sexus et eiusdem temperationis corporis eiusdem

Iohannes damascenus
Eugenius papa

animi unam esse naturam, tamen unius nature. Nam in his rebus non tantum est unus homo quantum tres homines simul, et plus aliquid sunt homines duo quam unus homo. Sicut et in statuis esse diximus. At in deo ita non est. Non enim maior essentia est pater et filius simul, quam solus pater vel solus filius. Sed tres simul ille persone equales sunt singulis. Ex premissis patet quod tres persone dicuntur divina essentia, nec secundum materialem causam ut tres statue unum aurum. Nec secundum complexionis similitudinem ut tres homines unius nature. Nec ut genus predicatur de speciebus, vel ut species de individuis, id est continens de contentis, maius de minoribus.

His autem videntur *Que videntur adversa predictis* adversari que quidam sacre scripture tractatores catholici in suis scripturis tradiderunt. In quibus significare videntur quod essentia divina sit quoddam commune et universale velud species. Tres vero persone sunt tria particularia, tria individua numero differentia. Unde Iohannes Damascenus, inter doctores grecorum magnus, in libro quem scripsit de trinitate, quem et papa Eugenius transferri fecit, ait: Communia et universalia predicantur de substantiis sibi subiectis particularibus. Commune ergo substantia est, particulare vero ypostasis, id est persona. Particulare autem dicitur non quia partem nature habet, sed particulare numero ut individuum. Numero enim et non natura differre dicuntur ypostases. Idem in eodem: Substantia significat communem et circumplectivam speciem homoideon, id est similium specierum ypostaseon, id est personarum, ut puta deus, homo. Ypostasis autem individuum demonstrat, scilicet patrem et filium et spiritum sanctum, Petrum et Paulum et huiusmodi. Ecce aperte dicit substantiam esse universale, ypostasim vero particulare, et quod deus species est ut homo, et quod pater et filius et spiritus sanctus sunt individua sicut Petrus et Paulus, et quod numero differunt. Que premissis Augustini penitus contradicere videntur. Quid ergo dicemus ad hec? Hoc utique dicere possumus et debemus, quod ea que Augustinus superius tradidit sine omni hesitatione tenenda sunt. Hec autem que hic dicuntur licet in sermonis superficie aliquid a fide alienum resonare videantur, sane tamen intelligi queunt, pium quidem lectorem atque intellectorem plurimum efflagitant. In quorum explanatione mallem silere et alios audire, quam loquendo malivolis detrahendi occasionem prestare. Videntur tamen ita mihi posse accipi, cum enim dicit: Substantia est commune et ypostasis est particulare, non ita hec accepit cum de deo dicuntur, ut accipiuntur in philosophica disciplina, sed per similitudinem eorum que a philosophis dicuntur locutus est. Ut sicut ibi commune vel universale dicitur quod predicatur de pluribus, particulare vero vel individuum quod de uno solo, ita hic essentia divina dicta est universale quia de omnibus personis simul et de singulis separatim dicitur; particulare vero singula quelibet personarum, quia nec de aliis communiter nec de alia singulariter predicatur. Per similitudinem ergo predicationis substantiam dixit universale et personas particularia vel individua. Per hoc idem etiam eandem divinam essentiam dixit esse speciem communem et circumplectivam similium specie personarum, quia sicut hec species homo de suis predicatur individuis, velud de Petro et Paulo et aliis, nec ista specie differunt sed conveniunt per omnia, ita deus de tribus predicatur personis que individue non differunt sed per omnia conveniunt. Hanc ergo similitudinem inter res sempiternas et res temporales perpendens Iohannes

vniuersalitatis et particularitatis nomina que rebus temporalibus conueniunt proprie. ad res eternas transtulit Augustinus. non tamen uidens dissimilitudinem maiorem inter res. quam similitudinem. ab excellentia trinitatis predicta nomina remouit. Ex quo sensu

Quod autem Iohannes sic dicit personas differre dicit ypostases differre numero. numero. non natura. in eo quod non differre natura ait. uerissime et sine scrupulo locutus est. Quod uero dicit differre numero. cauendum est quomodo intelligatur. diuersis enim modis dicuntur aliqua differre numero. Dicuntur enim aliqua differre numero. quia ita differunt ut hoc non sit illud. nec ad illud idem est. uel in ipso. et qualiter differunt socrates et plato. et huiusmodi que apud philosophos dicuntur indiuidua et particularia. Iuxta quem modum non possunt dici tres persone differre numero. Dicuntur numero differre quoque quem enumeratione uel computatione non sibi adiunguntur. sed a se inuicem discernuntur. ut cum de aliquibus rebus loquentes dicimus una. due. tres. et secundum hunc modum forte dixit Iohannes ypostases differre numero. id est personas. Possumus enim dicere pater est unus. et pater et filius sunt duo. et pater et filius et spiritus sanctus sunt tres. Et iterum hec persona est una. et hec et illa sunt due. et hec et illa et alia sunt tres. Conuenienciam tamen tres ille persone proprietatibus tamen distingui dicuntur. de quarum distinctione secundum proprietates in sequenti tractabitur. Nunc uero ad inceptum redeamus que dicta sunt repetentes ubi sepius uersando familiaritas innotescat. Quod una persona non est maior quam alia. nec tres simul

Sciendum est igitur tantam esse equalitatem in trinitate una et hec sunt ostenditur ca ut ait augustinus in viii libro de trinitate. ut catholica non solum pater non sit maior quam filius. sed nec pater et filius simul maius aliquid sint quam spiritus sanctus. aut quelibet persona minus aliquid sit quam ipsa trinitas. Quomodo autem ita sit aliquo modo si fieri potest demonstrandum est. quantum ipse creator adiuuat attendamus. Inquid augustinus in eodem. Quomodo in hac trinitate due uel tres persone non sunt maius aliquid quam una earum. Quod ergo ibi Ratio subtilissima ad ostendendum quod ibi magnum dicitur quod uerius. Ibi magnum non est aliud quam uerum. quia quod uerius est. hoc et maius est. Ibi magnitudo ipsa ueritas est. et ueritas essentia. Non ergo ibi maius est quod uerius non est. Non autem uerius est pater et filius simul. quam pater solus uel filius solus. Non ergo maius est aliquid utrumque simul quam singulus eorum. Et quia eque uere est et spiritus sanctus. ideo pater et filius simul non sunt aliquid maius quam ipse. quia nec uerius sunt. Item in essentia ueritatis hoc est uerum esse quod est esse. et hoc est esse quod et magnum esse. quod est esse magnum esse quod est uerum esse. Quod ergo ibi eque uerum est. et eque magnum est. quod ibi plus ueritatis non habet non habet plus magnitudinis. plus autem ueritatis non habet quod uerius non est. Non est autem uerius una persona quam alia uel due uel una uel tres simul quam singula. Non ergo plus ueritatis habet una quam alia uel tres simul quam singula. Sic ergo et ipsa trinitas non est maius aliquid quam ibi una queque persona. sed tam magnum quam singula. Non ergo ibi maior est quam uerior non est. ubi ipsa ueritas est magnitudo. Ecce modo conuenienti et ratione catholica ostensum est quomodo indifferens sit magnitudo trium personarum. quia nec una maior est alia. nec due una. nec tres simul maius aliquid quam singula.

Preterea cum deus Quod deus non est dicendus triplex sed unus.
dicatur trinus. non tamen dicendus est triplex deus. Ubi enim non est triplicitas. ubi summa est ueritas et indifferens

Quibus modis dicatur differre numero et secundum quem modum conueniat personis.

equalitas. ytē augustinus in. l. vi. d. t. au
Non quia trinitas est; ideo triplex putandus
est. Alioquin minor esset pater solus. vel filius
solus quam simul pater et filius. Quamquam non inveniatur
est solus pater. vel solus filius. vel solus spiritus
sanctus quantus est simul pater et filius et spiritus sanctus.
nullo modo triplex dicendus est deus. Non
enim pater cum filio et spiritu sancto maior est
deus quam singuli eorum. quia non est quo crescat
illa perfectio. Perfectus autem est et pater
et filius et spiritus sanctus. et perfectus deus est sin
gulus eorum. et ideo trinitas pocius quam triplex di
ci debet. In rebus quod non in quantitate in rebus corporeis
corporeis non tantum una; sicut in trinitate
quantum tres simul. et plus sunt due quam
una res. In trinitate vero summa tantum est una
persona quantum tres simul. et tantum sunt due
quantum una. et in se infinite sunt. quia non est
finis magnitudinis earum. ac per hoc aperte
quod supra diximus. scilicet quomodo singula
sunt in singulis et omnia in singulis et sin
gula in omnibus et omnia in omnibus. et
unum in omnibus; et unum omnia. Ecce
iam ostendimus sufficienter. qualiter in
trinitate aliqua persona aliam non su
peret magnitudine. Quod alia vero non excel

Nunc ostendere ut aliam secundum potentiam
restat quomodo in trinitate potentiam
aliqua harum personarum aliam
non excellat potentia. ut sicut una et in
differens est magnitudo trium. ita una et
indifferens monstretur potencia trium.
Sciendum est ergo quia non est potencior pater
filio. nec filius patre. vel pater spiritu sancto. nec ma
iorem potenciam habent duo vel tres simul quam
singulus eorum. quia nec plus potest pater si
mul et filius. quam solus spiritus sanctus. nec hi tres
simul plus possunt. quam singulus eorum. quia
omnipotenciam quam habet pater. et fi
lius accepit nascendo. et spiritus sanctus procedendo.

quod augustinus rationibus et auctoritatibus pro
babiliter astruit in libro contra maximinum.
qui dicebat patrem potenciorem ac melio
rem filio. Quod non minus potest filius quam pater.

Nichil inquit patre minus
habet ille qui dixit omnia que habet pater
mea sunt. Etiam si minus habet in potestate
aliquid quam pater: non sunt eius omnia
que habet pater. sed eius sunt omnia que habet
pater. Tantam ergo potestatem habet filius
quantam pater. equalis est ergo patri. Non enim
potest qui accepit inequalis esse ei quide
dit. Tu autem hic de potencia sapis quia ergo
potens sit filius. sed potencior pater. ut secundum
doctrinam tuam in potens potentem po
tuerit gignere. et non omnipotens omni
potentem. Habet ergo pater omnipotentiam
quam non habet filius et si hoc est. falsum est quod ait fi
lius. omnia que habet pater mea sunt. Hoc

Set inquit pater neutrum fatebatur heretici
a nemine potenciam accepit et progredi.
accepit filius a patre fatemur. Ergo ad
et nos filium accepisse potenciam. falsum
ab illo de quo natus est potens. Patri
vero nullus potenciam dedit. quia nullus eum
genuit. Gignendo ergo dedit pater poten
ciam filio. sicut omnia que habet in substancia
sua gignendo dedit ei quem genuit de
substancia. Quod ait augustinus contra hereticos ...

Set querit utrum tantam quanta
ipsi est potenciam pater filio dedit
an minorem. Si tantam non solum po
tentiam. sed et omnipotentem genuisse
omnipotens. sed et omnipotentem genuisse
omnipotens intelligitur. Si vero minorem.
quomodo omnia que habet pater filii sunt. Si pa
tris omnipotencia filii non est. non omnia
procul dubio que habet pater filii sunt. At omnia fi
lii sunt. Omnipotencia ergo patris et filii
est. non ergo est pater potencior est filio. | Item alio Alio probat filium equalem patri.

modo probat filium equalem patri. quia maximum
nimium esset dicere. Si dicis quod pater genuit
filium minorem se ipso in quo et patri derogas.
qui si filium unicum minorem genuit: aut
non potuit aut non voluit gignere equalem. Si
dicis quia non voluit: eum invidum esse dixisti. Si
quia non potuit: ubi est omnipotentia dei patris?
Prorsus ad hunc articulum res colligitur. Si deus
pater equalem sibi gignere filium aut non
potuit aut non voluit. Si non potuit: infirmus.
si noluit: invidus invenitur. Sed utrumque hoc
falsum est. Patri ergo filius unus equalis est.
Genuit ergo pater se equalem filium. et ab
utroque procedit utrique equalis spiritus sanctus. Si enim
formam suam ut ait aug. quia eundem pa
ter in unico filio plenam gignere potu
it. nec tamen plenam genuit. sed minorem:
cogimini patrem invidum dicere. Plenum
ergo deum et equalem sibi genuit filium. P
Hoc autem per similitudinem filie ostendit gratiam
humanam ita esse demonstrat minorem patrem
inquiens. homo pater si posset filium genuit
tuisset equalem filium genuisset. Quis
ergo audeat dicere quod hoc omnipotens non po
tuit? addo et quia si posset homo. meliorem et
meliorem se ipso gigneret filium. sed maius
vel melius deo: quicquam esse non potest. Deus
ergo cui non equalem ut ais genuit filium.
cui non anni crescendo fuerunt per quos adimple
retur equalitas nec omnipotentia de
fuit forte an noluit? ergo quod absit invidit.
Sed non invidit. Equalem ergo genuit filium.

Opinionem heretici ponit et destruit

Credamus ergo filium ei esse equalem. Sed et
forte dices. Eo ipso maior pater filio est.
quia de nullo genitus genuit tamen equalem.
Ad quod cito respondebo. Immo ideo non est
maior pater filio: quia equalem genuit.
Originis autem questio est: ista quis de quo. ad
originem pertinet quod queritur quis de quo sit.
ad equalitatem vero pertinet illa qualis quantus

qualis aut quantus quisque sit. Nec tamen dicitur filius
a patre genitus ostenditur inequalitas
substantie: sed ordo nature. Non quo alter
prior esset altero. sed quo alter est ex altero.
Secundum hoc quod pater genuit et fi
lius genitus est. et spiritus sanctus ab utroque procedit
equalitas vel inequalitas ibi existat. quia non sunt
hec alia persona: alii equalis vel inequalis dicitur.
Ecce equalitas trinitatis et una eademque substantia
quantum breviter potuimus demonstrata
est in superioribus. quarum scilicet aliqua trium personarum
quamlibet aliam. nec eternitate. nec mag
nitudine. nec potentia excellat. Questio quomodo dica
Hic quoque oritur pater solus pater vel solus filius vel solus
trahens originem spiritus sanctus cum sint inse

Distinctio XXI

ex predictis. Dictum est enim supra parabiles.
quod tantus est solus pater vel solus filius vel
solus spiritus sanctus: quantum simul illi tres: et quod due vel tres
persone simul non sunt maius aliquid quam
una sola. Sed querit aug. in vi. l. de trinitate. Quomodo
hec sane dici possunt. cum nec pater sit solus
nec filius. nec spiritus sanctus. sed semper et inseparabiliter
et filius cum patre. pater cum filio. et spiritus sanctus
cum utroque. Inseparabiles enim sunt hee tres
persone. Ad quod respondet aug. in eodem. Solum
patrem dicimus non quia separatur a filio vel
spiritu sancto. sed hoc dicentes significamus quia illi
simul cum eo non sunt pater. Solus enim pater
pater est quod non dicitur quia ipse solus
id est sine filio vel spiritu sancto. sed quia hiis filius et spiritus sanctus
a paternitatis consortio excluduntur.
Ita et cum dicitur solus filius est filius vel solus
spiritus sanctus est spiritus sanctus non dividitur filius a patre
vel spiritus sanctus ab utroque. sed a consortio filialis
proprietatis excluduntur pater et spiritus sanctus. et a
consortio processionis proprietatis pater et filius.
Cum ergo dicitur tantus est solus pater quantum si
mul illi tres. per hoc quod dicitur solus non
separatur pater ab aliis. sed hic est sensus. so
lus pater id est pater qui ita pater est quod

nec filius nec spiritus sanctus tantum est et cetera. Sic
intellige cum dicitur solus filius vel solus spiritus
sanctus. Solus ergo pater dicitur ut ait augustinus
in eodem quia non ipse sibi pater est et solus fi-
lius quia non ipse sibi filius est et solus spiritus sanctus
est quia non ipse sibi spiritus sanctus est. Utrum possit dici

Post hec queritur solus pater deus et solus filius et
Potest sicut dicitur solus spiritus sanctus est
solus pater est pater. deus. vel pater solus est
vel solus filius est filius. deus. filius est solus
ita possit dici solus pater deus spiritus
est deus vel solus filius est deus. sanctus est so-
ita et de spiritu sancto. aut pater solus lus deus
deus filius est solus deus. Ad quod
dicimus quia pater et filius et spiritus sanctus dicitur
et est unus deus et hec trinitas simul et ipse dicitur
esse solus deus sicut solus sapiens solus potens.
sed non videtur debere dici a nobis verbis
nostris inventibus nisi in sermone auctorita-
tis occurrit solus pater est vel pater est solus
deus. ita de filio et spiritu sancto dicimus. Unde augustinus in
libro vi de trinitate ait. Quam ostendimus quo possit
dici solus pater vel solus filius. consideranda est illa
sententia qua dicitur non esse solum patrem
deum verum solum sed patrem et filium et
spiritum sanctum. Ecce habes quia non solus pater
dicendus est esse solus verus deus. Item in eodem.
Siquis interroget pater solus utrum sit deus.
quomodo respondebimus non esse. Nisi forte ita dicamus
esse quidem patrem deum sed non eum esse solum
deum. Esse autem solum deum dicamus patrem
et filium et spiritum sanctum. Augustinus ad maximinum. Non
ergo pater solus nec solus filius nec solus spiritus
sanctus est deus sed ipsa trinitas unus deus solus est.
Ecce et hic habes quia pater non debet dici solus
deus. atque hic solum in parte subiecti cum quidam
accipere voluit. In parte vero predicati sic sibi con-
cedunt quod pater est solus deus. Sed ex ver-
bis augustini videtur ostendi quod proprie solus
deus dici debeat tota trinitas. Et hec trinitas ergo

ait augustinus quod maximinum intelligatur cum apostolus
dicit beatus et solus potens et soli sapienti deo
et invisibili soli deo. Non tamen hec de solo patre
accipienda sunt ut contendebat maximi-
nus et alii heretici sed de trinitate sicut et illud. solus
habet immortalitatem. Quia secundum fidem
rectam ipsa trinitas est unus solus deus bonus
potens sapiens invisibilis. Unde augustinus in eodem.
Cum unus deus sit trinitas sic nobis so-
lutio questionis ut intelligamus solum deum
sapientem solum potentem patrem et filium et
spiritum sanctum unus est et solus deus. Quomodo

Sed et verum trinitas dicatur solus deus
queritur quomodo est cum ipsa sit spiritibus
ipsam trinitatem dicimus bus et animabus
solum deum cum sit cum spiritibus et sanctis
animabus scilicet. Ad quod respondet augustinus in vi libro de trinitate ita
dicens. Trinitatem dicimus solum deum
quamvis semper sit cum spiritibus et animabus
sanctis. sed solum dicimus quia non aliud quam ipsa trinitas
deus est. Non enim illi cum illa consunt ut aliqui
alia sed ipsa trinitas tamen non illi vel alia deus est.

Verumtamen Et si de patre solo predica
ut ait augustinus dicitur non tamen exclude
et si de solo patre predicaretur et filius et spiritus sanctus.
diceretur non inde excluderetur filius
vel spiritus sanctus quia hii tres unum sunt. sicut
in apocalipsi de filio legitur quod habet nomen
scriptum quod nemo scit nisi ipse. Non tamen
separatur pater vel spiritus sanctus et cetera. Nemo novit
patrem nisi filius non tamen separatur pater
et spiritus sanctus quia inseparabiles sunt. Aliquando enim no-
minantur pater et filius et tacetur spiritus
sanctus. Ut veritas ad patrem loquens ait ut
cognoscant te et quem misisti ihesum christum
esse unum verum deum. Cur ergo inquid
augustinus tacuit de spiritu sancto. Quia conse-
quens est ut ubicumque nominatur unum sicut
pater et filius tantum pace unum adherens in-
telligatur et ipsa pax quamvis non commemoretur.

DISTINCTIO

Yno quod istorum nominatio et reliqui intelliguntur.
quod in pluribus scripture locis occurrit. De nomi
Post predicta num differentiis quibus utimur
differendum nobis loquentes de deo. Occ.
uidetur nominum diversitate. quibus loquentes
de unitate ac trinitate ineffabili utimur. Ex
inde ostendendum est quibus modis de ea ad
dicatur. Illud quod precipue teneamus quedam
esse nomina distincte ad singulas personas per
tinentia. ut ait aug. in .vii. l. de t. que de sin
gulis tantum personis dicuntur. quedam vero uni
tatem essentie significantia. scilicet que et de singulis
singillatim et de omnibus communiter dicuntur.
Alia vero sunt que translative ac per similitudinem
de deo dicuntur. Ut ambr. in .i. l. d. t. ait. Quo
modo nitent fides tripertita videtur distinguenda des
tincte. Sunt enim nomina quedam que evidenter
proprietatem divinitatis ostendunt. Et sunt
quedam que perspicuam divine maiestatis ex
primunt veritatem. Alia vero sunt que transla
tive per similitudinem de deo dicuntur. Pro
prietatis itaque indicia sunt generatio. filius. verbum.
et huiusmodi. Deitatis vero. eterna sapientia. virtus. ve
ritas et huiusmodi. Similitudinis vero. splendor. caracter.
speculum et huiusmodi. Ex quedam nomina tempo
Hic adiciendum: taliter deo conveniunt
quedam nomina esse ut ait relative dicuntur
augustinus in .v. l. d. t. que ex tempore deo
conveniunt. et relative ad creaturam dicuntur.
Quorum quedam de omnibus dicuntur personis. ut
dominus. creator. refugium. quedam autem non
de omnibus. ut donatus. datus. missus. De
Preterea est notandum hoc nomine tri
nomen quod de nulla nitatis addit.
persona singillatim dicitur. sed de omnibus
simul. id est trinitas. quod non dicitur secundum
substantiam. sed quasi collectivum plura
litatem designat personarum. Sunt De
et quedam nomina hiis nominibus que tem
que ex tempore poraliter deo congruit.

nota. notionalia sive personalia.

deo conveniunt. nec relative dicuntur. ut
incarnatus. humanatus. et huiusmodi. Ecce
sex nominum differentias assignavimus. Que alia nomina que ad singulares
quibus utimur loquentes de deo. de quibus sin Que personas pertinent.
gulis agendum est. Relative proprie di
Sciendum cuntur. Ea vero que unitatem
est quod essentie significant ad se
illa que proprie personis dicuntur et de singulis et
nent ad singulas de omnibus conveniunt
personas relative dicuntur personis et sin
ad invicem dicuntur: gulariter non plu
sicut pater et filius et uterque raliter accipium
usque donum spiritus sancti. Ea vero tur in sum
que unitatem essentie significant: ma. Quo
ad se dicuntur. et que ad se dicuntur: modo
substantialiter utique dicuntur. et de omnibus co
communiter. et de singulis singillatim dicuntur
personis. et singulariter non pluraliter in summa
accipiuntur. ut deus. potens. bonus. magnus.
et huiusmodi. Que autem relative dicuntur. substantialiter
non dicuntur. ut aug. in .v. l. d. t. ait. Quicquid
ad se dicitur prestantissima illa et divina sublimitas:
substantialiter dicitur. Quod autem ad aliquid dicitur: non
substantialiter. sed relative. Et tanta quidem vis est
eiusdem substantie in patre et filio et spiritu sancto. ut quicquid
de singulis ad se ipsos dicitur. non pluraliter in sum
ma. sed singulariter accipiatur. Dicimus
enim. pater est deus. filius est deus. spiritus sanctus
est deus. quod secundum substantiam dici nemo dubitat.
non tamen dicimus hanc trinitatem esse tres
deos. sed unum deum. Ita dicitur pater mag
nus. filius magnus. spiritus sanctus magnus.
non tres magni. sed unus magnus. Ita omni
potens pater. omnipotens filius. omnipotens
spiritus sanctus. non tres omnipotentes sed om
nipotens unus. Quicquid ergo ad se ipsum dicitur
deus. et de singulis personis. augustinus in .i. l. d. t.
similiter dicitur. et simul de ipsa trinitate non pluraliter
sed singulariter dicitur. Et quoniam non est deo esse
aliud. et aliud magnum esse. sed hoc idem est illi

Sciendum quod regula est de solis personalibus.

L

esse quod est magnum esse. Propterea sicut non tres
dicimus tres esse essentias, sic non tres mag-
nitudines, sed unam essentiam et unam mag-
nitudinem. Deus enim, ut ait Augustinus, Quod deus est mag-
non est magnus ea magnitudine nus ea
que non est quod ipse, ut quasi particeps magnitudinis
sit eius; alioquin maior erit quam ipse
esset illa magnitudo est. Sic de bonitate
quam deus ipso est, quod non est ad et de omnibus que secundum substan
magnus. Eadem magnitudine tiam dicuntur.
magnus est que ipse est. Ideo nec tres mag
nitudines dicimus, sed unam magnitudi
nem, non tres magnos, sed unum magnum,
quia non participatione magnitudinis deus
magnus est, quia ipse est sua magnitudo. Ita et
de bonitate et eternitate et omnipotentia dei
dicendum est, et de omnibus omnino que de
deo possunt pronuntiari substantialiter; que vel
ad se ipsum dicuntur, non translative ac per similitu
dinem, sed proprie. Si tamen de illo proprie aliquid ore
hominis dici potest. Ecce aperte docuit quod
nomina unitatem divine maiestatis sig-
nificantia et ad se dicuntur de deo, id est, sine relati
one, et de omnibus personis communiter et
de singulis divisim dicuntur, non pluraliter,
sed singulariter in summa accipiuntur. Il
la vero nomina que proprie ad singulas pertinent
personas, relative non substantialiter di
cuntur. Que vero proprie singula in trinitate per
sona dicitur, ut ait Augustinus in eodem, nullo
modo ad se ipsam, sed ad aliam invicem vel
ad creaturam dicitur, et ideo relative
non substantialiter dici manifestum est.

D XXIII

Predictis De nomine quod est persona quod tamen
adiciendum est secundum substan
quod cum omnia nomina tiam dicatur.
que secundum substantiam de deo dicuntur singulariter
et non pluraliter de omnibus in summa
dicantur personis, ut supra ostensum est,
est tamen unum nomen, scilicet persona, quod secundum

substantiam dicitur de singulis personis et pluraliter, non
singulariter in summa accipitur. Dicimus enim
pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est
persona, et hoc secundum substantiam dicitur,
nec tamen dicitur pater et filius et spiritus sanctus sunt
una persona, sed tres persone. Hoc ergo nomen ex
cipitur ab supra dicta regula nominum que secundum
substantiam de deo dicuntur, quia cum hoc ad
se dicatur et secundum substantiam de deo dicatur,
pluraliter tamen non singulariter accipitur in summa.
Quod autem Auctoritas quod persona ad
personam secundum substantiam se dicatur et secundum substantiam
dicatur, augustinus ostendit in libro VII de
trinitate dicens: Non est aliud deo esse, aliud perso
nam esse, sed omnino idem esse. Item in hac tri
nitate cum dicimus personam patris, non
aliud dicimus quam substantiam patris. Quo circa
ut substantia patris ipse pater est, non
quo pater est, sed quo est, ita et persona pa
tris non aliud quam ipse pater est. Ad se quippe
dicitur persona, non ad filium vel spiritum sanctum,
sicut dicitur ad se deus et magnus et bonus et iustus
et huiusmodi. Et quemadmodum hoc illi est esse quod deum
esse, quod magnum esse, quod bonum esse, ita hoc est
illi esse quod personam esse. Ecce expresse habes
quod secundum substantiam persona dicitur, ut cum dicitur
pater est persona, hic sit sensus: pater est
divina essentia. Similiter cum dicitur: fi
lius est persona, spiritus sanctus est persona, id est essen
tia divina. In deo tres pater et filius et spiritus sanctus non di
oritur questio cur non tres persone una substantia unde
difficilis quidem est, sed non inutilis, un
quia queritur cur non dicatur hii tres
una persona sicut una essentia et unus deus.
Quam questionem augustinus diligenter trac
tat atque congrue explicat in VII libro de tri
nitate dicens: Cur non hec tria simul unam per
sonam dicimus sicut unam essentiam
et unum deum, sed dicimus tres personas,
tres deos autem tres essentias non dicimus?

Quia voluimus vel unum aliquod vocabulum servare huic significationi qua intelligitur trinitas, ne omnino taceremus interrogati quid tres, cum tres esse fateremur. Cum ergo quaeritur quid tres, ut ait Augustinus in V libro de Trinitate, magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Dictum est tamen tres personae, non ut illud diceretur, sed ne taceretur. Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari potest. Ecce ostendit qua necessitate dicantur personae plures, videlicet ut hoc uno nomine quaerentibus de tribus responderetur.

Qua necessitate. Quod necessitate dictum sit non solum latinus tres personae, sed tres hypostases

Quia necessitate non solum latinus sermo, sed et graecus eadem pene super hac re laborans nominum penuria coarctatur. Unde Augustinus: Quod a graecis vel a latinis necessitate de ineffabili trinitate dictum sit, aperiens in VII libro de Trinitate ait: Loquendi causa de ineffabilibus, ut fari aliquo modo possemus, dictum est a graecis una essentia, tres substantiae, id est una usia, tres hypostases. Aliter enim graeci accipiunt substantiam quam latini. A latinis autem dictum est una essentia vel substantia, tres personae. Quia non aliter in sermone nostro, id est latino, essentia quam substantia solet intelligi. Et ut intelligatur saltem in aenigmate, placuit ita dici, ut cum quaereretur quid tria sunt, aliquid diceretur, quae tria esse vera fides pronuntiat, cum et patrem non dicat esse filium, et spiritum sanctum, scilicet donum Dei, nec patrem dicat esse nec filium. Cum ergo quaeritur quid tria vel quid tres, conferimus nos ad inveniendum aliquod nomen quo complectamur haec tria. Neque occurrit animo, quia supereminentia divinitatis usitati eloquii facultatem excedit. Verius enim cogitatur Deus quam dicitur, et verius est quam cogitatur. Pater ergo et filius et spiritus sanctus quoniam tres sunt, quaeramus quid tres sint, et quid commune habeant. Non enim possunt dici tres patres, quoniam tantum pater ibi pater est, nec tres filii, cum nec pater ibi sit filius, nec spiritus sanctus, nec tres spiritus sancti, propria significatione qua et donum Dei dicitur,

nec pater est nec filius. Quid ergo tres? Si tres personae esse dicuntur, commune est eis id quod est persona. Certe quia pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est persona, ideo dicuntur tres personae. Propterea ergo dicimus tres personas, quia commune est eis quod persona est.

Ex praedictis aperte intelligi potest quia necessitate dictum sit a latinis tres personae, cum secundum se ipsam persona dicatur, et unum et idem eis commune est id quod persona. Quare non dicantur

Nec quaerit hic tres deos esse patrem et filium et spiritum sanctum. Quare non dicimus tres deos esse patrem et filium et spiritum sanctum

Sicut dicimus patrem et filium et spiritum sanctum, quia dicimus eis commune quod est eis ut dicantur tres personae, quod commune est eis quod est persona, id est quia pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est persona. Cur non dicamus similiter tres deos, cum et pater sit Deus et filius sit Deus et spiritus sanctus sit Deus? Quia scilicet scriptura illud contradicit; hoc autem etsi non dicat, non tamen contradicit. Unde Augustinus movens hanc quaestionem atque diffiniens in VII libro de Trinitate ita ait: Si non dicimus patrem et filium et spiritum sanctum esse tres personas, quod commune est eis id quod persona est, cur non et tres deos esse dicimus? Certe ut praedictum est, quia pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus est persona, ideo tres personae dicuntur; quia ergo pater Deus et filius Deus et spiritus sanctus est Deus, cur non dicuntur tres dii? Ecce proposuit quaestionem; attende quid respondeat subdens: An ideo non dicuntur tres dii, quia scriptura non dicit tres deos? Sed nec tres personas alicubi scripturam commemorare invenimus. An ideo licuit loquendi et disputandi necessitate tres personas dicere, non quia scriptura dicit, sed quia scriptura non contradicit? Si autem diceremus tres deos, contradiceret scriptura dicens: Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. Ecce absolutio quaestionis quare potius dicamus tres personas quam tres deos, quia scilicet illud non contradicit scriptura. Quod quaerendum non dicimus esse tres deos, vel tres personas, et scriptura hoc non contradicat.

Verumptamen hec et alia ad que cum dominus essenciam dicat vel personam. Verum ergo ait augustinus. Et ut ostenderet hoc non ideo
quod conuenienter adiectit dicens. Cum incipit cau-
t tres essencias non liceo dicere. quod scri-
scriptura sicut non dicat ita non contradicat.
At si dicis quod propter unitatem trinitatis non
dicuntur tres essencie. sed una essencia. quo
cur non propter eandem unitatem trinitatis dica-
tur una persona et non tres persone. Vide enim
est illis commune nomen essencie. ita non quis-
singulus essencia dicatur: sicut illis est commune
persone uocabulum. Quid ergo restat nisi
ut fateamur loquendi necessitate a grecis et
latinis parta hec uocabula aduersus insidias
et errores hereticorum. Cumque conaretur
humana inopia loquendo proferre ad hominum
sensus quod in secretario mentis de deo tene-
tur per fidem piam siue per qualemcumque intel-
ligenciam timuit dicere tres essencias.
ne intelligeretur in illa summa equalitate
ulla diuersitas. rursum non poterat dicere
non esse tria quedam quod qui dixit sabellius in here-
sim lapsus est. Quesiuit ergo quid tria diceret
dixit tres personas siue tres substancias secundum grecos.
Quod uero de personis sic nos dicimus et patres in greca
secundum nostram. hec tres substancias
de substanciis secundum quas dicimus tres ypostasis
grecorum consuetudinem sic est accipiendum sicut
oportet intelligi. Sic uero illi dicunt quod nos.
tres substancias unam essenciam. id est tres ypos-
tases unam usiam quemadmodum nos dici-
mus tres personas unam essenciam uel substanciam.
quam quam illi si uellent sicut dicunt tres sub-
stancias tres ypostases possent dicere tres ypos-
tases personas tria prosopa. Illud autem ma-
luerunt dicere quod forsitan secundum lingue sue
consuetudinem aptius dicitur. Quod trinitas non
aut sufficienter diuersitas non singularitas uel solitudo
non puto ostensum: sed unitas et trinitas et
qua necessitate distinctio et comparatio.

dicamus tres personas et qualiter similiter tres
deos uel essencias quod statim in altero obuiat
scriptura. In altero diuersitatis intelligen-
cia quia in nulla penitus diuersitas. sicut non
singularitas uel solitudo sed unitas et trinitas.
Vnde augustinus in vii. libro de trinitate ait humana inopia
querens quid diceret tria dixit tres personas.
uel substancias quibus nominibus non di-
uersitatem intelligi uoluit. sed singula-
ritatem noluit. ut non solum ibi unitas
intelligatur ex eo quod dicitur una es-
sencia. sed trinitas ex eo quod dicuntur tres
persone. Hylarius quoque in libro vii. de trinitate
ait. Vnde dicit. Qui me uidet et patrem
uidet. Cum hoc dicit excluditur singularis
atque unicum. uel solitarium intelligencia.
Nam nec solitarium sermo significat et in
differentem tamen naturam professio docet.
visus vero est in filio pater per nature uni-
tam similitudinem. Vnum sunt uero nati
et generans unum sunt non unus. Non
itaque solitarius filius est nec singularis.
nec dispar. Item in eodem. Sicut in patre
et filio credere duos deos impium est: ita
patrem et filium singularem deum pre-
dicare sacrilegium est. Nichil in his
nouum. nichil diuisum. nichil alienum.
nichil separabile est. Item augustinus
in libro questionum ueteris ac noue legis
ait. Vnus est deus sed non singularis. Item
Ambrosius in libro de trinitate ait quod unius substancie sep-
ari non potest. et si non sit singularita-
tis sed unitatis. De unitate cum dicitur nequa-
quam deitatem trinitatis excludo. et ideo
non quod singularitatis sed quod unitatis
est predicatur. Ecce ex predictis ostenditur
quod nec singularis nec diuersus. nec unicus
nec solitarius ostendus est deus. quia sin-
gularitas uel solitudo personarum plurali-
tatem excludit. et diuisitas unitatem in

essentie tollit· diuersitas induat separationē
in diuinitatis· Singularitas adimit distinc
tionem trinitatis· Io· ambr· in· i· l· d· t· ait
nec est diuersa nec singularis equalitas·
Nec uix sabellianos patrem filiumque con
fundentis nec uix arrianos patrem filiumque
secernens· Pater n· et filius distinctionem habit·
separationem uero non habit· Item in eodem· pat
et filius diuinitate unum sunt· nec est in differ
entia subē· nec ulla diuisitas· Alioquin quomodo
unum deum dicimus· Diuisitas n· plures fa
cit· Constat ergo ex predictis quod in trinitate nulla ē
diuisitas· sicut aliquando in scriptura inuenitur
dictum tres diuise persone· et hic diuersitas distinc
tas dicit· Que si dici ut deus multiplex·
Et sicut in trinitate
non est diuersitas ita nec multipli
citas· et ideo non est dicendus deus multiplex· sed
trinus et simplex· Unde ambr· in· l· d· t· ait· est
in patre et filio non discrepans· sed una diuini
tas· nec confusum quod unum est nec multi
plex esse potest· quod indifferens est· Multi
plex itaque deus non est· Quid significet hiis uer
bis diligenter sequitur hic un̄ duo l̄ due tres
oportet cum in trinitate ut trina trinus
non sit diuisitas ul' singularitas l' trinitas plu
ritas nec multiplicitas· l' soli· res l' pluralitas
tudo· quid significetur· hiis tres distinctio
nominibus· s· unū ul' una· ul' due· l' distincte
tres· ul' tria· plures ul' pluralitas· cum hiis ui
distincte uel distinctio cum dicit de deo lo
unus deus· due persone· ul' tres persone· que tres
plures persone distincte sunt persone· l' cum
dicitur· Distinctio personarum· pluralitas
personarum· trinitas personarum et huiusmodi· videm
n· h dicentes numerorum quantitates et rerum
multitudinem ul' multiplicitatem in deo
ponere· Queritur ergo quid ista significent ipso
de quo loquimur aperiente insinuare
curremus· Si diligenter· Quare ergo ad

Si premissis auctoritatibus excludendi ponuntur quam s
ub intendimus uerendo quia ad ponendum ā· quia quod p
non dictorum trinitas unum significat eodem dominus trinus.
ligentiam capiamus. magister unde horum
uerborum usus introductus ratione remouen
di etiam excludendi simplicitate deitatis q
in non sunt· quam ponendi aliqua Cum n'
dicitur unus deus· multitudo deorum exclu
ditur· non numeri quantitas in diuinitate
ponitur· tanquam diceretur deus est· nec multi
ul' plures dii sunt· Unde ambr· in· l· d· t· ait·
Cum dicimus unum deum· unitas exclu
dit numerum deorum· nec quantitatem in deo
ponit· quia nec numerus nec quantitas ibi est.
Similiter cum dicitur quod est solus deus unus est pater·
solus est pater· ul' unus unus est filius· et tertium
est filius· et huiusmodi· ratio dicendi hec est quod intelligimus dicatur
non sunt multi patres· l' multi plures p·
filii· ita et de similibus· Item cum dicimus
plures esse personas singularitatem atque
solitudinem excludimus· non diuisitatem
ul' multiplicitatem supponimus· quasi
diceretur sine solitudine ac singularitate
personas confitemur· Unde hyl· in· iiii· l· d·
t· sic ait· Dixit deus faciamus· h· a· ad· et s· n·
Quero nunc an solum deum sibi locutum
existimes· an hunc sermonem eius intelli
gas ad alterum extitisse· Si solum fuisse
dicis ipsius uoce argueris dicentis· faciamus
et n· sustulit n· singularitatis ac solitudi
nis intelligentiam· consortii professio plu
ralitatem significat· quia aliquod consortium
esse non potest ipsi solitario· atque solitudo
solitarii recipit faciamus· nec alieno a se
dicit nostram· attende lector huius uerbis· et uide
quod nomine consortii pluralitatem sig
nificauit· professio ergo consortii est professio
pluralitatis quam professus est dicens· facia
mus et nostram· Pro· n· utrumque dicit· sed hec
professione pluralitatis non diuersitatem

uel multitudinem ponunt. sed solitudinem
et singularitatem negant. Sic ergo cum dicimus
plures personas uel pluralitatem personarum
singularitatis uel solitudinis intelligentiam
excludimus. Ita etc. Quod per ternarium
cum dicimus tres personas significetur cum di-
sonas nomine ternarii. non tres personas.
quantitatem numeri in deo ponimus. uel aliquam
diuersitatem. sed intelligentiam non ad aliud.
non ad patrem et filium et spiritum sanctum dirigendam
significamus. ut sit hec dicti intelligentia. Tres
persone sunt. i. tres sunt pater et filius et spiritus sanctus.
i. nec tantum pater nec tantum filius nec tantum pater
et filius in diuersitate sunt. sed et spiritus sanctus et
non alius ab istis. Similiter non tantum est ibi
hec persona uel illa. uel hec uel illa. sed hec et illa et illa
et non alia. et hic forte ita intelligendum.
Augustinus satis ostendit ubi dicit. quod
illo nomine non diuersitatem intelligi
uoluit. sed singularitatem noluit. Similiter
cum dicimus duo. Quomodo intelligatur cum dicitur pater et filius sunt duo
sunt pater et filius et filius et patris et trinitas. Sic et
dualitatis quantitatem non
ponimus. sed hic significamus quod non est pater
tantum. non tantum filius. sed pater et filius. et hic non est
ille. Ita et de aliis huiusmodi. Ita et cum dici-
mus pater et filius sunt due persone. hic sig-
nificamus quod tantum pater non est persona. nec
tantum filius est persona. sed pater est persona.
et filius est persona. et hic non est ille. Cum autem
dicimus distincte. Ex quo intelligitur dicitur ibi personas distinctio
sunt persone. uel distinctio est. uel distincte
in personis confusionem persone. ooooo.
atque permixtionem excludimus. et hanc non
esse illam significamus. Cum autem addi-
mus distincte sunt persone proprietatibus suis
differentes proprietatibus. aliam esse hanc personam.
et aliam illam suis proprietatibus significamus.
et cum dicimus aliam et aliam. non diuer-
sitatem uel alienationem ibi ponimus. sed

confessionem sabellianam excludimus. Ita
et cum dicuntur discrete illi persone. Quo
et cum dicitur discretio. modo discretio
personarum est in personis. accipiatur. oooo
eandem intelligentiam significamus. Eo enim
modo ibi accipitur distinctio. quo discretio.
et congrue dicitur in esse discretio. et distinctio non
diuersitas uel diuisio. seu separatio. Unde ambrosius in
libro de trinitate ait. Non est ipse pater qui filius. sed
inter patrem et filium expressa distinctio est.
Cur non dicitur trinitas. id significari uidetur
quod significatur cum dicitur tres persone.
ut sic non potest dici pater est tres persone.
uel filius est tres persone. ita non debeat dici pa-
ter est trinitas uel filius trinitas est. Hic non
est pretermittendum quod cum supradictum
sit deum nec singularem nec multiplicem esse
confitendum idem. Quod uidetur con-
sequenter auctoritatibus sit contrarium predictis.
confirmatum in contrarium sentire uidetur
ysidorus dicens. distinguendum est inter tri-
nitatem et unitatem. Est enim unitas simplex
et singularis. trinitas uero multiplex et numera-
bilis. quia est trinitas trium unitas. Ecce unita-
tem dicit esse singularem. et trinitatem multi-
plicem et numerabilem. sed ad hoc dicimus quia
singularem accepit sicut et alii accipiunt
unum. multiplicem uero et numerabilem si-
cut alii dicuntur trinum. Preterea considerandum significet
considerandum est cum cum dicimus tres personas uel duas
hoc nomen persona ut predictum est secundum personam
substantiam dicatur. que sit intelligentia
dici cum pluraliter profertur tres persone
uel due persone. et cum dicitur alia est persona
patris. alia est persona filii. alia persona spiritus
sancti. Si enim nihil loco consilii persone uocabu-
lum essencie intelligentiam facit. plures
essencias confiteri uidemur. et in plures deos.
Si uero essencie significationem non teneat
ibi. alia est huius nominis ratio cum dicitur

Quod pater duo dicuntur duo sunt
uel pater et filius duo sunt

Quod trinitas
hic accipiatur

pater est persona. filius est persona. et alia est cum
dicitur pater et filius et spiritus sanctus sunt tres persone. et
cum dicitur alia est persona et huiusmodi. pro ex
sona enim ut supra. Quod vero secundum essentiam dica
gitur augustinus ad se aliud pro patre aliud filio
dicitur et idem est deo esse persona aliud sunt tres persone contra
nam quod esse sicut idem est ei dicere patrem esse personam sicut
esse quod deum esse. unde manifeste liquet esse perso
colligitur quod essenciam diuinam predicamus cum
dicimus. pater est persona. filius est persona. spi
ritus sanctus est persona. id est essencia. et omnino
unum et idem significatur nomine persone id est
essencia diuina. cum dicitur pater est persona.
filius est persona. quod significatur nomine dei cum
dicitur pater est deus. filius est deus. Ita et
significatur id dicitur deus est deus. et deus
est persona. utroque enim nomine diuina essencia
intelligitur. quod utrumque nomen secundum
substanciam dicitur. Cum vero dicitur pater
et filius et spiritus sanctus tres persone sunt. Quidam nomine
persone significamus an essenciam. Hoc enim si sup
posita uerba augustini diligenter scruteris.
supra enim dixit quod ideo tres personas dicimus quod id
quod persona commune est eis. et idem quod pa
ter est persona et filius est persona et spiritus sanctus est
persona. ideo tres persone dicuntur. Videtur ergo
eandem tenere significationem hoc nomen
persona cum dicitur tres persone quam habet cum dicitur
pater est persona et filius est persona et spiritus sanctus
est persona. Quia ut ostendit augustinus
hoc dicitur id est tres persone propter illud et quod id quod
persona est commune eis est. Item ergo quod commune
eis id est patri et filio et spiritui sancto. Videtur sig
nificari nomine persone cum dicitur tres per
sone. Aliter etiam. Aliter uidetur posse ostendi
potest ostendi quod dicitur quod secundum essentiam di
di nomine persone dicatur et cum pluraliter
singnificetur essencia cum dicitur fere
tres persone. ut enim supradixit augustinus ea
necessitate dicimus tres personas non secundum

remus querentibus. Quid tres uel quid tria.
Cum ergo quid tres uel quid tria queritur, conuenien
ter respondetur: cum dicitur tres persone. quod est
queritur quid tres uel quid tria pro quid de esse
cia queritur. Non enim inuenitur quid illi tres
sunt nisi essencia. Si ergo questioni recte respon
demus. oportet si enim consideretur hoc tres per
sone sunt ex eadem essencia intelligatur quod
non aliud sit essencia et aliud persona id est respondendo
essentiam significemus. alioquin non osten
dimus quid tres sint. Si uero respondentes esse
ciam significamus. ipsam essenciam nomine
persone intelligimus. cum dicitur tres perso
ne. Quibusdam Opinio quorundam qui putant
uidetur quod nomine essencia significari nomine pro
persone significetur cum dicimus tres personas
essencia cum dicitur tres persone. propterea quia
augustinus dicit ideo dici tres personas quod commune
est eis id quod est persona. ut sit talis intel
ligencia. pater et filius et spiritus sanctus sunt tres perso
ne. id est sunt tres id habentes commune quod est persona
id est tres sunt. quorum quisque est persona id est essencia.
Sed quomodo iuxta hanc intelligentiam
dicetur alia est persona patris. alia filii.
Et hoc ita uolunt intelligere. scilicet alius est pater
alius est filius id tamen commune habentes quod
est persona. et hoc confirmant auctoritate augusti.
qui in vii. libro de trinitate ait. Tres personas eiusdem
essencie. uel tres personas unam essenciam
dicimus. tres personas personas ex eadem essen
cia non dicimus quasi aliud ibi sit quod essencia est aliud quod
persona. hac autem et premissis conantur asse
rere in predictis locutionibus nomen persone es
senciam significare. Sed aliud respondentibus id
id quod ipse augustinus in libro de trinitate eodem predicit.
scilicet quod alius est pater in persona uel personaliter.
aliter personaliter filius. alius personaliter spiritus
sanctus. Quomodo enim alius personaliter pater. aliter
personaliter filius. alius personaliter spiritus sanctus.
si in esse personam omnino conueniunt esse si

persona essentie tamen intelligentiam facit. Ideo
videtur nobis aliter non posse dici congruentia
usu catholicorum doctorum auctores. Quod hic non

Sciendum est quod persona explicatur in trinitate
quod hoc nomen accipitur et hic unitatem et trinitatem
persona multiplicem facit non doctrina de tribus personis.
unam tamen intelligentiam. Et ut hylarius
dicit in .i. de trinitate. Intelligentia dictorum ex causis
assumenda dicendi. quia non sermoni res
sed rei est sermo subditus. Discernentes ergo
dicendi causas huius nominis persona signifi
cationem distinguimus dicentes quod hoc nomen
ipse persona secundum substantiam dicitur
et essentiam significat sicut supra ostendit aug.
cum dicitur deus est persona. pater est perso
na. Quadam tamen necessitate ut supra dixit
augustinus. translatum est nomen hoc ut possit
diceretur tres persone. Cum quereretur
quid tres vel quid tria. non significat supra
positum essentiam et naturam divinam que
communis est tribus. sed subsistentias vel yposta
ses secundum grecos. Greci quippe ut supra dixit aug.
aliter accipiunt substantiam id est ypostasim
aliter nos. Nos enim substantiam dicimus
essentiam sive naturam. personas autem dici
mus sicut illi dicunt substantias id est ypos
tases. Sic ergo nos ita accipimus personas ut illi
accipiunt substantias vel ypostases. et illi
aliter accipiunt ypostasim quam nos substantiam.
Aliter ergo nos accipimus personas quam substantiam.
Cum ergo dicimus tres personas. non ibi per no
mine essentiam significamus. Quid ergo di
cimus. Dicimus quia tres persone sunt id est
subsistentie tres. scilicet tres entes per quod greci
dicunt tres ypostases. Et hic ostendit
sensus advinatur ex verba aug. convenit
ubi augustinum premissis si re hic sententie
interius intelligantur. quia enim pater est persona
id est essentia et filius persona et spiritus sanctus est persona
ideo dicuntur tres persone id est tres subsistentie

tres entes. Non enim possent dici tres sive
tres entes nisi singulus eorum esset persona id est
essentia. Quod ergo eis commune est quia est persona
id est essentia ideo recte dicuntur tres persone id est
subsistentie vel subsistentes. ut sicut essentia
que est communis eis vel ac proprie illi tres vel
ac proprie subsistentie vel entes intelliguntur.
Ideo augustinus causas dictorum discernens dicit
tres personas unam esse essentiam vel eiusdem
essentie non ex eadem essentia ne aliud
intelligatur ibi esse persona aliud essentia.
Tres enim persone id est subsistentes una sunt esse
ntia et unius essentie. non autem sunt una
persona. licet persona secundum substantiam
aliquando dicatur. Nam si hoc diceretur
confusio fieret in personis. Ad obiectio
hoc autem quod illi nemo illorum videtur quod
dicunt cum queritur. intelligitur plane per
quod non invenitur quid sit essentiam accipi
illi tres sunt non essentia. respondemus quomodo
per hoc volentes nos movere quod tres vel
ut hoc nomine persone essentiam quid tria
intelligamus. Cum videmus tres personas
ita dicimus indubitabiliter est verum quia
non invenitur unum aliquid quod illi
tres sint nisi essentia. verum enim sunt illi tres
id est divina essentia. unde veritas ait. Ego et
pater unum sumus. id est unum tamen cum queritur quid
tres vel quid tria non de essentia queritur non
quid ad essentiam refertur. sed cum fides
catholica tres esse profiteretur sicut Iohannes
in epistola canonica ait. Tres sunt qui tes
timonium perhibent in celo. Querebatur
quid illi tres essent. scilicet tres an essent res.
et que tres res et quo nomine ille tres res sig
nificarentur. et ideo loquendi necessitate in
ventum est ad respondendum hoc nomen
persona et dictum est tres persone. Non autem
te moveat quod diximus tres res. non
ideo hoc dicentes diversarum rerum numerum

potuimus intimare. Sed ita tres res dicimus, ut easdem esse unam quandam summam rem confiteamur. Unde Augustinus in primo libro de doctrina christiana sic ait: Res quibus fruendum est nos beatos faciunt. Res igitur quibus fruendum est sunt pater et filius et spiritus sanctus. Eadem est trinitas una quedam summa res communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res et non rerum omnium causa sit, si tamen et causa. Non enim facile potest inveniri nomen quod tante excellentie conveniat, nisi quod melius dicitur trinitas hec unus deus. Sic igitur tres res dicuntur, ut hee sunt una res; id est tres subsistentie dicuntur et hee sunt una substantia. Ecce ostensum est que sit intelligentia huius nominis persona cum dicimus tres personas. Ex quo sensu

Nunc inspiciamus utrum secundum eandem rationem dicatur alia est persona patris et cum dicatur alia persona patris, alia filii, alia spiritus sancti. Quod utique sane intelligi potest, ut sit sensus talis: alia est subsistentia vel ypostasis patris, alia subsistentia filii, alia subsistentia spiritus sancti. Deinde queritur utrum secundum eandem rationem accipiatur cum dicitur alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona spiritus sanctus, sive alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus. Ad quod dicimus quia etsi possit eodem modo accipi, congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, ut hic per nomen proprietas persone intelligatur, ut sit sensus talis: alius est in persona vel personaliter pater, id est proprietate sua pater, alius quam filius, et filius sua proprietate alius quam pater. Paternitatis enim proprietate distinguitur ypostasis patris ab ypostasi filii, et ypostasis filii filiationis proprietate discernitur a patre et spiritu sancto, et ab utroque distinguitur processionis proprietate. Hoc etiam

Quod secundum hunc modum et in predictis locutionibus potest accipi.

sane potest accipi persona in premissis locutionibus cum dicitur alia est persona patris, alia filii, alia spiritus sancti, id est alia est proprietas qua pater est pater, alia qua filius est filius, alia qua spiritus sanctus. Ita et nomine persone quandam proprietatem intelligere voluit cum dicitur tres persone, sed melius est ut subsistentias vel ypostases intelligamus cum dicimus tres personas. Ex predictis colligitur quod nomen persone triplicem tenet rationem, quia aliquando facit intelligentiam essentie, et est ubi facit intelligentiam ypostasis, est et ubi facit intelligentiam proprietatis. Quod autem secundum essentiam dicatur, et auctoritatibus sanctorum ostenditur aliquando essentiam significare quod dixit.

Et supra ex dictis Augustini aperte ostendimus. Quomodo ypostasi atque proprietate accipiatur ex auctoritatibus sanctorum ostendi oportet, ne convicti nichil aliquid ausi dicere videamur. De hoc Ieronimus in expositione fidei catholice ad Alippium et Augustinum episcopos ita ait: Non est prius aliquis in trinitate, gradus nichil quod inferius superius ve dici possit, sed tota deitas sui perfectione equalis est, ut exceptis vocabulis que proprietatem personarum indicant, quicquid de una persona dicitur de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confutantes arrium unam eandemque dicimus trinitatis substantiam esse et unum in tribus personis fatemur deum, ita impietatem sabellii declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritum sanctum esse dicentes, sed aliam patris, aliam filii, aliam spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel ut greci exprimunt ypostases, id est subsistentias, confitemur. Nec pater filii vel spiritus sancti personam aliquando excludit, nec filius nec spiritus sanctus patris nomen personam recipit

sed pater semper pater et filius semper filius et spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguntur. Ecce hic aperte dicit Ieronimus proprietates esse personas et personas esse substantias. Unde manifestum sit quod dixerit supra hoc nomine significari et ypostasim et proprietatem. Iohannes autem Damascenus dicit personas esse ypostases et eas dicit entes ita inquiens: In deitate unam naturam confitemur et tres ypostases secundum veritatem entes, id est personas. *De proprietatibus personarum, sed prius dicit*

Nunc de proprietatibus *hoc nomine ypostasis* personarum videamus, quas frequenter in hoc tractatu commemoravimus. Aliquid nos loqui oportet, sed primo audiamus quid de hoc nomine, scilicet ypostasis, Ieronimus ait. Ait enim sub hoc nomine venenum latere, sed hoc dicit secundum quod heretici eo utebantur, ut non simplices seducerent, sed pro persona et essentia, ut cum diceretur una tantum ypostasis sive tres, minus peritos ad inconvenientes deducerent, cum non erat hoc nomen tunc apud catholicos vulgatum nec eius significacio determinata. Unde tunc Ieronimus hoc nomine dicit non utendum fore sine distinctione vel expositione. Ait enim, scilicet quando cum hereticis contendebatur, in scribens de fide catholica ad Damasum papam: Ab arrianorum prole ypostasion novellum nomen a me homine romano exigitur. Interrogamus quid tres ypostases arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus, ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in sillabis latet. Clamamus: si quis tres ypostases, id est tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Si quis ypostasim usiam intelligens non in tribus personis unam ypostasim dicit, alienus a Christo est. Qui tres ypostases dicens sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere unam substanciam et tres personas perfectas equales. Taceamus tres ypostases, si placet; non bone suspicionis est, cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si recte putatis tres ypostases cum interpretacionibus suis debere nos dicere, non negamus, sed michi credite, venenum sub melle latet; transfigurat se angelus sathane in angelum lucis. Hiis verbis non innuit non utendum esse nomine ypostasis, sed hereticos eo prave usos ostendit. Contra quos cautela opus erat in distinctione significacionis. Alioquin sibi contradiceret, qui supra tres ypostases confitetur. *De proprietatibus personarum et de nominibus earum.*

Iam de proprietatibus personarum videamus. Que et *relativa vocantur*, notaciones sive relationes in scriptura plerumque dicuntur. In illa trinitate summa, que ideo a nobis repetitur ut nostro cordi tenacius infigatur, ait Augustinus in libro de fide ad Petrum: Aliud est genuisse quam natum esse, aliud quam procedere, quam genuisse vel natum esse. Unde manifestum est quod alius est pater, alius est filius, alius est spiritus sanctus. Et est proprium solius patris non quod non natus est ipse, sed quod unum filium genuit; proprium solius filii non quod ipse non genuit, sed quia de patris essencia natus est. Proprium vero spiritus sancti est non quia nec natus est ipse nec genuit, sed quod solus de patre filioque procedit. Ecce breviter assignavit tres proprietates trium personarum, quarum una non est alia. Hic ita significavit cum dixit: Aliud est genuisse quam natum esse, aliud quam procedere, id est alia proprietas sive notio est generacio et alia nativitas, alia processio. Que aliis nominibus dicuntur paternitas, filiacio. Has proprietates designant illa nomina personarum, scilicet pater, filius, spiritus sanctus, que relativa sunt et ad se invicem dicuntur, quia notant relationes

que non sunt deo accidentales, sed in ipsis personis ab eterno sunt immutabiliter, que non modo appellatione sunt relative, sed et ipse relationes sive notiones in rebus ipsis, id est in personis sunt. Quod nomina que de deo dicuntur

Quo circa sciendum: secundum substantiam non omne quod de deo dicitur. Quedam tamen sunt quae de deo dicuntur secundum dici substantiam, relationem; et quedam dicuntur secundum dicuntur ... relationem que non est accidens, sed et accidens que non est mutabile. Unde Augustinus in v. libro de trinitate ait: Nichil in deo secundum accidens dicitur, quia nichil ei accidit; nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur. In deo autem nichil quidem secundum accidens dicitur, quia nichil in eo mutabile est aut amissibile; nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium et filius ad patrem, quod non est accidens, quia et ille semper pater, et ille semper filius; et non semper, quia semper natus est filius, nec cepit umquam esse filius, quod si aliquando esse cepisset aut aliquando desineret esse filius, secundum accidens diceretur. Si vero et pater non diceretur pater nisi ex eo quod ei est filius, et filius non diceretur filius nisi ex eo quod habet patrem, non secundum substantiam hec dicuntur, sed ad invicem ista dicuntur; nec tamen secundum accidens, quia et quod pater dicitur et quod filius dicitur, eternum atque incommutabile est eis. Ecce his verbis aperte ostenditur quedam dici de deo secundum substantiam, quedam secundum relationem, nichil tamen secundum accidens. Ostenditur etiam proprietas patris esse quod habet filium, et proprietas filii quod habet patrem. Ideo cum dixit eternum et incommutabile esse quod pater dicitur et quod filius dicitur, ita intelligi voluit: proprietas qua pater est pater, et proprietas qua filius est filius, eterna est et incommutabilis.

Quia et pater semper pater, et filius semper filius. Unde Hylarius proprietates personarum assignans in xii. libro de trinitate ita ait: Si semper patri proprium est quod semper est pater, necesse est semper filio proprium esse quod semper est filius. Ut enim semper pater, semper et filius; quia cui non semper pater est, non semper genuit. Item in eodem: Declarato deo manifestum est proprium esse quod filius. Ostenditur

Hic queritur quomodo dicatur esse proprium

dicatur proprium esse unigeniti quod filius est nato deo, quod est dei filius, dei, cum et homines sunt nati geniti ex deo. Cum et homines filii dei, filii dei dicantur et sint secundum illud: Filii excelsi omnes. Et ad Moysen de Israel dicitur ait: Filius meus primogenitus Israel. Sed magna est distancia. Homines enim filii dei sunt factura non naturalitatis proprietate; dominus autem filius originis proprietate filius est et veritate nativitatis, non factura, vel adoptione; et illi quidem antequam sunt quam filii dei sunt, fiunt enim filii, non nascuntur filii dei. Unde Hylarius: Solum deum natum originis proprietate dei filium ostendens inter ipsum et homines filios dei evidentissime distinguit, in xii. libro de trinitate ita dicens: Solo patri solus qui ex eo natus est, vere filius est. Et nos quidem filii dei sumus, sed per facturam. Fuimus enim aliquando filii iracundie, sed filii dei per adoptionem effecti sumus potius quam nascimur. Et quia omne quod fit, antequam fiat non fuit, nos cum filii dei non fuissemus, efficimur, ante enim filii non fueramus, sed gratia facti sumus; non nati nec geniti, sed acquisiti. Acquisivit enim nos deus sibi, et per hoc nos dicitur genuisse. Genuisse enim deum filios numquam cum proprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione enim homo est filius dei, non ex generatione; nec ei proprietas est, sed nuncupatio. Ac per id non vere filius, quia nec proprie natus dicitur, nec filius fuit semper. Unigenitus

autem deus nec fuit aliqn̄ nec filius nec fuit
aliquādo ante quā filius nec aliquā ipse nisi filii.
atqȝ ī qui semper est filius nascibilitatis proprietate
hac veritate filius est eius solus qui genuit et
ille tamen qui genuit pater ipsius est. quia sicut
ille filius origine. ita ipse pater generatione.
Homo vero qui filius dicitur. Quod homo dicitur filius
relatiua non tamen pater **trinitatis. Trinitas**
sed et filii et spiritus sancti. filius est. et **potest dici pater**
vocitus trinitatis. pater enim non **homonima tri-**
dici potest. unde aug. in v. l. de t. **oooooooo**
ait. Non potest dici trinitas pater nisi forte
translatiue ad creaturam propter adoptionem fi
liorum. Quod n. scriptum est. audi israel dominus deus tuus deus unus
est. Non utique excepto filio aut spiritu sancto oportet
intelligi quem unum dominum deum nostrum recte
dicimus et patrem nostrum per gratiam suam nos
regenerantem. Hilarius vero in vi. l. de t. ait.
Omnibus per fidem deus est pater. quibus est pater
per eam fidem ihesum christum dei filium confi
temur. Ecce ostensum est quale dicatur pater
patrum et dei nati quod filius est. et spiritus
sanctus. ipse solus natus proprie dicitur. unde hilari
us in. d. t. ait. Dominus dicens. Clarifica
filium tuum non solum nomine contestatus
est se esse filium. sed proprietate. Nos dei filii sumus.
sed non talis hic filius. hic n. verus et proprius
filius origine. non adoptione. veritate. non
nuncupatione. natiuitate. non creatione.
ta et de spiritu sancto. **Quod spiritus sanctus proprie dicitur donum**
dicendum est quod **dei quod proprietate est donum**
ipse dicitur donum **ut filius natiuitate et**
dei. cum tamen et alia plura **utroque tamen dicitur**
sint dona dei. sed spiritus **relatiue per eadem**
sanctus ita immutabili et eterna proprie **relatio**
tate donum. sicut filius proprietate **na-**
filius. Eo n. donum dicitur. quo spiritus
sanctus. Et utroque utique nomine relatiue dicitur
Eademque relatione dicitur spiritus sanctus et do
num licet ipsa relatio non ita appareat in

hoc nomine spiritus sanctus sicut hoc nomine donum. unde
augustinus in v. l. d. t. ait. Spiritus sanctus qui non
trinitas est. sed in trinitate intelligitur in eo quod
proprie dicitur spiritus sanctus relatiue dicitur cum et ad patrem
et ad filium refertur. quia spiritus sanctus et patris et filii est
spiritus sanctus. sed ipsa relatio non apparet in
hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum
dei. Donum est n. patris et filii. quia et a patre et
a filio procedit. Ergo spiritus sanctus ineffabilis quedam pa
tris filii que communio est et ideo fortasse sic ap
pellatur ut iam diximus nec trinitas proprie
quia patri et filio potest eadem appellatio con
uenire. Nam hoc ipse proprie dicitur quod illi co
muniter. quia pater spiritus et filius spiritus et pater sanctus et filius sanctus.
ut ergo ex nomine quod utrique conuenit ut
usque communio significetur. vocetur donum
amborum spiritus sanctus. Ecce hic quod spiritus sanctus proprie dica
tur donum et quod relatiue dicitur suum
donum suum spiritus sanctus et quod nomen proprium sibi te-
net quod communiter patri donum et filio con
uenit. sed diuisum. Et sciendum quod cum
pater uel et filius dicitur suus scilicet neutrum
relatiue dicitur. sed secundum substantiam.
Hic queri potest **patri uel filius uel tri-**
nitatem pater uel **trinitas ipsa possit**
filius uel et ipsa trinitas possit **dici spiritus sanctus**
dici spiritus sanctus sicut dissimilis dicitur et
spiritus sanctus. De hoc augustinus in v. l. d. t. sic
ait. Trinitas nullo modo dici potest filius.
Spiritus vero sanctus potest quidem uniuersaliter
dici secundum id quod scriptum est. quoniam spiritus
est deus. Itaque pater et filius et spiritus sanctus quoniam unus
est deus et utique deus sanctus est. et deus spiritus
est. potest appellari trinitas et spiritus sanctus. Sed
tamen tunc spiritus sanctus relatiue non dicitur set
secundum essentiam. quia ipse spiritus sanctus quod non est trinitas. sed in
trinitate dicitur relatiue. **Quod quidam putant**
Quidam tamen **spiritum sanctum non dici relatiue**
putant **ad patrem et filium quia non vocatur**
spiritum sanctum. **Ratio eorum in vocabulo sanctus florum.**

vel donum non dici relatiue ad patrem vel ad filium. Sed et inquirit hic relatiue ad se dicuntur sic inuicem ergo respondent vocabulis sicut dicitur pater filii pater et filius patris filius. Ita dicitur pater spiritus sancti vel donum patris et spiritus sanctus vel donum patris. Spiritus sanctus donum. Sed non in est in nominibus relatiuis. Non enim omnia que relatiue dicuntur sic ad se inuicem vocabulis respondent. Vnde augustinus horum heluidii opinionem in v. libro de trinitate ait: Si moueat inquid quod diximus spiritum sanctum non ipsum trinitatem sed eum qui est in trinitate relatiue dici. Licet non ei vicissim respondeat vocabulum eius ad quem refertur. Dicimus enim spiritum sanctum patris, sed non vicissim dicimus patrem spiritus sancti, ne filius eius spiritus sanctus intelligatur. Item dicimus spiritum sanctum filii, sed non dicimus filium spiritus sancti, ne pater eius intelligatur spiritus sanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit ut non inueniatur vocabulum quo sibi inuicem respondeant. Cum ergo dicimus donum patris et filii, non quidem possumus dicere patrem doni aut filium doni. Sed ut hec vicissim respondeant dicimus donum donatoris et donatorem doni, quia hic potuit inueniri usitatum vocabulum, illic non potuit. Donum ergo donatoris et donator doni cum dicimus relatiue utrumque ad inuicem dicimus. Donator tamen non fuit deus nisi ex tempore, cum spiritus sanctus sit donum et ab eterno. *An easdem proprietates alias*

Hic queri potest *secundum augustinum et hylarium*

proprietates quas *hylarius et augustinus qui dicit*

hylarius superius assignauit, scilicet quod *dicit pater in eternitate filii*

pater est semper pater et filius semper *filius sunt eedem*

filius an sint ille eedem proprietates quas augustinus assignat. Ille enim ubi distinctio est *lo.* augustinus. Ausus distinctione dicens proprium esse patris quod genuit filium et proprium filii quod genitus est a patre et spiritus sancti quod ab utroque procedit. Ac deinde utrum iste sint ille que dicuntur paternitas, filiatio, processio. Videtur quod non sint eedem proprietates quas ponit hylarius et ille quas ponit augustinus. Si enim eedem sunt idem est ergo patrem esse patrem et genuisse filium, quod utique quidam concedunt. Si autem hoc est, cum ergo conuenit ut sit pater et quem genuisse filium. Natura ergo diuina si pater est, filium genuit; si uero non genuit, pater non est. Si quis audeat dicere aliquid ipsam patrem non sit. Si autem ipsa pater est, nec filium genuit. Non est ergo idem dicere aliquid patrem esse et gignere filium. Et ita uidetur una eademque esse proprietas. Ad quod sine *preiudicio ostendit esse easdem* preiudicio aliorum dicimus *proprietates et quod in intelligere* quod easdem proprietates notauit uterque. *Quia sunt predicabiles diuersis uerbis*. Ait enim hylarius ita ait: *ubi hylarius*

Intelligi debere proprium patris est quod semper *fuerit* pater. Proprietas patris est quia semper pater est. Semper uero pater est, quia semper genuit filium. Item et proprium filii est quod semper filius est, id est proprietas filii, quia semper est filius. Filius uero semper est quia semper genitus est. Ergo proprietas qua pater pater est, quia semper genuit, et hoc eadem dicitur paternitas vel generatio. Proprietas filii qua semper filius, quia semper genitus a patre est, et hec eadem dicitur filiatio vel genitura vel natiuitas vel origo vel nascibilitas. Sic et proprietas est qua spiritus sanctus est spiritus sanctus, est vel donum est, quia procedit ab utroque, et hec eadem dicitur processio. In premissis ergo locutionibus eedem significate sunt proprietates. *Quod non est omnino idem*

Nec tamen uidetur nobis *dicere aliquid esse pa*

omnino esse idem *trem et genuisse vel*

dicere aliquid esse patrem *habere filium*

et genuisse filium vel ab esse *et de aliis*.

filium et habere patrem vel esse spiritum sanctum et procedere ab utroque. Alioquin pater non esset nomen hypostasis, id est persone sed proprietatis tantum. Similiter filius et spiritus sanctus. Et ita non per hec tria nomina significarentur tres persone. Item cum dicimus quod patris nomen non tantum relationem notat, sed et hypostasim, id est subsistentiam significat, ita et filius, ita et spiritus sanctus.

genuit filium, aliud quod ipsa

Origo patris, sic et nascibilitas, ... passiue sic quod filio et spiritui.

Relacionum uero uocabula scilicet paternitas, filiatio, processio, uel gignere, gigni, procedere, ipsas tamen relationes non ypostases significant. Sic hic filium et hic patrem uerbi gratia. Cum dicimus deus est pater, nomine patris relacionem notamus et diuinam ypostasim significamus, ut sit intelligencia talis: Deus in nomine essencia est pater, id est ille qui genuit, scilicet ypostasis que habet filium. Similiter deus est filius, id est ypostasis genita uel habens patrem. Ita et deus est spiritus sanctus, scilicet ypostasis procedens ab utroque, sed ille qui procedit. Cum uero nomina relacionum ponimus in predicatis uocibus, tamen ipsas significamus non ypostases, ut cum dicitur deus genuit, id est habet filium, et deus genitus, id est habet patrem. Tunc oportet intelligi subtiles ypostases tamen non essenciam que nisi proprietatibus determinantur.

Ille tres proprietates **Quod proprietates determinant singule singulas ypostases non essenciam** ipse conueniunt personis et per **id est natiuitatem** personę determinantur et a se inuicem differunt, et a se non recedunt. Unde Johannes Damascenus ait: Non differunt a se ab inuicem ypostases secundum substanciam, sed secundum caractheristica ydiomata, id est determinatas proprietates. Caractheristica uero, id est determinatiua, sunt ypostaseon et non nature, et ypostases determinant. Item Christum quidem in temporaliter et eternaliter dicimus; diuinam uerbi ypostasim simplicem omnia habentem que habet pater, ut eius homoysion, id est consubstancialem, natiuitatis modo et habitudine a paternali ypostasi differentem, numquam uero a paternali ypostasi recedentem. Item apercius exprimens personales proprietates in eodem ait: Differenciam ypostaseon, id est personarum, in tribus proprietatibus, id est paternali et filiali et processibili recognoscimus. Insecessibiles autem ipsas ypostases et indistantes in inuicem, et unitas quidem inconfusibiliter, et tres sunt et si unite, diuisas autem indistanter. Et tres singula perfecta est ypostasis et proprietatem propriam, scilicet existencie modum proprium possidet, sed unite substancia et non distant nec recedunt a paternali ypostasi. Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates que supra diuersis significate sunt modis uel nominibus.

Hic **Quod sicut** non est pretermittendum quod sicut pater et filius et spiritus sanctus nomina personarum sunt, **Alia** et proprietates personales **nomina patris et easdem** designant, ita et sunt **proprietates uocancia scilicet** et alia nomina personarum **genitus, genito-** id est que ipsas personas significant **rum, uer-** et earum proprietates denotant et easdem **bum, ymago** quas et nomina predicta, ut est et **go** relatiue dicuntur, scilicet genitor, genitus, uerbum, ymago. Unde Augustinus in V libro de trinitate: Videndum est in quid significatur cum dicitur genitus, quod significatur cum dicitur filius. Id est filius quod genitus, et quod filius utique genitus. Sicut autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorem refertur; et sicut pater ad filium, ita genitor ad genitum. Idem in VI libro de trinitate: Verbum quidem solus filius accipitur, non simul pater et filius tamquam ambo sint unum uerbum. Sic et uerbum dicitur quomodo ymago. Non autem pater et filius simul ambo ymago, sed filius solus est ymago patris quemadmodum et filius. Idem in VII libro de trinitate: Verbum secundum quod sapiencia et essencia, id est quod pater, secundum quod uerbum non est, id est quod pater, quod uerbum non est pater, et uerbum relatiue dicitur sicut filius. Item in eodem: sicut filius ad patrem refertur, ita et uerbum ad eum cuius est uerbum refertur.

cum dicitur verbum et specialiter non eo verbum est
quo sapientia dicitur. quia verbum non ad se dicitur
sed tantum relative ad eum cuius est verbum. sicut
filius ad patrem. eo quippe filius est quo ver
bum et eo verbum quo filius. Sapientia vero eo
quo essentia. et ideo quia pater et filius una es
sentia sunt et una sapientia. sunt. in eodem
ratione est pater ipse verbum sicut nec filius nec
ymago. Quid autem absurdius est quam ymagi
nem ad se dici. Sicut in .vi. dicitur relative fi
lius. relative et dicitur verbum et ymago. et
in omnibus hiis vocabulis ad patrem re
fertur. nichil autem horum pater dicitur. Ex premissis
ostensum est quod sicut genitus vel filius rela
tive dicitur ad patrem. Dicitur similiter
ita verbum et ymago et colligit predictorum
quod eo verbum dicitur sicut intelligentiam
ymago quo filius. id est eadem proprietate sive no
tione dicitur verbum et ymago qua fili
us. non eo quo verbum dicitur sapientia vel
essentia quod non notione qua dicitur ver
bum: dicitur sapientia. Nam sapientia dicitur
secundum essentiam non secundum relationem.

Et est hic advertenda specialis ratio eorum que
quedam generaliter relative dicuntur et sin
gula eorum que ad se eorum quid ad se sit ambo
que relative dicuntur. dicuntur sed non in proprietas relati
de patre et filio. Quicquid enim ad se ut ait
augustinus in .vi. l. d. t. Non dicitur alter sine
altero. id est quicquid quod substantiam eorum
ostendit, ambo simul dicuntur. Sed nec pater

est deus sine filio nec filius sine patre. sed ambo
simul deus. sed non ambo simul pater. nec
ambo simul filius vel verbum vel ymago.

Hic queritur cum dicitur An secundum sub
deus de deo lumen de substantiam dicatur de de
lumine et huiusmodi. iterum dicuntur de huiusmodi.
secundum substantiam. Nam secundum relatio
nem constat ista non dici. Sin vero secundum
substantiam dicuntur simul ambo. scilicet pater
et filius possunt dici deus de deo lumen de lu
mine secundum predictam regulam. Ad quod
dicimus quod licet deus secundum substantiam
dicatur et lumen et sapientia et huiusmodi et numquam
relative accipiantur. aliquando tamen pro relativis et
pro personis sed non relative accipiuntur. ut cum
dicitur: deus genuit deum alterum pro patre.
alterum pro filio ponimus. Similiter cum
dicitur deus de deo lumen de lumine. In ali
is quoque locutionibus sepe reperiuntur nomina
essentie ad significationem personarum
deducta. ut cum dicitur deus natus. deus
passus. deus mortuus. non filius tantum signifi
catur. sed et de solo filio intelligitur cum
dicitur deus de deo et huiusmodi. Unde augustinus o
tens quomodo hec dicantur. in .vi. l. d. t. ait. Hoc
modo deus de deo lumen de lumine dicitur.
non enim simul ambo deus de deo. sed solus
filius. scilicet de deo patre. nec ambo simul lu
men de lumine. sed solus filius de lumine
patre. Et sciendum quod tamen secundum no
est quod secundum nomina etiam substantie dicitur illud
substantie maxime dicitur illud de illo. vel non
de illo licet illa nomina substantiam person
stantiam non significent. Secundum hec
nomina personarum numquam dicitur illud de
illo sicut verbum de verbo et filius de filio. quia hec
nomina diversis personis convenire non
possunt. Unde augustinus licet obscure in eodem
libro dicit hec solum de eis dici non posse
unum de illo quod simul ambo non sunt. illo
solo nomine non possumus uti ad ostendendum
unum de uno quod simul ambo non convenit
sicut verbum de verbo dici non potest. quia
non simul ambo verbum vel ymago de y
magine nec filius de filio quia non ambo sit
filius vel ymago et sic nomina substantie aliquando
intelligentiam personarum distincte faciunt.
Et interdum totius trinitatis simul. Unde
Augustinus in eodem l. ait. In patris nomine. et ipse

CA. XVIII

pater p se pnunciatur. In di uo nomine et ipse pater et filius et spiritus s. Ut cum dicitur nemo bonus nisi solus deus q̄ trinitas est unus deus. Q̄ n̄ tm̄ tres p̄dicte p̄prietates sunt in patre. P̄t h̄ et a q̄ aliis signāt nōibus.

Preterea considerari oportet ut ingenitus quod non tm̄ tres predicte p̄prietates sunt notiones in psonis sed ym̄ et aliae que nominibus aliis. Nam et h̄ nomen ingenitus relatiue dicitur de pr̄e tm̄ et aliam designat notionem q̄m pater ul' genitor. Non est n' idem ee patrem et ee ingenitum. i. non ea notione pater dr̄ qua ingenitus. Pater n' ut dictum est dr̄ secundum p̄prietatem generationis. Ingenitus aut̄ scd̄m p̄prietatem innascibilitatis. Differt g° pater a filio auctoritate generationis. Differt et p̄prietate innascibilitatis. i. q' ingenitus. Un̄ aug° distinguens int̄ p̄prietatem q̄ dr̄ dicitur pater et illam qua dicitur ingenitus in v. l. d. t. ait. Non est h̄ dīce ingenitum q̄ est patrem dicere. q' et si filium non genuisset nil phibet dicere ingenitum. Et si gignat quisquam filium non ex eo ipso est ingenitus. q' geniti homines gignunt alios. Non g° so dicitur pater q' ingenitus. Sed cum de deo pr̄e utrumque dicitur. alia notio est qua intelligitur genitor. alia qua ingenitus. Genitor n' dicitur ad genitum. i. filium. Cum u° ingenitus dr̄ non quid sit. sed quid non sit dicitur. h' exemplum planum faciendum est q' dicitur ingenitus h' ostenditur quod non sit filius sed genitus et ingenitus cōmode dicuntur. Filius aut̄ dr̄ relatiue. Sed ut dubium in filius non admittit loquendi consuetudo. Nichil tm̄ intellectum demitur si dicatur non filius. quemadmodum et si dicatur non genitus. p eo quod dicitur ingenitus nil aliud dicitur. Ido non est in rebus considerandum quid ul' sinat ul' n̄ sinat dici sermonis n̄ri usus. Sed quis rerum ip̄arum intellectus eluceat. Non g° iam tm̄ dicamus ingenitum sed non genitum quod tm̄ ualet. Numquid g° aliud dicamus q̄m non filium. Negatiua porro particula nō id efficit. ut quod sine illa relatiue dicitur. eadem p̄posita substancialiter dicatur. sed id tm̄ negetur q' sine illa aiebatur. Sicut in aliis predicamentis cum dicimus homo est subām significamus. qui g° dicit non homo est. n̄ aliud genus p̄dicamenti enunciat. sed illud tm̄ negat. Sic g° secundum subām aio. homo est. Sic secundum subām nego cum dico n̄ homo est. At si tm̄ ualet q' dicitur genitus. q̄ntum ualet relatiue cum negamus dicendo non filius. tm̄dem g° ualet quod dicitur non genitus. q̄ntum et ualet quod dicitur non filius. Relatiue g° negam dicendo nō genitus. Ingenitus porro quid est aliud nisi nō genitus. Non g° receditur a relatiuo predicamento cum ingenitus dicitur. Sicut n' genitus non ad se dicitur. sed quod ex genitore non sit ostenditur. Utrumque tm̄ relatiue dicitur. Q' aut̄ relatiue pnunciatur. non indicat substanciam. Quamuis g° diuisum sit genitus et ingenitus non tm̄ indicat diuisam subām. q' sicut filius ad patrem et non filius ad non patrem refertur. ita genitus ad genitorem et non genitus ad non genitorem referatur necesse est. Ecce euidenter ostendit aug° q' ingenitus relatiue dicitur. et de solo patre accipitur. Alia notio est q̄ dr̄ ingenitus. alia qua pater. atque tm̄ ualet cum dicitur ingenitus. q̄ntum nō genitus ul' non filius. An sicut solus pater dicitur ingenitus ita et solus deo solus dici debeat. Q̄ritur utrum sicut solus pater dicitur ingenitus ita ipse solus debeat dici non genitus uel non filius. Et n' filius ul' non genitus. quibusdam uidetur

quod pater solus debeat dici non genitus
vel non filius. Spiritus vero sanctus licet non dicitur in
genitus, ita inquiunt non est dicendus non
genitus vel non filius. Debet quidem dici et
credi spiritus sanctus non esse genitus vel non esse filius, sed
non debet dici esse genitus vel non filius. Aliis
autem videtur quod cum spiritus sanctus non possit di
ci ingenitus, potest tamen dici non genitus
vel non filius. Quod vero Augustinus supra ait tantum valere
cum dicitur ingenitus quantum cum dicitur
non genitus vel non filius, ethimologiam
nominis ostendendo tantum hoc dixisse, haud defini
tionem rationem predicationis. Que sit specialis
Si autem vis secundum quam intelligentiam
scire que sit specialis secundum quam intelligentiam dicatur
pater dicitur ingenitus, audi Hylarium
patrem vocantem innascibilitatem in IIII
libro de trinitate dicentem: Est unus ab uno scilicet ab
ingenito genitus proprietate in utroque
unoque et innascibilitatis et originis significata.
in scripturis personarum intelligentia et distinc
tio in innascibilitatis nativitatisque sensu. So
litarius deus non est opinandus. Discretio
namque vel distinctio personarum in scripturis posi
ta est: in uno non distinctio. Arriani intelligunt
Illud autem tacere non probare aliud esse patrem
oportet quod Arriani ex eo aliud filium quia ille inge
probare nitebantur alterius nitus iste genitus quia
esse patrem, alterius filium. Unde Ambrosius dicit se hoc
quod ille ingenitus, iste genitus in scriptura non legisse
dicitur, cum diversum sit esse ingenitum dicit
et esse genitum. Unde Ambrosius ex persona res
pondens dicit se in divinis scripturis hoc
nomen scilicet ingenitus non legisse, in libro
IIII de spiritu sancto. Cum dudum audierim
quibusdam dicentibus nobis filium dei qui ge
neratus est patri qui generavit inequalem
esse non posse, quoniam ille generatus sit, iste
generavit, quia generatio est nature ad vi sui
quod illam questionem vocem fidei cir
cumveniretur ac clusam, sed cogitatione dampna
nabili in eodem loco vestigium vertunt
ut putent mutationem fieri questionis
mutatione sermonis, dicentes quomodo pos
sunt ingenitus et genitus esse unius nature, cum
sic. Ego ut respondeam in proposite questionis pri
mo omnium in scripturis divinis ingenitum
nusquam ingenitum invenio, non legi, non
audivi. Cuius igitur mutabilitatis sunt homines
huiusmodi ut nos dicant ea usurpare que non
sunt scripta, cum ea que sunt scripta dica
mus? ipsi obiciant quod scriptum non sit.
Nonne ipsi sibi adversantur et auctoritate
calumpnie sue derogant? Attende lector
quod hoc nomine ingenitus nolebat uti Am
brosius propter hereticos. Ita et nos subicere quod
ex propter calumpniantium insidias que ca
tholicas ac pius lectoribus secure credi possunt.
Sunt et alia quedam que non tante sunt re
ligionis et auctoritatis ut eis nos oporteat
semper confitendo ac recipiendo insistere
unum silentio preteriri queunt aliquando. Si
militer tamen sunt puritatis quin cum oportu
num fuerit eis uti liberum habeamus. An
Preterea querere solet diversum sit esse pa
cum supradictum sit trem et esse filium
quod aliud dicere est ingenitum, aliud pa
trem, et quod diversum sit genitus et ingenitus.
Utrum diversum sit esse patrem et esse filium
an idem. Ad quod dicimus quod ex eodem sen
su quo dicitur diversum genitus et inge
nitus, et quo dicitur non esse idem dicere
genitum et ingenitum. Potest dici non
esse idem sed diversum esse patrem et esse filium
vel esse spiritum sanctum, quod non ea notione pater est
pater qua filius est filius vel qua spiritus
sanctus est spiritus sanctus. Sed ex hoc sensu concedimus quod
aliud est esse patrem et aliud est esse filium, quia
alia notio est qua pater est pater, alia
qua filius est filius. Sed si transponas non dicas

aliud est patrem esse, aliud esse filium, itaque accipiatur intelligentia, et ideo non conceditur. Est vero sensus, ut si dicatur: Aliud est quo pater est, non quidem pater, sed est; et aliud est quo filius est, non quidem filius, sed est; quod penitus falsum est. Eo vero pater est quo pater deus est, id est per essentiam vel naturam. At filius eo deus est quo pater est deus. Eo ergo est filius quo pater est; et ita idem est patrem esse et filium esse, sed non est idem patrem esse et esse filium. Unde Augustinus in V libro de trinitate ait: Quamvis diversum sit esse patrem et filium esse, non est tamen diversa substantia, quia hec non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relativum; quod tamen relativum non est accidens, quia non est mutabile. Ecce diversum esse dicit esse patrem et esse filium, quod iuxta rationem predictam accipi oportet, quia scilicet alia notio est qua est pater, alia qua filius est. Non enim secundum essentiam pater dicitur pater vel filius filius, sed secundum relationem.

Quomodo dicatur sapientia genita vel nata, an secundum relationem, an secundum essentiam.

Sciendum quoque est quod sicut solus filius dicitur verbum vel ymago, ita et ipse solus dicitur sapientia nata vel genita. Et ideo queritur utrum hec dicatur relative, et si relative dicitur, an secundum relationem qua dicitur verbum et ymago. De hoc Augustinus in VII libro de trinitate ait: Ideo dici accipiamus cum dicitur verbum, ac si dicatur nata sapientia, ut sit et filius et ymago, et hec duo cum dicuntur, scilicet nata sapientia, in uno eorum, eo quo nata est, et verbum et ymago et filius intelligatur. Et in his omnibus nominibus non ostenditur essentia, quia relative dicuntur. At in altero quod est sapientia et essentia demonstratur, quoniam et ad se dicitur; se ipsa enim sapiens est, et hoc est ei esse quod sapere. Unde pater et filius simul una sapientia, quia una essentia. Caute lector qualiter intelligas quod hic dicit Augustinus. Videtur enim dicere quod cum dicitur nata sapientia, in sapientia essentiam significet et nata relationem notet. Quod si est, cogimur dicere essentiam divinam esse natam, quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus quod in altero, id est in eo quod est nata, eadem notio intelligitur que significatur cum dicitur verbum et ymago. In altero vero, scilicet sapientia, demonstratur essentiam, id est demonstratur quod filius sit essentia, quia sapientia secundum essentiam dicitur. Ideo cum dicitur nata sapientia, intelligitur quod ipse qui natus est essentia est. Sed tamen sapientia non pro essentia, sed pro ypostasi facit, ut sicut cum dicitur verbum vel filius intelligitur ypostasis cum sua proprietate, ita cum dicitur nata sapientia item intelligatur, id est genita ypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligendum cum dicitur verbum et cum dicitur nata sapientia, id est eadem relatio, eadem ypostasis, cum inest sua proprietas. Et ex hoc advertitur illud quod supra diximus, scilicet quod cum dicitur pater vel filius vel spiritus sanctus, non tantum ipse proprietates significantur, ut cum dicitur paternitas, filiatio, sed et ypostases cum suis proprietatibus.

Quod ymago aliquando secundum essentiam dicitur.

Illud etiam scire oportet quod cum supra dictum sit ymaginem relative dici de filio sicut verbum vel filius, invenitur tamen repertum secundum substantiam dici. Unde Augustinus in libro de fide dicit quod unius est sancte trinitatis essencialiter divinitas et ymago ad quam factus est homo. Hylarius etiam in V libro de trinitate sic ait: Homo fit ad ymaginem

[illegible]

communi nomen non discrepat natura
non differt. unde est ut ad quem homo creatus
est species. Ex his ostenditur quod imago
aliquando essentie intelligentiam facit.
et tunc ad se dicitur et non relative. De principio

Est praeterea pro relative dicitur multi
aliud nomen pluralem notat relatione.
multiplicem notans relationem. scilicet principium.
Dicitur enim principium semper ad
aliquid et dicitur pater principium et filius
principium sed differenter. Nam pater dicitur
principium ad filium et ad spiritum sanctum.
unde Augustinus in libro iiii de trinitate ait. Pater est principium
totius divinitatis vel si melius dicitur
deitatis quia ipse est a nullo. Non enim habet de quo
sit vel de quo procedat sed ab eo et filius est
genitus et spiritus sanctus procedit. Non ergo dicitur principium
totius deitatis quia vel sibi divine
essentie principium sit sed quia principium
est filii et spiritus sancti in quibus singulis tota
divinitas est. Filius dicitur principium
ad spiritum sanctum. spiritus vero sanctus non dicitur principium
nisi ad creaturas ad quas et pater dicitur
principium et filius et trinitas ipsa simul et
singula persona principium dicitur creaturarum.
Pater ergo principium est sine principio. Filius
principium de principio. spiritus sanctus principium
de utroque id est de patre et filio. Quod ab eterno

Et pater ab eterno pater est principium et filius spiritus sancti
principium est filius. Quando cepit esse principium
et pater et filius principium spiritus sancti. principium
quia filius est a patre et spiritus sanctus ab utroque.
Spiritus vero sanctus non ab eterno principium est
sed esse cepit quia non dicitur principium nisi ad
creaturas. Cum ergo creature esse ceperunt.
et spiritus sanctus esse cepit principium earum.
Ita et pater et filius esse cepit ex tempore

cum spiritu sancto unum principium creaturarum
sunt quia ex tempore creature habent esse a patre
et filio et spiritu sancto et tamen hi tres non tria sed
unum principium omnium creaturarum quia
uno eodemque modo principium rerum sunt. Non
enim res a patre aliter et aliter a filio sed per unum
eodem modo. Ideo apostolus intelligens hanc
trinitatem esse unum principium ait. Ex
ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Cum
non audiamus omnia ex deo esse ut ait Augustinus
de natura boni. Omnes utique naturas intelligere
debemus et omnia que naturaliter sunt. Non
enim ex ipso sunt peccata que naturam non servant.
sed viciant que ex nostro peccantium nascuntur.
Omnium ergo que naturaliter sunt unum
principium est pater cum filio et spiritu sancto et hoc
cepit. Quod ab eterno pater est principium filii et patris

Ab eterno autem et filius principium
pater principium filii spiritus sancti
generacione et pater et filius unum principium
spiritus sancti. unde Augustinus in v libro de trinitate ait.
Dicitur relative pater. Idemque relative dicitur
principium. sed pater ad filium dicitur principium
vero ad omnia que ab ipso sunt et principium
dicitur filius. Cum enim diceretur ei
tu quis es. respondit. principium qui et loquor vobis.
Sed numquid patris principium est. Immo
creatorem ostendere se voluit. Cum se dixit
esse principium sicut et pater principium est creature
quia ab ipso sunt omnia. Cum vero
dicimus et patrem principium et filium principium
non duo principia creature dicimus.
quia pater et filius simul ad creaturam unum
principium sicut unus creator. Si
autem quicquid in se manet et gignit vel
operatur aliquid principium est eius
rei quam gignit vel eius quam operatur.

Non possumus negare spiritum s. recte dici
principium, quia non eum separamus ad appellatione
creatoris, quia scriptum est de illo quod operetur
et utique in se manens operatur. Non tamen in aliquo
eorum que operatur ipse mutatur. Vel refertur
ut unum est principium ad creaturam cum patre
et filio; spiritus s. non duo vel tria principia. Ecce
aperte ostendit augustinus patrem et filium
et spiritum sanctum esse unum principium rerum
creaturarum. i. uno eodemque modo esse principi
um, et eundem modum satis aperit, quia s. operantur
omnia, et quia similiter operantur universa. ideo unum
principium esse dicuntur. Hic ostendit quomodo pater

Dicit in eodem libro sit principium filii
D. distinctive ostendit et ipse filius patri
quomodo pater dicatur principium spiritus
principium ad filium, et ad sancti
spiritum s. ipse filius dicens. ideo
patrem esse principium filii quia genuit eum,
et filium et patrem esse principium spiritus s.
quia spiritus s. procedit vel datur ab utroque. Dicitur ita.
Si gignens ad id quod gignit principium est,
pater ad filium principium est, quia genuit eum.
Si autem et ad spiritum s. principium sit pater, quia
dictum est de patre procedit, non parva questio est.
Quia si ita est, non iam principium ei tantum rei erit
quam gignit aut facit, sed et ei quam dat. Et quia pro
cedat ab ipso. Si ergo et qui datur vel procedit principium
habet a quo datur vel procedit, fatendum
est patrem et filium principium esse spiritus s. non duo
principia, sed sicut pater et filius ad creaturam
relative unus creator et unus dominus dicuntur, sic rela
tive ad spiritum s. unum principium.
Ad creaturam vero pater et filius et spiritus
s. unum principium sicut unus creator
et unus dominus. Ecce hic quod pater principium
filii dicatur, quia genuit eum. Qua ergo nocio
ne est pater et principium filii dicitur, i. genera
cione, que dicitur et auctor filii. Unde hilla
rius in iiii l. d. t. ait. Ipso quo pater dicitur

cuius quem genuit auctor ostenditur. Id habens
nomen quod neque ex alio profectum, procedentium
intelligatur, et ex hoc qui genitus est sub
stitisse doceatur. Non ergo unum innascibi
lem deum novit ingenitum dei filium. Con
fitetur patrem ab origine liberum. confi
tetur et filii originem ab initio, non ipsum ab ini
cio, sed ab initiabili, non per se ipsum sed ab ipso
qui a nemine est natus, ab eterno nativita
tem ex paterna eternitate sumentem. Ecce
et hic fidei professio, sed professionis sic non
dum exposita est, et ideo querenda, quomodo
intelligendum sit quod ait filii originem
esse ab initio, et non ipsum esse ab initio set
ab initiabili. Hic utique subdens determina
vit quomodo accepit initium inquiens ori
ginem filii esse ab initio. Ac si diceret. Non
ita intelligas originem filii esse ab inicio
quasi ipse filius habeat initium. Sed quia ipse est
ab initiabili, i. a patre a quo omnia. Licet tamen
licet filius sit principium de principio, non est
tamen concedendum quod filius habeat principium.
Cumque filius sit principium de principio, et pa
ter principium non de principio, non est
principium de principio, principium sine
principio, sicut filius non pater. nec duo
tamen principia, sed unum. Sicut pater et filius
non duo creatores, sed unus creator. Cum

Unum autem pater et filius sunt
principium unum principium
sunt pater et filius non spiritus s. queritur an
cum creaturarum ut dictum est supra. eadem nocio
ne et spiritus s. Ideo queri solet utrum eadem
nocione pater sit principium spiritus s. et filius.
An sit alia nocio qua pater dicatur princi
pium spiritus s. et alia qua filius. Ad quod di
cimus. Cum pater dicatur principium
spiritus s. et filius, quia spiritus s. procedit vel datur
ab utroque. non aliter procedit vel datur a pa
tre quam a filio, sane intelligi potest patrem

et Filium eadem relatione vel notione dici prin-
cipium Spiritus sancti. Si vero queratur que sit illa notio
qua ibi notat principium, ei cuius non habemus nomen,
sed non est ipsa paternitas vel filiatio, immo notio que-
dam qua Patris et Filii est qua ab eterno Pater et Fi-
lius unum principium sunt Spiritus sancti. Dator autem vel
proditum est deus Pater vel Filius ex tempore sicut
Spiritus sanctus datum vel donatum.

D XXX

De hiis que temporaliter de deo dicuntur et relative secundum accidens quod non deo sed creaturis accidit

Sunt autem quedam que de deo dicuntur et
que ex tempore
de deo dicuntur et que
temporaliter conveniunt
sibi sui commutatione et relative dicuntur
secundum accidens, non quod accidat deo
sed quod accidat creaturis, ut creator, dominus, refugi-
um, datum vel donatum et huiusmodi. De his Augustinus
in V libro de Trinitate ait: Creator relative dicitur ad
creaturam sicut dominus ad servum. Item: Non mo-
veat quod Spiritus sanctus, cum sit coeternus Patri et Filio, dicitur tamen
aliquid ex tempore, veluti hoc ipsum quod do-
natum dicimus. Nam sempiterne Spiritus sanctus est donum,
temporaliter autem est donatum. Et si dominus non
dicitur nisi cum habere incipit servum, et ista
appellatio relativa ex tempore est deo. Non enim sempi-
terna creatura est cuius ille dominus est.
Quomodo dominum esse non sempiternum habet, ne cogamur
et creaturam sempiternam dicere, quia ille non
sempiterne dominaretur nisi et ista sempiterne
famularetur. Sicut autem non potest esse servus qui non
habet dominum, sic nec dominus qui non habet servum.
Sed si aliquis dixerit quod non ex tempore cepit
deo hec appellatio qua dicitur dominus, quia non est
tantum dominus rerum que tempore ceperunt, sed
et illius rei que non cepit ex tempore, id est ip-
sius temporis, quod non cepit in tempore,
quia non erat antequam tempus antequam inciperet, et ideo
non cepit esse dominus ex tempore; ad quod dici
potest quod licet non ceperit ex tempore esse dominus
temporis, cepit tamen esse dominus temporis, quia non sem-
per fuit tempus, et ipsius hominis ex tempore
cepit esse dominus. De hoc Augustinus in eodem libro con-
tinue ita dicit: Quisquis extiterit qui eter-
num deum solum dicat, tempora vero non
esse eterna propter varietatem et mutabilitatem,
sed tamen tempora non in tempore esse cepisse, quia
non erat tempus antequam tempora inciperent,
et ideo non in tempore accideret deo ut
dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, que
utique non in tempore esse ceperunt: Quid
respondebit de homine qui in tempore factus
est, cuius utique dominus non erat antequam esset? Certe
ut dominus hominis esset ex tempore accidit deo.
Et ut omnis auferatur controversia, certe
ut tuus dominus esset vel meus qui modo esse cepi-
mus, ex tempore habuit. Quomodo ergo opti-
nebimus nil secundum accidens dici deum? Nisi
quia ipsius nature nil accidit quo mutetur, ut
ea sint accidentia relativa que cum aliqua mu-
tatione rerum de quibus dicuntur accidunt,
sicut amicus relative dicitur. Non enim amicus esse
incipit nisi cum amare cepit. Fit ergo aliqua mu-
tatio voluntatis ut amicus dicatur. Nummus
vero cum dicitur pretium relative dicitur, nec
tamen mutatus est cum esse cepit pretium, neque cum
dicitur pignus et huiusmodi. Si ergo nummus potest nulla
sui mutatione totiens dici relative, ut neque
cum incipit dici, neque cum desinit, aliquid in
eius natura vel forma qua nummus est mu-
tationis fiat, quanto facilius de illa incommu-
tabili dei substantia debemus accipere quod ita dica-
tur relative aliquid ad creaturam ut quamvis
temporaliter incipiat dici, non tamen ipsi substan-
tie dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi crea-
ture ad quam dicitur. Quare et refugium nos-
trum dicitur deus. Refugium enim nostrum
dicitur deus relative ad nos, id est refertur, et
tunc refugium nostrum fit cum ad eum
refugimus. Numquid tunc fit aliquid in eius
natura quod antequam refugeremus ad eum
non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio quia

ad eum refugiendo efficimur meliores. In illo autem nulla. Sic et pater noster esse incipit cum per eius graciam regeneramur qui dedit nobis potestatem filios dei fieri. Substancia ergo nostra mutatur in melius cum filii eius efficimur. Similiter et ille pater noster incipit esse, sed nulla sui commutacione substancie. Quod ergo temporaliter dici incipit deus quod antea non dicebatur, manifestum est relative dici, non tamen secundum accidens dei quod ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens eius ad quod dici aliquid deus incipit relative. Ex his aperte ostenditur quod quedam de deo temporaliter dicuntur relative ad creaturas sine mutacione deitatis, sed non sine mutacione creature, et ita accidens est creature, non in creatore. Relativa est et relacionem notat que est in ipsa creatura. Appellacio vero illa qua creator relative dicitur ad creaturam, relativa quidem est, sed nullam notat relacionem que sit in creatore. Hic solvitur

Hic potest solvi questio que querebatur questio superius an spiritus sanctus dicatur ad proposita, ubi querebatur, cum tamen relative ad se etiam spiritus sanctus dicatur datum vel ipse dat se donatum, quod autem datur refertur et ad eum qui dat et ad illum cui datur, et cum spiritus sanctus dat se ipsum, utrum ad se ipsum relative dicatur cum dicitur dari vel donari. Cui questioni respondentes dicimus spiritum sanctum dici datum vel donatum relative et ad dantem et ad illum cui datur. Dans autem sive donator est pater cum filio et spiritu sancto, nec tamen dicimus spiritum sanctum referri ad se, sed appellacio dati vel donati refertur et ad dantem et ad recipientem, quia non potest aliquid dici datum nisi ab aliquo et alicui detur. Cum autem spiritus sanctus dari a se vel datus a se dicitur, relative quidem dicitur ad illum cui datur, et est relativa appellacio, et in eo cui datur mutacio fit, non in dante.

Preterea considerari quomodo dicatur filius equalis patri oportet, cum tres persone an secundum substanciam an coequales sibi sint, utrum relative secundum relacionem hoc dicatur an secundum substanciam, et si relative et similiter utrum secundum relacionem an secundum essenciam consideranda sit equalitas. Deinde quid sit ipsa equalitas. Ad quod dicimus quod sicut simile nil sibi est, similitudo enim, ut ait Hylarius, sibi ipsi non est, ita et equale aliquid sibi non est, ac per hoc sicut simile ita et equale relative dicitur. Dicitur ergo relative filius equalis patri et utrique spiritus sanctus. Est tamen equalis patri filius et utrique spiritus sanctus secundum summam simplicitatem essencie et unitatem. Equalis est ergo filius patri secundum substanciam, non secundum relacionem. Unde Augustinus in V libro de trinitate ait: Querimus secundum quid equalis sit patri filius. Non secundum hoc quod ad patrem dicitur filius equalis est patri. Restat ergo ut secundum id equalis sit quod ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur secundum substanciam dicitur. Restat ergo ut secundum substanciam sit equalis. Eadem est ergo utriusque substancia. Item in VI libro de trinitate: Satis est inquid videre nullo modo filium equalem esse patri si in aliquo, scilicet quod pertineat ad significandam eius essenciam, inequalis invenitur. In omnibus ergo equalis est patri filius et est eiusdem substancie. Equalis est et spiritus sanctus et patri et filio in omnibus, equalis per summam simplicitatem illius substancie. Ex his perspicuum fit quod secundum substanciam filius est equalis patri et uterque spiritus sanctus, et appellacio tamen relativa est. Equalitas ergo patris et filii non est relacio vel notio, sed nature unitatem indisparitas. Hic quomodo dicatur

Hoc idem et dicimus similis et quid sit similitudo de simili et similitudine. Similiter ergo dicitur filius similis patri, relative quidem dicitur, sed similis est patri per unitatem essencie. Est ergo appellacio tamen relativa, similitudo vero est in differencia.

Unde quibusdam non indocte tamen videtur nomine equalitatis vel similitudinis non aliquid poni set removeri, ut ea ratione dicatur filius equalis patri, quia nec maior est eo nec minor, et hoc secundum unitatem essencie. Similis et simul dicitur quia nec diversus nec alienus nec in aliquo dissimilis, et hoc secundum essencie simplicitatem. Non enim secundum quod genitus a patre equalis vel inequalis est patri, nec similis vel dissimilis, set equalis et similis secundum eandem substanciam.

De sentencia sancti hylarii qua in trinitate personarum propria ostendit.

Non est hic pretermittendum quod illustris doctor hylarius proprietates in trinitate personarum assignans dicit: eternitatem esse in patre, speciem in ymagine, usum in munere. Que tante difficultatis sunt verba, ut in eorum intelligencia atque explanatione vehementer laboraverit augustinus, ut ipse ostendit in vi. libro de trinitate, ita dicens: Quidam cum vellent brevissime singulariter in trinitate personarum insinuare propria, eternitas, inquit, in patre, species in ymagine, usus in munere. Et quia non mediocris auctoritatis in tractacione scripturarum et assertione fidei vir extitit hylarius (hoc enim in libris suis posuit), horum verborum, id est patris et ymaginis et muneris, eternitatis et speciei et usus, abditam scrutatus intelligenciam, quantum valeo, eum secutum arbitror in eternitatis vocabulo, quod pater non habet patrem de quo sit. Filius autem de patre est ut sit, atque ut illi coeternus sit. Ymago enim si perfecte implet illud cuius ymago est, ipsa coequatur ei, non illud ymagini sue. In qua ymagine speciem nominavit, credo propter pulcritudinem, ubi est tanta congruencia et prima equalitas et prima similitudo, nulla in re dissidens et nullo modo inequalis et nulla ex parte dissimilis, set ad identitatem respondens ei cuius ymago est; ubi est prima et summa vita, cui non est aliud vivere et aliud esse, set idem. Et primus ac summus intellectus, cui non est aliud vivere et aliud intelligere, set idem est. Hoc est unum tanquam verbum perfectum, cui non desit aliquid, et ars quedam omnipotentis et sapientis dei, plena omnium racionum viventium et incommutabilium, et omnes unum in ea, sicut ipsa unum de uno cum quo unum. Ibi novit omnia deus que fecit per ipsam. Est autem ineffabilis quidam complexus patris et ymaginis, qui non est sine perfruicione, sine caritate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas vel beatitudo, si tamen aliqua humana voce digne dicitur, usus ab illo appellata est breviter, et est in trinitate spiritus sanctus, non genitus set genitoris genitique suavitas, ingenti largitate atque ubertate perfundens omnes creaturas pro captu earum. Scilicet illa tria et a se invicem determinari videntur et in se infinita sunt. Qui videt hoc vel ex parte vel per speculum et in enigmate, gaudeat cognoscens deum et gracias agat; qui non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per cecitatem ad calumpniandum. Quoniam unus est deus, set tamen trinitas. Ecce habes qualiter verba hylarii premissa accipienda sunt, licet tante sint profunditatis ut et adhibita exposicione augustini aliquatenus ea intelligere videatur humanus sensus, et ipsa eorum explanatio, ut augustinus edidit, plurimum in se habeat difficultatis et ambiguitatis.

Quod secundum hanc exposicionem non distinguuntur proprietates personarum tres.

Non videtur secundum premissam exposicionem distingui hec proprietates personarum vel ille proprietates superius assignate tres, scilicet ipse personales distincte ab invicem insinuantur. Eternitatis enim nomine eadem videtur designata proprietas quam notat hoc nomen ingenitus. Sed videamus quid sit quod ait: ymago si perfecte implet illud cuius ymago est, ipsa coequatur ei, non illud ymagini sue. Videtur enim dicere quod filius qui est ymago patris coequatur patri, non pater filio, cum et filius dicatur equalis patri in scriptura et

patri filio. sed filius non habet a patre ut sit eternitas. pater autem non habet a filio. et tamen filius plene atque perfecte equalis est patri. id est ymago eius. ut uere est ymago. Quare dicatur hylarius illa personarum

Propria quoque personarum significasse in his uerbis uidetur hylarius quia relatiua nomina tacens personarum posuit scilicet patris ymaginis muneris que relatiue dicuntur de personis et proprietates notant quibus distinguuntur persone. Ita enim dicitur spiritus sanctus munus relatiue sicut donum. Veruntamen ipsas proprietates aliis tribus nominibus non significauit ut predictam augustini expositionem non solo nomine eternitatis quo non ipsam paternitatem sed eam uoluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus. Quod eandem personarum

Illud etiam scire oportet distinctionem notat quod ea uidentur tum per aug. aliis ubi fit ex sonantium distinctionem augustinum ponere cum ostendere uolens in expositione illarum trium ex personarum proprietatem tum superius commemoratarum in primo libro de doctrina christiana sic ait. In patre est unitas. in filio est equalitas. in spiritu sancto unitatis equalitatisque concordia. et tria hec omnia unum propter patrem. equalia omnia propter filium. connexa omnia propter spiritum sanctum. Itaque pater ac filius et spiritus sanctus et singulus quisque horum plena substantia est. et simul omnes una substantia. pater nec filius est nec spiritus sanctus. filius nec pater est nec spiritus sanctus. spiritus sanctus nec pater est nec filius. sed pater tantum pater. et filius tantum filius. et spiritus sanctus tantum spiritus sanctus. eadem tribus eternitas incommutabilitas. eadem maiestas. eadem potestas. In his uerbis aperte insinuatur personarum trium distinctio. Quare

Sed plurimos mouet patri attribuit quod pater attribuit unitatem unitas et filio filio equalitatem. cum et unitas et equalitas dicatur secundum substantiam non tamen in patre est. sed et in filio et spiritu sancto

Inequalitas una est patris et filii et spiritus sancti. Cur ergo patri attribuitur unitas et filio equalitas. Forte eadem ratione attribuit pater unitatem secundum augustinum qua supra eidem eternitas secundum hylarium attribuitur. videlicet pater non est ut ab alio non sit. et quia filium genuit unum secum deum et spiritus ab eo procedit unus cum eo non sit deus. Unitas ergo in patre esse dicitur quia nec est aliquid aliud a quo sit non. nec ab alio est nec ab eo aliquid uel aliquis est ab eterno quod unum cum eo non sit. filius enim et spiritus sanctus unum sunt cum patre. Unde ueritas ait. Ego et pater unum sumus. Quare pater

Hic dici et filius dicantur esse unum uel unus. pater et filius et spiritus sanctus deus sed non unus quod recte dicuntur esse unum quia res eiusdem nature et unus deus. sed non unus recte possunt dici esse res. scilicet due uel plures. Recte unum simpliciter et adsit rei possunt dici unum esse si sint quod diuise non nisi dici unius essentie et earum una sit natura unum non dicitur quod. Unus autem uel una non potest dici de diuersis rebus nisi addatur quid unus uel una. Quo addito recte potest dici de rebus et unius et diuerse substantie. Unde augustinus in vi. libro de trinitate sic ait. Nescio utrum inueniatur in scripturis dictum unum sunt quorum est diuersa natura. Si autem et aliqua plura eiusdem nature sint et diuersa sentiant non sunt unum in quantum diuersa sentiunt. Cum ergo sic dicitur unum ut non addatur quid unum et plura unum dicuntur eadem natura atque essentia non dissidentes neque dissentientes significatur. Unde paulus et apollo qui et ambo homines erant et idem sentiebant unum esse dicuntur cum dicitur qui plantat et qui rigat unum sunt. Cum uero additur quid unum potest aliquid significari ex pluribus unum factum quamuis diuersis natura. sicut anima et corpus non possunt utique dici unum. Quid enim tam diuersum nisi addatur uel subintelligatur quid unum. id est unus homo. Unde apostolus. Qui adheret inquid domino unus spiritus est. non dixit

vel particeps per infusionem.

unus est. ut unum sint. sed addidit spiritus. diversi
sunt enim natura spiritus hominis et spiritus dei. sed inheren
do fit spiritus hominis unus spiritus cum deo quia par
ticeps fit veritatis beatitudinis illius. Si ergo de
his que diverse substancie sunt recte dicitur quod
sunt unus spiritus. quanto magis qui unius substancie
sunt recte dicuntur unus deus esse pater et filius
unum sunt utique secundum unitatem sub
stancie et unus deus. In quo arriana heresis dampnatur. que patrem et filium et spiritum sanctum.
ut ait aug. in li. de heresibus. non vult esse unius
et eiusdem substancie atque nature. vel ut expressius dicatur
essentie que grece dicitur usia. sed filium
esse creaturam. necnon et sabelliana que ut
aug. ait in eodem li. dicebat eundem christum
ipsum et patrem et spiritum sanctum esse ut esset trinitas
nominum sine subsistenciam personarum
utramque pestem ut ait augustinus super iohannem
elidit veritas dicens. Ego et pater unum sumus.
utrumque audi et unum et sumus et a caribdi et a scilla liberabis. Quod enim dixit unum libera
bit te ab arrio quod dixit sumus. liberabit
te a sabellio. Si unum ergo non diversum. Si
sumus ergo et pater et filius. Sumus enim non diceret
de uno. nec unum de diverso. Erubescant
ergo sabelliani qui dicunt ipsum esse patrem qui
est filius confundentes personas. qui et dicti
sunt patripassiani quia dicunt patrem fuisse
passum. Arriani vero dicunt alium patrem
esse alium filium nec unam substanciam esse
sed duas. patrem maiorem et filium mino
rem. Noli hec dicere tu catholice. In medio ergo
naviga utrumque periculosum latus de
vita. et dic pater est et filius. filius est
alius pater alius filius. sed non aliud. immo
hoc ipsum quod unus deus. Ecce ostensum
est supra quare unitas esse in patre dicatur.
cum tres illi unum sint. Quare dicatur

Nunc videamus quare unitas esse in filio et sit
equalitas dicatur unitas equalitas trium.

esse in filio cum una et summa equalitas sit
omnium trium. sed ideo forte dictum est quia filius
genitus est a patre equalis genitori et dono quod
ab utroque procedit. et ideo illa tria dicuntur esse
equalia propter filium. filius enim habet a patre ut sit
ei equalis et spiritui sancto. et spiritus sanctus ab utroque habe
at ut sit equalis utrique. Has autem assertiones sub
pellio et maioris intelligentie iudicio di
mittimus. valentes in apercione tam clauso
rum sermonum periciores audire quam
aliquid aliis influere. Quare in spiritu sancto

Quod autem in spiritu sancto dicatur esse unio
dicitur esse utriusque connexio concordia
cordia et per eum omnia connexa. vel connexio
facilior est intelligentia nobis premissa
ad mentem revocantibus. Supra enim secundum
auctoritates sanctorum demonstratum quod spiritus sanctus amor est quo
pater diligit filium et filius patrem. Recte
ergo spiritus sanctus dicitur connexio vel concordia patris et
filii et per eum omnia connexa. Unde aug. in
xv. li. de trinitate ait. communio quedam consubstantialis pa
tris et filii est ambobus spiritus sanctus. Idem in vi. li. spiritus sanctus est
summa caritas utrumque coniungens nosque
subiungens. Utrum pater vel filius spiritu sancto

Hic oritur questio diligat cum diligere
ex premissis deducta idem deo sit quod
Dictum est enim supra atque sanctorum esse
auctoritatibus ostensum quod spiritus sanctus est communio
patris et filii et amor quo pater et filius se in
vicem diligunt. Ideo queritur utrum pater
vel filius vel spiritum sanctum vel spiritu sancto diligat
quod utique videtur oportere dici secundum auc
toritates supra positas quibus ostenditur spi
ritum sanctum esse quo genitus a gignente dili
gatur. genitoremque suum diligat. Sed cum si
pater vel filius dicitur diligere per spiritum sanctum vi
detur esse per spiritum sanctum quia non est aliud deum esse
et aliud diligere. sed idem. quia ut ait aug. in xv.
li. de trinitate. Quicquid secundum qualitates in
illa simplici natura dici videtur secundum essentiam

DXXXIII

supplicio i. sine presumptione supplici.

est intelligendum. ut bonus. magnus. et incorealis sapiens diligens et huiusmodi. Sed si pater uel filius diligit per spiritum sanctum. pater spiritum sanctum esse uidetur tamen essencia sua diligit set et dono.

Hic questioni cum altitudinem nimie profunditatis cernamus. hec questio insolubilis tineat. hoc solum responde. est hummenum minus quod aug. significare. superans sen uidetur. scilicet quod pater et filius se diligat. sum et unitatem seruent. non solum in quantum ad esse essencia sua. set suo dono spiritu sancto. quamuis hoc sit accinit. super positum sit istare tamen non piget. quod sic expedit. ait enim aug. in vi. li. de trinitate. Manifestum est quod non aliquis duorum est quo utrique coniungitur quo genitus a gignente diligatur. generatorem que suum diligat sint que non participatione sed essencia sua neque dono superioris alicuius. sed suo proprio seruantes unitatem spiritus. Ecce hic dicit quod essencia sua et dono suo seruant unitatem spiritum in xv. li. de trinitate. In illa trinitate quis audeat dicere patrem nec se nec filium nec spiritum sanctum diligere nisi per spiritum sanctum. hic aperte ostendit patrem non tantum per spiritum sanctum diligere. non autem simpliciter dicit patrem non diligere. preter spiritum sanctum. Utrum pater sit sapiens sapiencia

Preterea diligenter. quam genuit sic diligit. Pam uestigari oportet utrum amore qui ab ipso procedit. pater sit sapiens sapiencia quam genuit sapiens. Et intelligit que tamen filius est. quod uidetur a simili posse probari. sicut enim diligit amore qui ab ipso procedit. cur non et sapiencia uel intelligencia quam genuit sapit uel intelligit. hanc questionem ingerere uidetur ut ait aug. in vii. li. de trinitate. quod scripsit apostolus dicens. Christum dei uirtutem et dei sapienciam. ubi queritur utrum ita sit pater sapiens et uirtutis sue ut hec sapiencia sapiens sit quam genuit et hac uirtute potens sit quam genuit. Sed absit ut ita sit. quia sibi est esse quod sapere non pro

illam sapienciam quam genuit sapiens est pater. alioquin non ipsa ab illo. sed ille ab ipsa est. Si enim sapiencia quam genuit causa est illi ut sapiens sit. et ut sit ipsa illi causa est. quod fieri non potest. nisi gignendo eum aut faciendo aut spirando. sed nec genitricem nec conditricem patris ullo modo quisquam dixerit sapienciam. Quid enim est insanius. Quod est ipsa sapiencia est qua sapiens est. filius eo dicitur sapiencia patris et uirtus patris. non quod pater per eum sit sapiens uel potens. set quod filius sapiencia et uirtus est. de patre sapiencia et uirtute. Ex hiis patet quod pater non est sapiens sapiencia genita. sed se ipso sapiencia ingenita. Utrum filius sit sapiencia geni

Post hec queri solet a ta uel ingenita.

A quibusdam utrum filius sit sapiens sapiencia genita uel ingenita. Si enim non est sapiens sapiencia genita nec se ipso sapiens est. Si uero sapiencia ingenita sapiens est non uidetur esse sapiens sapiencia ingenita et ita non uidetur esse sapiens a patre. cum a patre habeat omnia. Ad quod dicimus quod una est sapiencia patris et filii et spiritus sancti. sicut una essencia. quod sapiencia in illius nature simplicitate est essencia et tamen filius tamen est sapiencia genita et pater sapiencia ingenita. Et sapiencia genita est de sapiencia ingenita. Et cum idem sit ei esse quod sapientem esse relinquitur ut sapiencia genita sit sapiens de sapiencia ingenita. non quod filius de sapiencia dicatur tamquam ipse sit sapiens uel intelligens sed et pater et spiritus sanctus. quod ut ait aug. in xv. li. de trinitate. Si solus in filius intelligeret et spiritus sanctus ad illam redditur absurditatem ut pater non sit sapiens de se ipso. sed de filio. nec sapiencia sapienciam genuit. sed ea sapiencia pater dicatur sapiens esse quam genuit. Ubi enim non est intelligencia nec sapiencia potest esse. Ideo si pater non intelligit ipse sibi. sed filius intelligit patri. profecto filius

patrem sapientem facit, et filio est deo esse quod sapere, et ea illi essentia est que sapientia; non filius a patre, quod verum est, sed a filio potius pater habet essentiam, quod absurdissimum est atque falsissimum. Est ergo deus pater sapiens ea que ipse est sua sapientia, et filius sapientia patris est, sapiens de sapientia que est pater, de quo est genitus filius. Ita et pater est intelligens ea que ipse est sua intelligentia; non enim esset sapiens qui non esset intelligens. Filius autem intelligentia patris, de intelligentia genitus que est pater, de qua et intelligens est. Proinde pater est sapientia et filius est sapientia, et utraque una sapientia. Et tamen solus pater est ingenita sapientia et filius solus genita sapientia. Nec tamen alia sapientia pater, alia sapientia filius, sed una eademque. Sicut pater est deus ingenitus et filius est deus genitus, nec deus genitus est deus ingenitus; non ideo tamen alius deus est pater, alius filius, sed unus deus uterque. Non autem unus, alius est enim genitus, alius ingenitus, sed non alius deus, immo uterque unum sunt, unus deus. Ita sapientia genita non est sapientia ingenita, sed alius est sapientia genita, alius ingenita; non est tamen alia sapientia, sed una eademque sapientia. An filius sit sapiens se ipso vel per se ipsum.

Ex predictis constat quod filius non est sapiens a se neque de se, sed a patre et de patre. Queri autem solet utrum filius sit sapiens se ipso vel per se ipsum. Quidam dicunt multiplicem hic fieri intelligentiam et ideo distinguendum fore, ita ut cum dicis filium esse sapientem se ipso vel per se ipsum, si sui natura et essentia sapientem intelligis, verus sit intellectus; si vero a se ipso vel de se ipso sapientem esse intelligas, falsitati subiectam hanc intelligentiam. Alii vero simpliciter et absque determinatione concedunt has locutiones: filius est sapiens per se, sed non a se vel de se; et filius est deus per se et est per se, sed non a se vel de se. Hoc confirmantes ubi Hylarius ait filium non a se sed per se agere, in libro .ix. de trinitate ait: Nature id

eius commodi es heretice. Hec unitas est ut ita per se agat filius ne a se agat, et ita non a se agat ut per se agat. Intellige filium agentem et per eum patrem agentem; non a se agat cum pater in eo manere monstratur; per se agit cum secundum nativitatem filii agit ipsa que placita sunt. Infirmus sit non a se agendo, nisi adeo ipse agit non sit ut communicate nature sue que agit et ipsi placita non per se agit. Sicut ergo inquiunt filius per se agit sed non a se, ita filius debet dici sapiens per se et non a se, sic et per se deus esse vel esse dicendus est, ut aiunt, sed non a se vel de se.

Post hec a quibusdam (an una tantum sit sapientia patris) queritur, una tamen sit sapientia patris, quia non esse intimetur probare hoc modo. Filius inquiunt est sapientia patris genita qua pater sapiens non est. Est ergo aliqua sapientia patris qua sapiens non est. Est autem et sapientia patris ingenita et ea pater sapiens est. Est ergo quedam sapientia patris qua sapiens est, et ipsa non est illa sapientia patris qua pater sapiens non est. Non est ergo una tantum sapientia. Ingenita sapientia genita est sapientia patris, et sapientia genita est sapientia patris. Non est autem sapientia ingenita sapientia genita. Non est ergo una tantum sapientia patris. Hec et huiusmodi similia tamquam sophistica et a veritate longinqua amovenda. In theologia pueriles parentias abicimus sensu indigna advertentes. Id tamen adicientes quod una est tantum sapientia patris, sed non uno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quam genuit, et sapientia patris dicitur ea qua sapiens est. Diversa est ergo ratio dicti: illa enim dicitur patris quia eam genuit, et ea dicitur patris quia ea sapit. Una est tamen sapientia patris, quia sapientia genita est eadem sapientia et ea qua sapiens est. Ea qua sapiens est intelligitur persona patris sive essentia patris, quia persona patris que intelligitur cum dicitur sapientia ingenita, et persona filii que significatur cum dicitur sapientia genita, una eademque sapientia est, que essentia divina intelligitur communis tribus personis.

Et sicut in trinitate. Quod in trinitate est dilectio que dilectio est que est essentia trinitas tamen spiritus sanctus et dicitur pater et filius et spiritus sanctus, que legitur quandoque etiam nec ideo est ipsa essentia deitatis et tamen spiritus. Quod due sunt dilectio spiritus sanctus dilectio est que non est pater vel filius nec ideo due dilectiones sunt in trinitate. Quod dilectio que ipse spiritus sanctus est dilectio que trinitas est, non tamen ipsa trinitas est, sicut spiritus sanctus est essentia que trinitas est, non tamen ipse trinitas est. In trinitate sapientia est que pater est et filius et spiritus sanctus, que est essentia divina, et tamen filius est sapientia que non est pater vel spiritus sanctus, nec ideo due sapientie sunt, quoniam sapientia que ipse est filius est sapientia que est trinitas, ipsa tamen non est trinitas, sicut filius est essentia que est trinitas, ipse tamen non est trinitas. Qua ratione pater non dicatur sapiens.

Preterea diligenter. De sapientia quam genuit notandum est quod nunc eadem videtur debere dici eadem ratione qua pater non sit diligens pater, non dicatur esse sapiens sapientia. Filii dilectione qua diligit pater sapientia quam genuit videtur fore dicendum, dicitur quod pater non diligat filium vel filius patrem ea dilectione que ab utroque procedit, scilicet que ipse spiritus sanctus est. Sicut enim idem est deo sapere quod esse, ita idem est ei diligere quod est. Sed sicut negatur pater esse sapiens sapientia quam genuit, quia si ea diceretur sapiens, non ipsa ab eo, sed ipse ab ea esse intelligeretur, ita videtur non debere concedi quod pater vel filius diligat dilectione que tantum spiritus sanctus est, quia si ea diligit pater vel filius, non spiritus sanctus videtur esse a patre et filio, sed pater et filius a spiritu sancto, quia idem est ei diligere quod esse, ut supradictum est. Atque auctoritate sanctorum Augustini quod in trinitate tria sunt: unus diligens eum qui de illo est, et unus diligens eum de quo est, et ipsa dilectio; et non est aliquid duorum quo genitor a gignente diligitur et genitorem suum diligit quibus verbis aperte ostendit patrem filium et filium patrem diligere. Ea est dilectione que non est aliquis eorum sed tantum spiritus sanctus. Cum ergo idem ei sit diligere quod esse, quomodo dici potest pater vel filius non esse ea dilectione qua alter alterum diligit, cum ideo pater negetur sapere sapientia quam genuit, nec ea esse intelligatur. Quod hec questio inexplicabilis est.

Difficilem enim. Quam excellit infirmum humano sensu perspicue. Tamen homines questionem, cum ex dictis sanctorum referentium oriatur, que similem videtur habere rationem, quod mee intelligentie attendentes infirmitas tutelatur, cupiens magis ex dictis sanctorum referre quam afferre. Optimus enim lector est, ut quidam Hilarius in primo libro de trinitate, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius quam imponat, et retulerit magis quam attulerit, neque cogat id dictis contineri quod ante lectionem presumpserit intelligendum. Cum igitur de rebus dei sermo est, concedamus deo sui cognitionem dictisque eius pia veneratione famulemur. Investiget ergo prius lector diligentior dictorum rationem, si forte dicatur aliquam valeat reperire causam qua nota premissa quoquo aliquatenus explicari valeat. Ego autem questionem non absolvens, set errorem excludens profiteor non ita dictum esse patrem diligere filium vel filium patrem ea dilectione que ab utroque procedit que non est aliquis eorum sed tantum spiritus sanctus, tanquam ea dilectione pater sit vel filius, sed sic ea pater diligit filium et filius patrem, ut et pater per se ea que ipse est dilectione diligat, sic et filius, non autem sic ut pater per se non diligat et filius, sed per eam tantum. Quid sit in illa trinitate, in quo Augustinus operari vel affirmare presumat, eam tamen questionem lectoris diligentie plenius discutiendam atque absolvendam relinquimus, ad hec tantum sufficientes.

Post supradictam. De pretates personarum inuenimus considerandum. Sic ipse persone et deus. Post supradictam sit subtiliter inquirendum utrum divina essentia proprietates personarum quibus ipse persone determinantur sint ipse persone et sint deus, id est divina essentia, an ita sint in personis ut non sint persone.

D. XXXIII

ac per hoc nec divina essentia. Quia vero in personis sunt proprietates nemo inficiari audet, cum aperte clamet auctoritas quod in personis est proprietas et in essentia unitas. Superius quoque multis sanctorum testimoniis astruximus personas proprietatibus distingui atque determinari, ipsasque proprietates tribus scilicet propriis expressimus vocabulis. Cum ergo proprietates ille ab eterno fuerint quibus ipse persone determinantur et differunt, quomodo certe si in eis non essent, et quomodo in eis essent et ipse persone non essent, quin id esset multiplicitas. Quocirca sicut illas proprietates esse in personis, ita et esse personas confitemur, sicut supra auctoritate Ieronimi, ut non piget revocare ad mentem, protestati sumus in expositione fidei Ieronimi dicentis: Sabellii heresim declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non vero nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel ut greci exprimunt ypostases, hoc est subsistentias confitemur. Ecce aperte dicit et personas proprietatibus distingui et ipsas proprietates esse personas, cuius hic tria perstringimus, quia supra latius posuimus. Cumque de simplicitate deitatis supra dissereremus, auctoritatibus sanctorum, scilicet Augustini, Hylarii, Ysidori, nec non et Boecii evidenter monstravimus deum hoc esse omnino quod in se habet, excepto quod pater habet filium nec est filius, et filius habet patrem nec est pater; et sic esse in natura tantum ut qui habet et hoc sit quod habet, et totum quod habet ibi est unum esse vel unam vitam esse. Quod modo non iteramus ne fastidium lectori ingeramus. Si igitur proprietates insunt, singula earum est id in quo est, et unum eademque una singule sunt. Fateamur ergo et proprietates esse in tribus personis et ipsas esse personas atque divinam essentiam. auctoritate astruit quod pro-

Quod enim proprietas prietas sit natura divina et natura divina sit, ostendit Hylarius dicens nativitatem filii esse naturam unam que in ypo-

stasi de trinitate: Ypostasis naturam non differt unius ypostasis sunt pater et filius. Habet ergo sacramentum nativitatis ut comprehendatur in se et ?, et naturam et potestatem, quia nativitas non potest esse ea natura unius nascatur filius. Idem in VII libro: Nativitatis proprietas est veritas. Idem in VII libro dicit quod nature nativitas sit intelligenda esse in natura dei. Super hoc dicitur quod proprium patris est quia semper pater est, et proprium filii quod semper filius, significans quod proprietas patris est pater et proprietas filii est filius. Huiusmodi aliisque pluribus auctoritatibus aperte significari videtur quod proprietas filii filius sit, sic et deus; hic et proprietas patris et proprietas spiritus sancti. Quidam negant

Hic autem aliqui secundum proprietates negant dicentes esse personas id est divinam essentiam. quidem proprietates in personis esse sed non esse personas ipsas, quia non dicuntur esse in personis vel in essentia divina ut non sint in eis tanquam accidens ut sunt ea que secundum substantiam de deo dicuntur, ut bonitas, iustitia, sed extrinsecus affixa sunt, atque id esse rationibus probare contendunt. Si enim, inquiunt, proprietates persone sunt, non eis persone determinantur. Quod quod dicimus quia et se ipsis persone differunt, sicut supra Ieronimus loquens de patre et filio et spiritu sancto, scilicet dixit: substantia unum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed item addunt: si proprietates ipse divina essentia sunt, cum essentia non differunt, vel persone nec proprietatibus differunt. Quomodo differt pater a filio eo quod divina essentia est, cum in essentia unum sint.

Responsio ad premissa

Ad hec dicimus: novis humanis commentis auctoritate inte- verbo Hylarii respondeo: In intelligentiam est quod exigitur et incomprehensibile est significantiam sermonis et sensus intentionem non enuntiatur, non attingitur, non tenetur. Sed vox significantiam rei ipsius natu-

I

consummet genius contemplationi imperspica
bile lumen obcecat intelligentie capacitatem
quod sine nullo continetur excedit. Quod ergo in sen
su labes est intelligentia semper est. In ser
mone vero non iam infirmitatem sed silentium
confitebor. Periculosum nimis est de rebus tantis
ac tam reconditis aliquid ultra prescriptum celeste
proferre. In ultra prefinitionem dei sermo de deo
sit. Forte fidei certa est. Non ergo aliquid addendo
est sed modus constituendus audacie. Quid
ultra queritur non intelligitur. Quomodo
Cum enim hereticorum improbitas improbi heretici
instinctu diabolice fraudis insistant alia ad
dilemmatem excitata nondum quiescat. dentes
sed inanem rerum questione addit. Si pater
nitas et filiatio in deo sunt in divina essentia
sunt. Eadem ergo res sunt pater est et filius. Nam in
quo paternitas est pater est et in quo filiatio est
filius est. Si ergo una eademque res habet in se pa
ternitatem et filiationem ipsa et generat et gene
ratur. Quod dicentes in sabellianam heresim pre
cipitantur extendentes patrem et filium cum
ipsum sibi filium ipsum proponant et patrem. Si
vero negaverint in una dei essentia paternitatem
esse et filiationem. Quid ergo dicunt esse deum. Huius
atque aliis argumentorum aculeis utuntur
in sue opinionis assertionem ut veritatis
fraudem dissererent. Responsio quod huic eorum opinionem
Horum audacie resistentes ubi traditur quod
atque ignorantie providentes proprietates non pre
audebimus aliquid super hoc loqui. proprietas in hic in dei
paternitas et filiatio non in esse omnino essentia nec ypostasis
dicimus in divina substantia sicut in libris dicit
ipsis ypostasibus in quibus in sunt quod eas
determinent. Ut ait Johannes damascenus. Ca
racteristica ydiomata sunt id est determinantia
ypostases ypostaseos et non nature. Ypostatica
sunt determinant et non naturam. Sed licet paterni
tas et filiatio sint in divina essentia cum eam
non determinent. Non ideo potest dici quod divina
essentia et generet et generetur. Ut quod eadem res sit et
pater et filius. Ita videlicet proprietas determinat personam
ut hac proprietate ypostasis sit generans et illa si
alia ypostasis sit generans et illa alia ypostasis
sit alia sit genita et non idem generat et ge
neratur sed alter alterum. Queritur quomodo pre
Set forte queres cum tales possint esse in
illis proprietates non possunt nature nec
se impersonis quin eas determinent. ea determinent
quomodo in essentia divina esse possunt. Ita ut
non eam determinent. Video et ut hic Hylario
Ego nescio. non requiro et consolabor me
tamen archangeli nesciunt. angeli non audierunt.
secula non tenent. propheta non sensit. apostolus non
interrogavit. filius ipse non edidit. Cesset ergo
dolorum querela. non putet homo sua intelli
gentia generationis sacramentum posse con
sequi. Absolute tamen intelligendum est patrem et
filium et spiritum sanctum stare in hiis sine intelligentia verborum.
Est filius a patre qui est ingenitus ab inge
nito. Progeniens a parente. vivus a vivo. Non nati
vitatis aliud talia quia ambo unum hoc credendo
incipe. percurre. persiste. Et si non me perventurum
sciam tamen gratulabor profecturum. Qui enim pie infi
nita prosequitur et si non contingat aliquando
tamen proficiet prodeundo. Sed ne te inferas in illud
secretum et archano inopinabilis nativitatis
ne te immergas summa intelligentie comprehende
re presumens. Sed intellige incomprehensibilia esse.
Huius aliusque multis evidenter ostendit nobis
nullatenus hanc maiestatem perscrutari
sub pone potestatis modum exercere infinito.

Verumtamen quibus auctoritatibus opinionem
non dum desistunt quam scilicet quod proprietates
in paciencem spiritu agitari. Sed opinionem patris
suam et sacris auctoritatibus et filii non est deus
munire conantur quibus muniunt
ostendere volunt proprietatem
qua pater est et proprietatem qua filius
est filius non esse deum. Ad hoc inducentes verba Augustini
super illum locum psalmi et non: In sua dicentis de
est quedam substantia unitas et in fide catholica. sic edi
ficamur ut dicamus patrem et filium et spiritum
sanctum unius esse substancie. Quid est unius substancie quicquid
est pater quod deus est. hoc est filius hoc est spiritus sanctus. cum autem
pater est non aliud est quod est pater. Pater non ad se set ad
filium dicitur ad se autem dicitur deus. Eo ergo quo
deus est substantia est. et quia eiusdem substancie est filius procul
dubio et filius est deus. At vero quia pater est non substancie est
sed refertur ad filium non sic dicamus filium
patrem esse sicut dicamus filium deum esse. Ex
his verbis significari dicunt quod proprietas patris vel proprietas
etas filii non sit deus vel essencia divina. Cum
pater dicat eo quod deus est substantia est. sed quod pater
est substancie non est. aperte insinuare ostenditur id esse
substantiam quo deus est. sed non quo pater est. hoc esse substantiam
Item cum ait pater non illud est quod est. ostendit
eum non esse patrem eo quod substantia est. Non pater
simpliciter dixerit pater non est illud quod est. Sed ait
cum patre non illud est quod est significans
quod pater est non esse illud quo est id est essenciam. Hii
li ita exponentes sua commenta simplicibus
et tenuis viam vobis faciunt. Nos autem aliter istam
telligenda fore dicimus. Dicens enim eo quod
deus et substantia est. sed quod pater est substancie non
est. hoc intelligi voluit quod essencia deus est et deita
te substantia est. Eo pater substantia est quo deus est et eo vo
catur vel est deitas que substantia et substantia que
deitas. Sed quod pater est non est substancie

id est non quo pater est eo substantia est quod proprietate
generacionis pater est qua substantia non est. Ipsam tamen
proprietatem substantiam esse non negavit. Et sic illud in
telligendum est quod ait. Cum pater est non illud est
quod est id est non illo pater est quo ut quo ipse est id est essen
cia sed nocione. Illis et verbis Augustini utuntur ut asse
rant illis verbis Augustini tamen quod dicit secundum
vehementer insistunt supra posita. Proprietates personarum
tas scilicet verbum secundum quod sapiencia non esse dixit eam
est et essencia. hoc est quod pater secundum quod
verbum non hoc est quod pater sed inquiunt per verbum
non est id quod pater secundum quod est verbum
id ergo quo verbum est non est illud quod pater est.
proprietas ergo qua verbum est non est id quod pater est. non
est ergo divina essencia. Ad quod dicimus quod licet ita
quod verbum non sit hoc quod pater est. Eadem tamen proprie
tas qua verbum est est id quod pater est id est divina es
sencia. Sed non est proprietas patris. Opinio quorundam

Preditatis est non idem esse personam et es

Pradicendum sentenciam et naturam dicentium et
quod quidam perversi sensu eandem essenciam in
tribus hominibus intantum presumunt esse patris
luxerunt in insaniam ut dicerent non et filii et spiritus sancti
idem esse naturam dei et personam sed proposuerunt
dicentes eandem essenciam esse non posse patrem
et filium sine personarum confusione sed inquiunt
ea essencia que pater est et filius est idem sibi pater
est et filius. Si hanc rem dicas esse patrem et aliam
aliam quam dicas esse filium si vero aliam non
quesieris sed eandem dixeris idem genuit et
genitus est. Propter hoc hii inter naturam et personam
dividunt ut non recipiant unam deitatis
naturam et simplicem esse vel personam. Ad quod
testimonio hylarii defendere nituntur qui in
VIII libro de trinitate querens utrum apostolus nominans spiritum
dei et spiritum Christi idem significaverit utroque ver
bo inquid. Gencium predicator volens nature

unitatem in patre et filio docere. Att. Spiritus dei in nobis est. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem spiritus eius qui suscitavit Christum etc. Spirituales omnes sumus, si in nobis est spiritus dei. Sed et hic spiritus dei est et spiritus Christi. Et cum Christi in nobis spiritus est, eius spiritus in nobis est qui suscitavit Christum, et cum eius qui suscitavit Christum in nobis est spiritus, et spiritus in nobis est Christi; nec tamen non dei est spiritus qui in nobis est. Discerne ergo o heretice spiritum Christi a spiritu dei, et excitati a mortuis excitantis spiritum, Christi a spiritu dei Christum a mortuis excitantis, cum qui habitat in nobis spiritus Christi spiritus dei sit, et spiritus Christi a mortuis excitati spiritus dei tamen sit Christum a mortuis excitantis. Et quero nunc in spiritu dei utrum naturam an rem nature significatam existimes. Non idem est natura quod res nature, sicut non idem est homo et quod hominis est, nec idem est ignis et quod ipsius ignis est; et secundum hoc non idem est deus et quod dei est. Hic dicunt occasione presentis heretici dogmatizantis non idem esse personam et naturam dei, asserentes naturam dei non esse tres personas, intelligentes in his premissis verbis Hylarium per rem nature personam et nomine nature divinam naturam. Et ideo dicunt Hylarium interrogasse hereticum utrum per spiritum dei putaret significatam esse naturam an rem nature, ut sic ostenderet distinguendum esse inter naturam et rem nature, id est personam. Hic docetur quomodo spiritus sanctus

Hoc quidam dicunt tante circumstantie et qualitatis non intelligentes premissa Hylarii intelligi pia diligentia scripture, et quod spiritus sanctus est res unius circumstantiam qua consistit nature patris et filii detracta ... quomodo premissa et non est ipsa dixit Hylarius. Subsequenter etiam in eadem natura ... ostendit in spiritu dei aliquando significari patrem, ut tamen dicitur: Spiritus domini super me; aliquando significari filium, ut cum dicitur: In spiritu dei eicio demonia, nature sue potestate se demones eicere demonstrans; aliquando spiritum sanctum, ut illud: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummasse cum apostoli misso spiritu omnibus linguis locuti sunt. Idem quoque hanc distinctionem fecerat, et quod in superioribus verbis apostoli idem spiritus significatus sit, et quod spiritus sit res unius nature patris et filii aperte ostendit in quibus ita ait: Ideo sic demonstrata ut quantumcumque heretica falsitas se contulisset finibus veritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Christus, quo habitante habitat deus. Et cum habitat in nobis spiritus Christi, non alius tamen habitat quam spiritus dei. Quod si per spiritum sanctum Christus in nobis intelligatur esse, hunc tamen spiritum dei ut spiritum Christi esse cognoscendum est. Et cum per naturam dei natura ipsa habitet in nobis, indifferens natura filii creditur esse in patre, cum spiritus sanctus qui est spiritus Christi et spiritus dei res nature demonstretur unius. Quero nunc ergo quomodo non ex natura unum sunt. A patre procedit spiritus veritatis, a filio mittitur et a filio accipit. Sed omnia que habet pater filii sunt, et ideo qui ab eo accipit dei spiritus est, et idem spiritus Christi est. Res nature filii est, sed eadem res et nature patris est, et dei excitantis Christum a mortuis spiritus est, et idem spiritus Christi est a mortuis excitati. In aliquo differt Christi et dei natura ne eadem sit, si presentari potest ut spiritus qui dei est non sit et Christi. Est ergo in nobis spiritus dei et est in nobis spiritus Christi, et cum spiritus Christi inest, inest spiritus dei. Ita cum quod dei est et Christi est, et quod Christi est et dei est, non potest quid aliud diversum Christus esse quam deus est. Deus ergo Christus est, unus cum deo spiritus, secundum illud: Ego et pater unum sumus. In quo vox veritatis unitatem esse nature, non solitudinem unionis. Ecce si hec verba diligenter attendas, invenies spiritum sanctum rem nature dici patris et filii, et eundem dici esse naturam dei, ubi dicitur: Per naturam dei natura ipsa habitat in nobis. Sive per spiritum, id est Christus, in nobis. Item

in creatura non ita distinguendum est. In creatura
tamen et rerum natiue sit in rebus creatis. Quia inter cre-
ator(em) (et) creaturam tanta distantia est, ut nulla sit, et si qua
comparacio inveniatur, exempla inducuntur a creaturis;
nemo ea existimet absolute in se rationis perfec-
cionem continere. Non enim humano sensu de deo
loquendum est. Quod per res creatas aliud dixit non

Ad naturam rerum creatarum. Id est natura re-
rum respiciens, in quibus non idem est natura
et natura rei, subiciens exempla de ipsis creaturis,
inde ostendens errorem esse sub mensura creatura-
rum creatorem metiri, et secundum hoc non
idem est deus et quod deus est. Ac si diceret: sicut in istis cre-
aturis, de creatore sentiens, cogeris fateri quod non
idem est deus et quod deus est, quod dicere impium est. Cum
spiritus deus sit et deus filius sit deus, non tamen secundum
corporales modos in eadem serie subdita
accipienda sunt hec que de deo dicuntur. Sed contra
auctores opinionem eorum qui putant aliud esse
deum et aliud quod deus est, aliud quod naturam dei esse, inde
natura ut est in creaturis aperte docet, aliud
esse deum et quod sua sunt in istis, sic dicens:
Homo autem ei aliquid quod est cum alicubi erit, alibi
non erit. Et id quod est illic continetur, non
habet in se foris id quod non est, sed quam inhesit ali-
cubi sit. Deus autem immense virtutis vi-
vens potestas que nusquam non adsit, nec desit
nusquam se omnem per sua edocet, et sua non
aliud quam se esse significat, ita ut ubi sua sint,
ipse esse in sua intelligatur. Non autem corporali
modo cum alicubi sit, non et ubique esse credatur, cum per
sua in omnibus esse non desinat. Non aliud autem sint
quam quod ipse, que sua sunt. Et hec quidem ad nature intelli-
gentiam dicta sunt, hiis verbis aperte significat
sicut intelligi dedit quod divina natura non
aliud est ab hiis que sua sunt, id est in est, et per
illa in omnibus est. Sicut que sunt in est sua sunt,
sunt et que non insunt, id est omnes creature et sua
sunt que in sunt, id est tres persone, que sunt
eiusdem nature. Et eadem natura sic superius

Augustini testimonio firmavimus dicentis
tres personas esse eiusdem essencie vel eandem
essenciam, sed non ex eadem essencia, ne aliud
intelligatur essencia, aliud persona. Nec tamen diffitemur
distinctionem aliquam habendam fore ser-
monis intelligencie, cum dicitur tres persone cum
dicitur essencia, quia significatur quod esse
commune tribus, hoc vero non, cum persone sunt singula.
Essencia et eorum fateamur quo unum atque idem
esse tres personas secundum essenciam differen-
tes autem proprietatibus. Unde Augustinus super locum plurimarum prima
iam ait: Queris quid sit pater? Respondetur
deus. Queris quid sit filius? Respondetur deus. Queris
quid sit pater et filius? Respondetur deus. De singu-
lis interrogatus, deum responde. De utroque interrogatus,
non deos, sed deum responde. Non sit in hominibus
tanta, id est ibi est unitas ut equivocationem admit-
tat; pluralitatem non admittat. Augustinus ibi
dictum fuit cum dicis filium esse quod pater
est, profecto filius patris est. Unde secundum substanciam
est dixi hoc esse filium quod pater est, non secundum
id quod ad aliud dicitur; ad se enim dicitur deus,
ad patrem filius dicitur. Rursum quod pater
ad se dicitur deus, ad filium dicitur pater; quod pater
ad filium dicitur, non est filius; quod dicitur filius
ad patrem non est pater; quod dicitur pater
ad se et filius ad se, hoc est pater et filius, id est deus.

Hic considerandum est, cum deus sit divina (utrum ita possit dici unus deus trium personarum vel tres persone unius dei, ut dicitur una essencia trium personarum et tres persone unius essencie)
essencia, et ita dicatur unus deus esse tres personas,
utrum invaleat sane dici unus deus trium
personarum vel tres persone unius dei, sicut dicitur
una essencia trium personarum et tres persone
unius essencie. In hiis locutionibus scripturarum
usus nobis emulandus videtur, ubi frequenter
reperitur ita dictum: una est essencia trium et
tres sunt persone unius essencie. Nusquam autem occurrit
legisse unum deum trium personarum vel tres

personas unius dei. quod ideo sancti doctores vitasse, ne recta forte acciperetur in diversis personis ut accipitur cum de creaturis simile quid dicitur. ut deus abraham, ysaac et iacob, et deus omnis creature. quod utique dicitur secundum principium creationis et gratie privilegium et creature subiectionis servitutem. Cum igitur in trinitate non sit creatum vel serviens vel subiectum, non admittit fidei integritas talem locutionis modum. Ita enim equivoce non dicitur de dei essentia quod ipsa sit essentia abraham, ysaac et iacob vel alicuius creature, ne creationis et creature naturam confundere videamur.

Quod hec potencia sapiencia bonitas de deo secundum substantiam dicuntur. In scriptura tamen solent hec nomina distincte ad personas interdum referri.

Est preterea considerandum quod sicut essentia, ita potencia, sapiencia, bonitas de deo dicuntur secundum substanciam. Que autem secundum substantiam de deo dicuntur, tribus personis pariter conveniunt. Una ergo potencia, sapiencia, bonitas patris et filii et spiritus sancti, et hi tres eadem potencia, eadem sapiencia, eadem bonitas. Unde accipitur in trinitate summa esse perfectio. Si qua enim deessent, potencia vel sapiencia vel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia in eo est perfecta potencia, infinita sapiencia, incomprehensibilis bonitas, recte dicitur et creditur summum bonum. Cumque unum et idem penitus sit in deo potencia, sapiencia, bonitas, in sacra tamen scriptura frequenter solent hec nomina distincte ad personas referri, ut patri potencia, filio sapiencia, spiritui sancto bonitas tribuatur.

Quare in scriptura patri potencia, filio sapiencia, spiritui sancto bonitas tribuatur.

Quare hoc fiat non ociosum est inquirere. Quod divini eloquii prudentia cautela facere curavit, ne dei immensitatem ex similitudine creature metiremur. Audiens enim scriptura sancta quia deus pater est, et quod deus filius est, et audiunt hec homo qui hominem patrem videt et cogitate capit ita esse in creatore ut videat in creaturis a quibus hec nomina translata sunt ad creatorem, in quibus pater prior est filio, filius est posterior patre. Et ex antiquitate in patre defectus et posteritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit scriptura dicens patrem potentem, ne videatur prior filio et ideo minus potens; et filium sapientem, ne videatur posterior patre et ideo minus sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas tribuatur.

Spiritus quoque dei dictus est, et dictus est habere spiritum deus, et videbatur hoc quasi inflationis et tumoris. Unde humana conscientia ad deum pro rigore et crudelitate accedere metuit. Ideo scriptura temperavit sermonem suum spiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur qui miserat. Non quod pater solus sit potens vel magis potens, et filius solus sapiens vel magis sapiens, et spiritus sanctus solus bonus et magis bonus. Una est ergo potencia, sapiencia, benignitas trium, sicut una essentia. Unde sic dicitur filius homousyos, id est consubstantialis patri, id est deo omnipotenti.

De hoc nomine usyon, ubi auctoritate confirmatum est et quid significet.

Hic non est pretermittendum quod augustinus in libro ii contra maximinum dicit de hoc nomine homousyon, quo latini tractatores frequenter utuntur: pater inquid et filius unius sunt eiusdemque substantie. Hoc est illud homousyon quod in concilio niceno adversus arrianos hereticos a catholicis patribus veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in concilio ariminensi propter novitatem verbi minus quam oportuit intellectum, quod tamen fides antiqua pepererat, multis paucorum fraude deceptis heretica impietas sub heretico imperatore constancio labefactare temptavit. Sed post non longum tempus libertate fidei catholice prevalente, postquam vis verbi sicut debuit intellecta est, homousyon illud catholice fidei sanitate longe lateque defensum est et diffusum. Quid enim est homousyon nisi unius eiusdemque substantie? Quid est inquam homousyon nisi

ego et pater unum sumus. homo quoque in epiphaniis vocum novitates hoc invenimus est. De nominibus que transsumptive et per similitudinem de deo dicuntur.

Praeterea sciendum est quod in assignatione distinctionis personarum nomina illa que supra diligenter executi sumus quedam diximus translative ac per similitudinem de deo dici ut speculum, splendor, character, figura et huiusmodi, de quibus pro lectoris brevitate tacendo quod sentio, ut scilicet ratione similitudinis considerata ex causis dicendi dictorum intelligentiam assumat secundum catholicam de sacramento unitatis atque trinitatis summe et ineffabilis intelligentiam. Diximus inchoatam enim ineffabilitati dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis ratificatam nos ad illam.

Di. xxxv. De quibusdam que secundum substantiam de deo dicuntur que specialem efflagitant tractatum, scilicet de sciencia et prescientia et providencia et dispositione, predestinatione, voluntate et potentia.

D XXXV

Cumque supra disseruimus ac plura diximus de his que communiter que secundum substantiam de deo dicuntur, eorum tamen quedam specialem efflagitant tractatum, de quibus amodo tractandum est, scilicet de scientia, prescientia, providentia, dispositione, predestinatione, voluntate et potentia. Sciendum est ergo quod sapientia vel scientia dei cum sit una et simplex, tamen propter varios status rerum et diversos effectus plura ac diversa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam prescientia vel providentia, dispositio, predestinatio et providentia. Est prescientia sive providentia de futuris tantum, sed de omnibus bonis scilicet et malis. Dispositio vero de faciendis. Predestinatio de hominibus salvandis et de bonis quibus et hic liberantur et in futuro coronabuntur. Predestinavit enim deus ab eterno homines ad bona eligendo et predestinavit eis bona preparando. Quod homines predestinavit apostolus ostendit dicens: predestinavit quos prescivit fieri conformes imaginis filii sui. Et alibi: elegit nos ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati. Quod autem eis bona preparavit propheta presagus ostendit dicens: oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te vel expectantibus te. Quod ab eterno predestinavit quosdam futuros bonos et beatos, id est elegit ut essent beati et boni, et bona eis predestinavit, id est preparavit. Providentia autem est gubernandorum, que utique eodem modo videtur accipi quo dispositio. Secundum tamen providentia accipitur pro prescientia. Sapientia vero vel scientia que de hominibus est, scilicet bonis et malis et de presentibus, preteritis et futuris, et non tantum de temporalibus sed etiam de eternis. Non enim ita scit deus ista temporalia ut se ipsum nesciat, sed ipse solus se ipsum perfecte novit, cuius scire comparatione omnis creature scientia imperfecta est. Rationem ponit qua videtur posse probari non esse prescientiam vel dispositionem predestinationem si nulla essent futura.

Hic considerari oportet utrum scientia vel prescientia vel dispositio vel predestinatio potuerit esse in deo si nulla fuissent futura. Cum enim prescientia sit futurorum et dispositio faciendorum et predestinatio salvandorum, si nulla essent futura, si nihil esset facturus deus vel aliquos salvaturus, non videtur potuisse in deo esse prescientia vel dispositio vel predestinatio. Potuit autem deus nulla prescire futura, potuit non creare aliquid vel non salvare aliquos. Potuit ergo non esse in deo prescientia vel dispositio vel predestinatio. Ad hoc autem illud aliquid opponitur, sed inquiunt: potuit prescientia dei non esse in deo ab eterno et potuit non esse, sive non potuit cum prescientia dei sit eius scientia et scientia sit eius essentia; potuit ergo non esse ab eterno id quod est divina essentia. Ita et de dispositione et de predestinatione que est divina essentia obiciunt. Addunt quoque talia dicentes: si potuit deus non prescire aliqua, cum idem sit deo prescire quod scire et scire quod esse, potuit ergo non esse. Item cum idem sit deo prescium esse et deum esse, si potuit ipso modo esse prescius et potuit non esse deus. Potuit autem non esse prescius si potuit

nulla prescire ac potuit nulla prescire quia potuit nulla facere.

Ratio quare prescientia et dispositio et predestinatio sic relative dicitur ad futuras res vel faciendas.

Ad hoc igitur modulum nostre intelligentie ita dicimus prescientia et dispositio vel predestinatio ad aliquid dici videntur, sicut et creator ad creaturam relative dicitur: quia prescientia ut prescius ad futura referri videntur, et dispositio ad facienda, ac predestinatio ad salvanda. Verumtamen creator relative dicitur ut essentiam non significet; prescientia vero ut prescientia et in respectu futurorum dicitur et essentiam designat; item et dispositio et predestinatio. Ideo cum dicitur: Si nulla essent futura non esset in Deo prescientia vel non esset Deus prescius, quia varia est causa dicendi, distinguenda est ratio dicti. Cum enim dicis: Si nulla essent futura non esset in Deo prescientia vel non esset prescius, si intuendo habentem causam attendis, scilicet quia nulla esset subiecta eius prescientie unde ipsa posset dici prescientia vel ipse prescius, quia utrumque propter futura, verus est intellectus. Si autem ex ea ratione id dicis quod non sit in eo scientia qua presciat futura vel quod ipse non sit Deus qui est futurorum prescius, falsa est intelligentia. Similiter et ille locutiones determinande sunt: potuit non esse prescientia Dei vel potuit non esse prescius Dei et potuit Deus non prescire aliquid, id est potuit esse quod nulla futura subiecta essent eius scientie et ita non posset dici prescius vel prescire vel eius scientia prescientia; non eo tamen ipse minus esset vel eius scientia, sed non posset dici prescius vel presciens vel prescientia si eius scientie futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione et predestinatione vel providentia. Hec enim ut dictum est ad temporalia referuntur et de temporibus tantum sunt.

Quod scientia Dei non tantum est de temporalibus sed et de eternis.

Scientia vero vel sapientia non tantum de temporalibus sed et de eternis est. Ideoque et si nulla fuissent futura esset tamen in Deo scientia eadem que modo est, nec minor esset quam modo nec maior esset quam modo. Scivit ergo Deus ab eterno eternum et omne quod futurum erat et scivit immutabiliter, scitque non minus preterita et futura quam presentia, et sua eterna sapientia et immutabili scit ipse omnia que sciuntur. Omnis enim ratio superne et eterne sapientie ut ait Ambrosius in eo est, qui omnem sapientiam et scientiam capit sua immensa scientia.

Quare omnia dicuntur esse in Deo et quod factum est vita est in eo.

Propterea omnia dicuntur esse in Deo et fuisse ab eterno. Unde Augustinus super Genesim: Hec visibilia antequam fierent non erant. Quomodo ergo Deo nota erant que non erant? Et rursum quomodo ea faceret que sibi nota non erant? Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognovit. Proinde antequam fierent et erant et non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset quam illo quo ea noverat ut faceret, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes quod hec visibilia antequam fierent in Dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo et omne quod factum est dicitur esse vita in ipso, non ideo quod creatura sit creator vel quod ista temporalia essentialiter sint in Deo, sed quia in eius scientia semper sunt que vita est. Ideo etiam et omnia dicuntur ei presentia esse,

Et eadem ratione dicuntur omnia ei presentia.

non solum ea que sunt, sed et que preterierunt et ea que futura sunt, secundum illud: Qui vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. Quia ut ait Ambrosius in libro de bono mortis: Ita cognoscit ea que non sunt ut ea que sunt. Et hac ratione omnia dicuntur esse in eo vel apud eum sive ei presentia. Unde Augustinus super illum locum Psalmi: Et pulchritudo agri mecum est: Ideo inquid mecum est quia apud Deum nihil preteritum, nihil futurum est; cum illo sunt omnia futura.

et ei non detrahuntur iam preterita. Cum illo
sunt omnia cognitione quadam ineffabili
sapientie dei. Ecce hic aperte Augustinus. Ex qua intelli-
gentia accipienda sunt hec verba: omnia sunt
in deo presentia, in deo sunt omnia, vel cum deo
vel apud deum vel in eo vita, quia ineffabilis
omnium cognitio in eo est. Utrum concedendum

D XXXVI

Solet hic queri. Dicta sunt omnia esse in dei essentia
secundum omnia, vel in deo per essentiam, ut omnia
dicuntur esse in dei. Dicitur esse in cognitione dei vel presentia
cognitione seu presentia vel in deo per cognitionem
et eius cognitio vel presentia sit divina essentia.
Utrum concedendum sit omnia esse in divi-
na essentia vel in deo per essentiam. Ad quod dicimus
quod dei cognitio eius itemque essentia est et eius pre-
sentia in qua sunt omnia. Ipsius cognitio est,
nec tamen omnia que sunt in eius presentia vel
cognitione in eius essentia esse dici debent. Si
enim hoc diceretur, intelligeretur esse eiusdem cum eo
essentie. In deo enim dicitur esse per essentiam quod
est divina essentia, quod est deus. Habet ergo deus
apud se in presentia sua que nondum habet in natura.
Unde Augustinus de verbis apostoli: Ait: Elegit nos ante
mundi constitutionem. Quis sufficit hoc
explanare? Eliguntur qui non sunt, nec
errat qui elegit, nec inane elegit. Elegit tamen
et habet electos quos creaturus est eligendos. Quos
habet apud semet ipsum, non in natura sua, sed
in presentia sua. Nondum erant quibus promit-
tebatur regnum, sed et ipsi promissi sunt quibus
promittebatur. Ecce hic aperte dicit deum apud semet
ipsum habere electos ante mundum, non in natura sua,
sed in presentia. Cum tamen eius presentia non sit
aliud quam natura, quia ipsi presentia est eius notitia,
potest tamen ideo electos teneri cum ait in natura
sua, id est illorum. Illos quippe habuit ab eterno apud se in
natura sui, id est illorum, qui nondum erant, sed in sua
presentia quia eos iam novit ac si essent. Utrum ma-
la debeant dici esse in deo sicut omnia bona, cum utraque
sint in eius cognitione et presentia. Omnia enim cognoscit.

Post predicta queritur, cum omnia dicantur
esse in deo non per essentiam nature sed per
cognitionem scientie, et deus sciat et bona et mala,
utrum concedendum sit simpliciter mala
esse in deo sicut esse in deo per cognitionem. Scit enim
deus et scivit semper omnia tam bona quam mala,
et antequam fierent et prescivit ab eterno ea futura.
Sed cum omnia bona dixerimus esse in deo
per presentiam cognitionis, eadem ratione vi-
detur dicendum omnia mala esse in eo, cum
ea semper noverit et per cognitionem ei presentia
fuerint. Precognovit enim deus ab eterno quosdam
futuros malos et eorum malitiam, ut ait Augustinus,
prescivit sed non preparavit. Cum ergo peccata om-
nium sciat, nisi quid intelligendum est, eam in-
cludi in illa generalitate locutionis qua dicit
apostolus omnia esse in deo: Ex ipso inquit et per ipsum
et in ipso sunt omnia. Sed quis non insanus dixerit
mala esse in deo? Illa enim esse in deo intelligun-
tur que ex ipso et per ipsum sunt. Ea vero per ipsum sunt
et ex ipso quorum auctor est. Sed non est auctor nisi
bonorum. Non ergo ex ipso vel per ipsum sunt nisi bona.
Itaque ergo nec in ipso sunt nisi bona. Non ergo mala in
deo sunt, quia licet ea noscat, non tamen sic omni-
no noscit ut bona. Mala quidem de longe cognos-
cit, ut ait propheta: Et alta de longe cognoscit, id est
superbiam. Et alibi ad deum loquens de malis ait:
De absconditis tuis adimpletus est venter eorum,
quod exponens Augustinus: Abscondita inquit per-
cata sunt, que a lumine tue veritatis ab-
sconduntur. Sed quomodo peccata a lumine ve-
ritatis divine absconduntur, cum a deo sciantur?
Si enim non sciret, quomodo de illis iudicaret
et pro illis malos damnaret? Alibi propheta dicit:
Quia neque ab oriente neque ab occidente
deest. Quod exponens Cassiodorus inquit:
Neque a bonis neque a malis deest deus, sed
omnibus presens et cognitor est. Cognoscit ergo
deus et bona et mala per scientiam, sed bona cog-
noscit et per approbationem et beneplacitum.

mala vero non. Unde Cassiodorus super psalmum dicit: Peccata abscondita deo sunt, quia non novit, id est non approbat. Et ex eo sensu Augustinus dixit ea abscondi a lumine dei. Item Hieronymus ad Helvidium insinuat cognitionem dei variis modis accipiendam inquiens: Si ad scientiam referas, non ignorat deus aliquos, ut aliqua quae ... Ambrosium dicit: Non novi vos, sed ... in placito verbo insinuatur. Ecce hic cognoscere dicitur deus quae non approbat, quae ei non placent. Apparet itaque verum esse quod diximus, scilicet quod quodammodo cognoscit deus bona, quo non cognoscit mala. Utraque quidem novit eodemque modo noscit quantum ad notitiam, sed bona et approbatione et beneplacito cognoscit. Hic aperit quare bona tantum dicuntur esse in deo non mala.

Et inde est quod bona tantum dicuntur esse in deo non mala, et illa prorsus longe. Quia licet in deo aliqua dicantur esse per cognitionis praesentiam, et deus bona et mala cognoscat, mala tamen non agnoscit nisi per notitiam, bona vero non solum per scientiam sed et per approbationem et beneplacitum. Et per talem cognitionem approbet aliqua dicuntur esse in deo, scilicet quae ita scit ut et approbet et placeant, id est quae scit ut eorum sit auctor. Quod idem est omnia esse ex deo et per ipsum et in ipso.

Ponderanda si diligenter inspiciamus, idem videtur esse omnia esse ex deo et per ipsum et in ipso. Unde Ambrosius in ii libro de spiritu sancto: Haec tamen ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Unde et supra diximus: Cum dicitur per ipsum esse omnia, negatur in ipso esse omnia? Eandem enim unitatem habent omnia, scilicet in ipso et cum ipso et per ipsum, et unum in his atque consimilibus non contrarium intelligitur. Ecce hic ostendit quod eadem intelligentia scriptura dicit omnia esse in ipso et per ipsum et ex ipso vel cum ipso. Cum ergo ex eadem ratione omnia dicantur esse vel per ipsum, non solum quia scit sed et quia auctor est eorum, consequitur ut eadem ratione ea esse in deo dicantur, scilicet quia scit et eorum auctor est deus, quia in illo vivimus et movemur et simul, quo eo auctore sumus et movemur et vivimus. Cum ergo non sit auctor nisi bonorum, tantum sola bona in eo esse dicuntur sicut ex ipso vel per ipsum. Cum ergo in eius cognitione vel praesentia sint omnia, scilicet bona et mala, in eo tamen non dicuntur esse nisi bona, quorum auctor est. Unde Augustinus in libro de natura boni: Cum audimus in quo ex deo et per ipsum et in ipso sunt omnia, omnes utique naturas intelligere debemus et omnia quae naturaliter sunt. Nec enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non servant sed vitiant; quae ex voluntate peccantium nascuntur multa. Hic aperte dicitur quod in illa generalitate locutionis bona tantum continentur. Quod omnia ex patre et per patrem sunt et in patre, et sic de filio et spiritu sancto est dicendum, licet propter personalis fiat distinctio.

Praeterea sciendum est quod licet ibi indicetur distinctio personarum cum dicitur ex ipso, per ipsum, in ipso, omnia tamen ex patre et per patrem et in patre sunt. Similiter de filio et spiritu sancto accipiendum est. Unde Augustinus in libro de trinitate: Non confuse inquit accipiendum quod ait apostolus: Ex ipso et per ipsum et in ipso; ex ipso propter patrem, per ipsum propter filium, in ipso propter spiritum sanctum. Vigilanter autem attendendum est: patrem volens intelligi dixit ex ipso, sic intelligas omnia esse ex patre ut neges omnia esse ex filio vel ex spiritu sancto, cum ex patre et per patrem et in patre omnia esse sane dicatur posse; similiter et de filio et de spiritu sancto sentiendum est. Quod non omnia quae ex deo sunt de ipso sunt, et e converso.

Illud etiam hic attendendum est quod non omnia quae dicuntur ex deo et de ipso esse dici debent, quod ut ait Augustinus in libro de natura boni: Non hoc significat penitus ex ipso quod de ipso. Quod enim de ipso est potest dici ex ipso, sed non omne quod ex ipso est potest dici esse de ipso, quia non est de sua substantia. Ex ipso enim sunt caelum et terra, quia ipse fecit ea, non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium et facit domum: ex ipso est filius, ex ipso est et domus, sed filius de ipso, domus vero de terra et ligno, non de se ipso.

Ex premissis **Que dicta sunt summatim colligit.**
apertum est quod in dei cognitione sive prescien-
tia sunt omnia, scilicet bona et mala. Sed non omni-
no sunt ibi mala quo bona. Et quod in deo bona
tantum sunt sic ex ipso et per ipsum, non mala. Et ex
quo sensu hec accipienda sunt assignatum est, et
quod de ipso non dicitur esse proprie quod aliunde est ab
ipso. Ex ipso autem dicuntur esse omnia que eo
auctore sunt. **Quibus modis dicatur deus esse in rebus.**

XXXVII

Et quia demonstratum est ex parte
in quo omnia dicantur esse in deo, addendum
hic videtur quibus modis deus dicatur esse
in rebus. Si tamen humana mens vel ex parte dig-
ne valeat cogitare vel lingua sufficiat eloqui.
Sciendum est igitur quod deus incommutabiliter semper
in se existens presencialiter, potencialiter,
essencialiter est in omni natura sine essentia
sui diffinitione et in omni loco sine circumscrip-
tione et in omni tempore sine mutabilitate.
Et preterea in sanctis est spiritibus et animabus
est excellencius, scilicet per gratiam inhabitans, et in
homine Christo excellentissime in quo plenitudo
divinitatis corporaliter habitat, ut ait apostolus. In
eo nempe deus habitavit non per gratiam adoptionis
sed per gratiam unionis. Hec autem ista que capaci-
tatem humane intelligentie excedunt fal-
sitatis arguere aliquem presumant, sed que auctori-
tatibus muniende michi videntur. Beatus
Gregorius super cantica canticorum inquid: Licet deus com-
muniter omnibus rebus insit presencia, potencia,
substantia, tamen familiariori modo dicitur inesse per gratiam
illis qui magnificenciam operum dei attencius et
fidelius considerant. Hoc idem Augustinus ad Darda-
num in libro de presencia dei ait: Cum deus
sit natura incorporea et incommutabiliter
viva, eterna stabilitate in se ipso manens, totus
adest rebus omnibus et singulis totus. Sed in quibus
habitat habent eum pro sue capacitatis diversitate
alii amplius, alii minus, quos ipse sibi dilec-
tissimum templum gratia sue bonitatis edifi-
cat. Hylarius quoque in libro VIII de trinitate apertissime
docet deum esse ubique: Deus, inquid, immense
virtutis, vivens potestas que nusquam non ad-
sit nec desit usquam, se omnem per sua edocet, ut ubi
sua sunt ipse esse intelligatur. Non autem corpora-
li modo cum alicubi sit, et ubique esse credatur
cum et in omnibus esse non desinat. Ambrosius etiam in
libro primo de spiritu sancto spiritum sanctum probat non esse creaturam
quia ubique est, quod est proprium divinitatis, ita dicens: Cum
omnis creatura certis nature sue sit circumscripta li-
mitibus, quomodo quis audeat creaturam appel-
lare spiritum sanctum, qui non habet circumscriptam deter-
minatamque virtutem, qui et in omnibus et ubique
semper est? Quod utique divinitatis et dominationis
est proprium. Sicut et ipsum eodem domini est omnia com-
plere qui dicit: Ego celum et terram compleo
dicit dominus. Qui celum complet et terram,
quis igitur potest spiritum sanctum iudicare dominationis
et divine potestatis exsortem, qui replevit
orbem, et quod plus est replevit Ihesum mundi
totius redemptorem. Ex his aliisque pluri-
bus auctoritatibus aperte monstratur quod deus ubique et in
omni creatura essencialiter, presencialiter,
potencialiter est. **Quod in sanctis non modo est, sed**
In sanctis vero et habi- **et habitat, qui non ubique est.**
tat in quibus est per gratiam. Non autem ubicumque **habitat**
est inhabitat; sed ubi habitat, ibi est. In solis bo-
nis habitat qui sunt templum eius et sedes
eius. Unde per prophetam dominus ait: Celum michi sedes
est, terra autem scabellum pedum meorum, quia in elec-
tis qui sunt celum habitat deus et regnat,
qui eius voluntati devoti obtemperant. Reprobos
vero qui sunt terra iudicii districtione cal-
cat. Unde et in libro sapientie dicitur: Thronus sapiencie
anima iusti, quia in iustis specialius quam in
aliis rebus, in quibus tamen omnibus totus est. Quem-
admodum vero anima, ut ait Augustinus in epistola ad
Iheronimum de origine anime, per omnes particulas corporis.

tota adest simul, nec minor in minoribus, nec in maioribus maior. Sed tamen aliis intensius, aliis remissius operatur. Cum in singulis particulis corporis essentialiter sit, ita et Deus cum sit in omnibus essentialiter, ac totus in illis, cum plenius esse dicitur quos inhabitat, id est in quibus ita est ut faciat eos templum suum, et hi tales cum eo sunt. Quales vero etsi ubi sit ipse est, qui nusquam deest, non tamen cum eo sunt. Unde Augustinus super Iohannem: Non satis fuit dicere ubi ego sum et illi sint, sed addidit mecum. Quia et miseri possunt esse ubi et ille est, qui nusquam est; sed beati cum illo quia non sunt beati nisi ex eo. Cum illo sunt qui fruuntur eo, ut videant illum sicut est. Caeci vero cum illo ut in luce non sunt, et luce nec boni in non sunt cum eo ut videantur per speciem, et si aliqui in cum eo per fidem. Quomodo autem Deus habitet in bonis, tu ex illis aliquatenus intelligere valebis quae supradicta sunt, cum de Spiritus sancti processione temporali ageretur, ubi luce experte exponitur. Experte enim cognoscimus et experte prophetamus quomodo Spiritus habitet in nobis, qui non sine patre et filio inhabitat. *Ubi erat vel habitabat Deus antequam sancti essent.*

Si autem quaeris ubi habitabat Deus antequam sancti essent, dicimus quia in se habitabat. Unde Augustinus quaestio maxima: Sed in templo in quo suo habitat Deus, scilicet in sanctis qui sunt templum Dei modo secundum fidem ambulantes. Et templum Dei erant angeli et secundum speciem, quales et nunc templum Dei sunt angeli. Sed dicit aliquis: antequam faceret Deus caelum et terram, antequam faceret sanctos, ubi habitabat? In se habitabat Deus, apud se habitabat, et apud se est. Non ergo sic sunt sancti domus Dei ut ipsis subtractis cadat Deus, immo ac habitat Deus in sanctis ut si ipse discesserit cadant. Sciendum est quod, ut ait Augustinus in libro ad Dardanum: Dicimus subtilissime nequaquam Spiritum sanctum non habere locum in nostro corpore quod totam animam nostram implevit. Subtilius et verius Augustinus alicui impendi unitatem ut pater et filius et Spiritus sanctus aliquem simul esse

non possumus. Verum illud est multum mirabilius, quod cum Deus ubique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porro audeat opinari, nisi inseparabilitatem trinitatis penitus ignoret, quod in aliquo possit habitare pater aut filius in quo non habitat Spiritus sanctus, aut in aliquo Spiritus sanctus in quo non habitet pater et filius? Fatendum est ergo ubique esse Deum per divinitatis praesentiam, sed non ubique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim gratiae habitationem non dicimus: Pater noster qui es ubique, cum et hoc verum sit, sed qui es in caelis, id est in sanctis in quibus est quodam excellentiori modo. *Quod Deus est habitator quorundam non dum cognoscentium Deum, et non est habitator quorundam cognoscentium.*

Illud quoque mirabile est quod, ut ait Augustinus in eadem: Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscentium Deum, et non est quorundam cognoscentium Deum. Illi namque ad templum Dei non pertinent qui cognoscentes Deum non sicut Deum glorificaverunt; ad templum Dei pertinent parvuli sanctificati sacramento Christi, regenerati Spiritu sancto, qui nondum valent cognoscere Deum. Ergo quem non potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt illi quibus hoc est Deum habere quod nosse. Hic aliquatenus aperit Augustinus quomodo habitet Deus in aliquo, id est habeatur, cum in eo sit ita ut in aliquo ut ab eo cognoscatur et diligatur. *Quomodo Deus totus sit ubique per essentiam non potest intelligi ab humano sensu.*

Ex praedictis etiam patet quod Deus ubique totus est per essentiam, et in sanctis habitat per gratiam. Cumque supra licet tenuiter ostensum sit qua ratione dicatur habitare in quibusdam, etsi flagitaret ordinis ratio ut et assignaretur quomodo ubique per essentiam et totus sit, non hoc considerationis sublimitas et immensitas humanae mentis sensum omnino excedit. Ut enim ait Chrysostomus super epistolam ad Hebraeos: Sicut mirati de Deo intelligimus, quod loqui penitus non valemus.

Ita multi loquuntur quod intelligere non sumus
idonei. Ieronimus in glosa. Quia deus est scimus et dicimus.
Quomodo autem ubique sit intellectum non capimus. (ad plenum)
Scimus quod est incorporea quedam virtus que
omnium est causa bonorum scimus. Quomodo au-
tem ubique ista sit penitus ignoramus. (i. non plene scimus) Quorundam

opinio que presumunt ostendere quomodo deus ubique sit per essentiam presentiam potentiam.

Quidam tamen immensitatem suo metiri presumentes hec ita fore intelligenda tradiderunt quod ubique deus esse per potentiam dicitur, non quod divina essentia proprie in omni loco sit et in omni creatura, sed quia omnis natura atque omne quod naturaliter est in quocumque loco sit per eum habet esse et omnis locus in quo illud est. Ipsi vero dicunt deum non dumtaxat ubique dici esse per presentiam vel per potentiam quia cuncta loca sunt ei presentia et que in eis sunt (i. esse gubernationis. ipsis et omnes in eis operanda) nec in eis aliquid operari cessat. Etiam ipsa loca in quibus in eis est nisi ipse conservet manere non possunt. In eis quoque per essentiam deus esse dicitur ut aiunt quia per virtutem proprie substantie sue facit ut et loca sint et omnia que in eis sunt. Sed licet hec vera sint que asserunt in explanandis intelligentiis predictorum in illis tamen verbis quibus dicitur deus ubique esse per essentiam plus contineri credendum est quod homo vivens capere non valet.

Quod deus cum sit in omnibus rebus non tamen sordibus inquinatur rerum.

Solet etiam ab eisdem queri quomodo deus substantialiter insit omnibus rebus et corporalium sordium inquinationibus non contingatur. Quod tam frivolum est ut nec responsione sit dignum. Cum et ipsa creatura sordibus corporum vel leprosi vel quorumcumque pollui inquinarique non possit. Sol quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca et corpora non solum munda sed etiam immunda ac sordibus fetentia, quorum contactu homines ac quedam alie res inficiuntur. Solis vero radii impolluti et incontaminati ea contingentes existunt. Non est ergo mirandum si essentia divina omnino simplex et incommutabilis omnia replet loca et omnibus creaturis essentialiter inest nec tamen alicuiusquam rei sordibus contaminetur ut contingatur. Unde Augustinus in libro (c. xx.) de natura boni (c. xix.): Cum in deo manendo sunt omnia que condidit, non tamen inquinant eum qui peccant. De cuius etiam sapientia (Sap. 8.) que attingit a fine usque ad finem fortiter dicitur: Attingit omnia propter suam (Sap. 7.) munditiam et nichil inquinatum in eam incurrit. Ne humana carne veritas verbi inquinetur, et tamen predicant istum visibilem solem radios suos super omnes feces et sordes spargere et eos mundos et sinceros servare. Si ergo visibilia munda a visibilibus immundis contingi possunt et non inquinari, quanto magis invisibilis et incommutabilis veritas. Per inconvenientes

(Hugo ubi supra)

Postremo respondeant quid ostendit deum ubique esse potius de deo respondendum estiment vel quod ubique per essentiam sit vel quod ubique vel alicubi ita quod non ubique. Si quis audeat dicere quod alicubi divina essentia sit vel quod alicubi et non ubique. Si vero ita est aliter quod si ubique est localis est (i. i. c. 3. separentialis), si ubique tota que continet totum et penetrat totum, que nec per sui simplicitatem dividi, nec per sui puritatem maculari, nec per sui immensitatem ullo modo comprehendi potest. Unde Augustinus: Deus ubique est et non locis sed actionibus propinquamus.

Quod deus cum sit ubique et in omni tempore nec tamen localis est nec circumscriptibilis nec loco nec tempore movetur.

Cumque divina natura veraciter et essentia sit in omni loco et in omni tempore, non tamen movetur per loca et tempora, nec localis est nec temporalis. Localis non est quia nec circumscribitur loco quia nec est (differentie sive spatio carens) in minori loco quod non sit in maiori, neque (circumscriptive sive corpus sine dimensionabile quod dicitur) dimensionem habet sicut corpus cuius secundum locum (describile) assignatur principium medium et finis (ad differentiam ordinis et ante) et ante (ad differentiam positionis loci) et retro, dextra et sinistra, sursum et deorsum.

Hugo super ... R. de sac. ... i. p. 3. c. 16 et 18. usque ibi immensitate.

[illegible]

quod sui interpositione facit distantiam circumstantiam. Duobus namque his modis dicitur in scriptura aliquid locale sive circumscriptibile et concreto, scilicet vel dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, distantiam faciat in loco, ut corpus; vel quia loco diffinitur et determinatur, quoniam cum sit alicubi et non ubique invenitur. Quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omnimodo locale est. Spiritus vero creatus quodammodo localis est et quodammodo non est localis. Localis quidem dicitur quia diffinitione loci terminatur, quoniam cum alicubi presens sit, totus alibi non invenitur; non autem ita localis est ut dimensionem capiens distantiam in loco faciat. Divina ergo sola essentia omnino illocalis et incircumscriptibilis est, que nec locis movetur aliquo modo, scilicet determinatione finita vel dimensione suscepta, nec temporibus, scilicet affectu et cogitatione. His enim duobus modis, scilicet loco vel tempore, fit mutatio creature que longe est a creatore. Unde Augustinus super Genesim: Deus incommutabili eternitate, voluntate, veritate semper idem movet per tempus et locum creaturam corporalem, ut eo motu naturas quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemus opinari eius substantiam que deus est temporibus locisque mutabilem sive per loca et tempora mobilem, cum sit ipse et interior omni re, quia in ipso sunt omnia, et exterior omni re, quia ipse est super omnia; et antiquior omnibus, quia ipse est ante omnia, et novior omnibus, quia ipse idem est post omnia, scilicet post omnium principia. Ecce hic aperte ostenditur quod nec locis nec temporibus mutatur vel movetur deus. Spiritualis autem creatura per tempus movetur, corporalis vero et per locum et tempus. Quid sit mutari secundum tempus.

Mutari autem per tempus est variari, scilicet qualitates interiores vel exteriores que sunt in ipsa re que mutatur, ut quando suscipit vicissitudinem gaudii, doloris, scientie, oblivionis, vel variatione forme sive alicuius qualitatis exterioris. Hec enim mutatio que fit secundum tempus variatio est qualitatum que fit in corporali vel spirituali creatura, et ideo vocatur tempus. Opinio quorundam auctorum dicentium spiritus creatos non moveri loco nec esse locales.

De mutatione vero loci magna inter concertantes disceptatio versatur. Sunt enim quidam qui dicunt nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum similiter removere volentes, quoniam secundum dimensionem tantum et circumscriptionem locum constare asserunt, atque id solum locale et in loco esse dicunt quod dimensionem recipit et distantiam in loco facit. Et hi dicunt Augustinum sensisse mutationem temporis tantum spirituali creature tribuens, loci vero et temporis corporee. Hic reddit eis.

Sed ut superius ostendimus, dupliciter res esse localis dicitur vel circumscriptibilis, scilicet vel quia dimensionem recipit et distantiam facit, vel quia loci termino diffinitur. Quorum utrumque convenit corporee creature, alterum vero tantum spirituali. Nam ut supra diximus, corporea creatura et est localis et circumscriptibilis, quod terminatur diffinitione loci et quod dimensionem recipiens distantiam facit. Spiritualis vero tantum diffinitione loci concluditur. Cum enim sit alicubi et non alibi, sed nec dimensionem recipit nec distantiam in loco facit, quia et si multi spiritus essent, hi non coangustarent locum quo minus de corporibus contineret. Ideo Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui, quia licet transeat de loco ad locum, non tamen ita ut dimensionibus circumscriptus interpositione sui faciat distantiam circumstantium sicut corpus. Conclusio ex predictis quod spiritus creati sunt locales et circumscriptibiles quodammodo, spiritus vero dei omnino incircumscriptibilis.

Sunt ergo spiritus creati in loco et transeunt de loco ad locum, et quodammodo locales et circumscriptibiles, sed non omnino eo modo quo creature corporee. Spiritus autem

increatum qui deus est in loco qui deus ē et in
omni loco omnino inlocal' et incircumscriptibi
lis. vñ beda sup lucam ait. Cum ad nos angli
ueniunt sic exterius implent ministerium ut
tñ añ deum interius p contemplationem as
sistant. q̄r et si angls est sps circumscriptibilis
sumi tñ sps qui deus ē in circumscriptus ē. Interi
quem currit angelus densum mittit. Ecce h
dicit q̄r spiritus angelicus circumscriptus ē.
spiritus autem qui deus est incircumscriptus
ali et ambr distanciam ostendens inter
spiritum creatum et spm increatum dicit
seraphin de loco ad locum transire i' ingens
mi. d. xi. Dixit ysaias q̄r missus ē unus
ad me de seraphin. et sps quidem s. missus
di. s3 seraphin ad unum. sps s. ad omnes
seraphin mittit in ministerio. sps operatur
misterium. Seraphin de loco ad locum transit
non n. opplet omnia. s3 ipse replet a spu.
h' apte monstratur quod angli quodammo
locales sunt. *Cum repetitione supiorum*
Fateamur *confirmat auctoritatibus dm ēē*
itaque diuinam *ubiqz sine locali motu. ccccc.*
nam naturam p inmensitate sui usquequaque
deēē. Cum solam omnino inlocalem et in
circumscriptibilem nullo concludi loco s3 a
fine usque ad finem attingere. non tñ spacio
sa magnitudine nisi locali motu. s3 i infinita
te atque inmobilitate sue essencie. vñ aug.
ad dardanum ait non q̄si spaciosa magnitudine
opinemur dm p cuncta diffundi sic humus
aut lux ista diffunditur. s3 sicut in duobus
sapientibus q̄rum alter altero corpore grandior ē
s3 sapientior non ē. una sapia ē. n̄ ē i maiore
maior nec in minore minor. n̄ minor in uno
q̄m in duobus. Ita deus sine labore regens et
continens mundum in celo totus est. in terra
totus. et nullo contentus loco. et in se ipso ubique totus. Item q̄r sup psalmum ait. ad
ibi inimi di ptinet non ēē inspte. s3 ubique ēē p se
ipm. hec ē sapia di que attingit a fine usque
ad finem fortiter. non tñ motu locali s3 immo
bilitate sui. ue lud si moles aliqua saxea i
pleat aliquem locum dicitur quod attingit
a fine illius loci usque ad finem eiusdem alterum
non deserat alterum occupando. non g' ht
motum localem neruum illud et sapiencia
ma solida ē et ita. Expositus innotescit q̄r ds
i est ita p essenciam q̄r n̄ spaciosa magnitudine
diffunditur. n̄ uno deserto loco alium occupat
q̄r localem motum non ht. Ideo aug. uolens
psuadere dei puritate omnem localem motum
et localem circumscriptionem potius dic omnia
ēē in illo q̄m ipm alicubi ēē. n̄ tñ ipm ēē loc
qui non ē in loco in libro lxxxiii. questionum
ita dicens. deus non alicubi ē quod alicubi ē con
tinetur loco. corpus ē. Deus aut non ē corpus
non g' alicubi ē. Et tñ q̄r ē et in loco non est. i
illo sunt potius omnia q̄m ipse alicubi. n̄ tñ i
sunt in illo ut ipse sit locus. Locus n. in spacio
est q̄r longitudine et latitudine et altitudine
corporis occupatur nec deus tale aliquid ē.
omnia g' in ipso sunt et locus non ē. nec in loco
est. Locus tñ di. s3 impre di templum di. non
quod eo contineatur. sed aut nichil melius
quam anima munda intelligitur. Ecce hic dicit
dm non ēē in loco. s3 intelligendum est eum
non ēē in loco localiter. s. q̄r n̄ circumscriptio
nem nec localem motum ht. Ad h aut solet
opponi sic. Cottidie fiunt creature q̄ añ no
erant et in eis deus est. eum aut non esset
in eis q̄r n̄ añ non erat. s3 mutabilis uidetur
s3 hec cottidie incipiat ēē in creaturis in qbus
ante non erat q̄r ille ibi erat. Ita tñ non sin
sui mutacione quare in mundo cepit esse
quem fecit tñ sui inmutabilitate similiter et
desinit ēē in quibus añ erat sine sui mutacione
nec tñ ipse desinit locum s3 locus desinit ēē.
Iam sufficienter de *Epylogus ut exponitur*
monstratum ydē *quare in pdicta uenitur*
quomodo omnia dicantur *disputatione*
ēē in do et deus in omnibus cum deceptacione

[illegible]

D XXXVIII

quae incidentur suscepimus quia id indebat
postulare tractatus. Nunc ad id revertatur sermo
de quo disserebamus, scilicet de scientia vel sapientia dei. Et
cum diceremus deum scire omnia, quaesitum
est utrum secundum cognitionem quam de omnibus
habet diceretur omnia esse in deo, an alia ra-
tione hoc diceret scriptura. Huius ergo quaesti-
onis occasio in praemissam nos deduxit disputa-
tionem. Hic redit ad propositum repetens
Nunc ergo superius dicta ut addat alia.
ad propositum revertentes, recolo illis quae
supra dictum est quod praescientia dei futurorum
tantum est, sed omnium tam bonorum quam malorum.
Scientia vero vel sapientia non modo de praeteri-
tis sed etiam de praesentibus et futuris, nec tantum de tem-
poralibus sed etiam de aeternis, quia se ipsum novit deus.
Hic oritur quaestio non dissimulanda, utrum
scilicet scientia vel praescientia sit causa rerum, an res sint
causa scientiae vel praescientiae dei. Videtur enim praescientia
dei causa esse eorum quae ei subsunt ac necessita-
tem eveniendi eis facere, quia nec aliqua futura
fuissent nisi ea deus praescisset, nec possunt non
evenire cum ea deus praescivit. Si autem impossibi-
le est ea non evenire quia praescita sunt, videtur
ergo ipsa praescientia qua sunt praescita eis esse causa
eveniendi. Impossibile est autem ea non
evenire cum praescita sint, quia si non evenirent
cum praescita sint, falleretur dei praescientia. At dei praesci-
entia falli non potest. Impossibile est ergo ea
non evenire cum praescita sint. Sic ergo praescientia causa
esse eorum videtur quae praescita sunt. Hoc idem et
de scientia dicitur, scilicet quia deus aliqua novit, ideo
sunt. Cui sententiae Augustinus astipulari videtur in
XV. li. de tri. dicens: Non ista ex aliquo tempore
cognovit deus, sed futura omnia temporalia
atque in eis etiam quid et quando ab illo petituri fue-
ramus, et quos et de quibus rebus vel exauditu-
rus vel non exauditurus esset sine initio ante
praescivit. Universas autem creaturas et spirituales
et corporales non quia sunt ideo novit, sed ideo
sunt quia novit. Sed ideo sunt quia novit. Non
enim nescivit quae fuerat creaturus. Quia ergo sci-
vit, creavit, non quia creavit, scivit. Nec
aliter scivit creata quam creanda. Non enim eius
sapientiae aliquid accessit ex eis, sed exi-
stentibus sicut oportebat et quando oportebat
illa mansit ut erat. Unde in Ecclesiastico: Antequam
crearentur omnia nota sunt illi, sic et postquam
consummata sunt. Ecce his verbis videtur
Augustinus innuere scientiam vel praescientiam dei causam esse eo-
rum quae fiunt, cum ideo esse ea quia deus novit
dicit. Idem in li. VI. dicere videtur: Cum in quo
decedant et succedant tempora, non decedit
aliquid vel succedit scientiae dei, quia novit om-
nia quae fecit per ipsam. Non enim haec quae creata
sunt ideo sciuntur a deo quia facta sunt; potius
ideo facta sunt quia immutabiliter ab eo sciuntur.
Et hoc etiam significare videtur dei scientiam esse eorum
quae fiunt, dicens: Non ideo deum ea novis-
se quia facta sunt, sed ideo facta quia novit ea deus.
Sed videtur dei scientia vel praescientia causa eorum esse quae
novit. Inconvenientia ostendit quae seque-
Quod si ita est, rentur si diceret scientia vel
ergo causa omnium praescientia causa omnium quae ei subsunt.
nium malorum est, cum omnia mala sciantur
et praesciantur a deo, quod longe est a veritate. Si enim
dei scientia vel praescientia causa esset malorum, esset
utique deus auctor malorum, quod penitus
falsum est. Non ergo scientia vel praescientia dei causa
est omnium quae ei subsunt. Quod futurae
Neque res futurae res non sunt causa scientiae
causa sunt dei praescientiae, lic- vel praescientiae dei.
et non essent futurae nisi praescirentur a deo, non
tamen ideo praesciuntur quia futurae sunt. Si enim
hoc esset, tunc eius quod aeternum est aliquid existe-
ret causa ab eo alienum, ab eo diversum, et ex
creaturis penderet praescientia creatoris, et cre-
atum causa esset increati. Origenes tamen super epistolam

ad romanos ait. Non propterea aliquid erit quia
id scit deus futurum. sed quia futurum est ideo scitur
a deo antequam fiat. Hoc videtur premissis auc-
toritatibus obviare. sed non sic significatur videtur
quod res future cause sint prescientie. ubi non quod prescientia
causa sit rerum futurarum. **Quid ex predictis tenendum sit cum de-**
terminatione auctoritatum.

Hanc ergo que videtur repugnantiam
de medio tollere cupientes dicimus res futuras
nullatenus causam esse prescientie vel scientie dei. nec ideo
presciri vel sciri. quia future vel facte sunt. ita
exponentes quod ait origenes. quia futurum est
ideo scitur a deo antequam fiat. id est quod futurum est
scitur a deo antequam fiat. neque sciretur nisi
futurum esset. ut non notetur ibi causa.
sed sine qua non sit. Scientiam vero dicimus scientiam
vel prescientiam dei non esse causam eorum que fiunt.
nisi talem sine qua non fiunt. si tamen scientiam ad
noticiam tantum referamus. Si vero nomine scientie
includitur et beneplacitum atque dispositio.
tunc recte potest dici causa eorum que deus facit.
Hic enim duobus modis ut supra premonstratum est
accipitur cognitio vel scientia. scilicet pro noticia sola
vel pro noticia simul et beneplacito. Hoc modo forte
accepit augustinus dicens. Non quia sunt. ideo novit. id est quia
scienti placuit. et quia sciens disposuit. Et hic
sensus ex eo adiuvatur quod de bonis ibi tantum
agit augustinus scilicet de creaturis dei. huius que deus facit. quas
omnia novit non solum scientia sed et beneplacito
ac dispositione. Sic ergo ibi accipitur dei cogni-
cio ut non modo noticiam sed et beneplacitum
dei significet. Mala vero non scit deus et prescit ante-
quam fiant. sed sola noticia non beneplacito
prescit. Nec deus et predicit ea que non est ipse fac-
turus sicut prescivit et predixit infidelitatem
iudeorum sed non fecit. nec ideo quia prescivit
ad peccatum infidelitatis eos coegit nec
prescisset nec sciret eorum mala nisi essent
ea habituri. Unde augustinus super iohannem. Deus
inquid futurorum prescius per prophetam predixit
infidelitatem iudeorum. sed non fecit. neque
prescisset mala eorum nisi haberent. Non pres-
cio quemquam ad peccandum cogit quia
futura hominum peccata prenovit. Illorum
enim peccata prescivit non sua. Sed si ea que
ille prescivit ipsorum non sunt non vera ille pre-
scivit. Sed quia illius prescientia falli non potest.
sine dubio non alius sed ipsi peccant quos deus
peccaturos esse prescivit. Ideo si non malum
sed bonum facere voluissent non malum fac-
turi previderentur ab eo qui novit quid
sit quisque facturus. His verbis autem ostenditur
si diligenter intendamus prescientiam dei non
esse causam malorum que prescit. quia non ea pre-
scit tamquam sua sed illorum qui sunt ea factu-
ri vel habituri. Prescivit ergo illa sola noticia
non beneplacito auctoritatis. Unde datur
intelligi quod deus e converso prescit bona
tamquam sua tamquam ea que facturus est. ut
nulla presciendo simul sint ipsius noticia
et auctoritatis beneplacitum. **Quod hic quod dicitur**

Ad hoc quod dictum est **est prescientiam dei**
scilicet prescientia dei non posse **non posse falli**
falli. solet a quibusdam sic opponi. Deus pre-
scivit hunc lecturum vel aliquid huiusmodi. Sed
potest esse ut iste non legat. ergo potest esse aliter
quam deus prescivit. ergo potest falli dei prescientia.
quod omnino falsum est. Potest equidem non
fieri aliquid et illud tamen prescitum. fieri non se-
cundum potest falli dei prescientia. quia si illud non
fieret nec adeo prescitum esset. Sed adhuc urgent
questionem dicentes. aut aliter potest fieri quam deus
prescivit aut non aliter. Si non aliter. ergo neces-
sario cuncta eveniunt. Si vero aliter potest. ergo
divina prescientia dei falli vel mutari. Sed potestas
si quia potest aliter fieri quam fiat. ita autem
fit ut prescitum est. Ad quod dicimus illam so-
lucionem multiplicem facere intelligentiam.
scilicet aliter potest fieri quam deus prescivit et hinc
ut potest non esse quod deus prescivit et

impossibile est non esse prescita omnia que fiunt et huiusmodi, possunt scilicet hec coniunctim intelligi ut condicio sit implicita et disiunctim. Si scilicet ita intelligas: non potest aliter fieri quam deus prescivit, id est non potest utrumque simul esse, scilicet quod deus prescivit ita fieri et aliter fiat, verum intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas, ut dicas hoc aliter non posse evenire quam evenit quomodo futurum deus previdit, falsum est. Hoc enim potest aliter evenire quam evenit, et tamen deus hoc modo futurum prescivit. Similiter et illa determinatio: impossibile est id non evenire quod deus prescivit vel aliter deus presciverit. Si coniunctim intelligas, verum dicis; si disiunctim, falsum. Item et illud: impossibile est non esse prescitum omne quod fit, id est non potest esse utrumque simul, scilicet ut fiat et non sit prescitum, hic sensus verus est. Si autem dicas deum non potuisse non prescire omne quod fit, falsum est: potuit scilicet facere ut non fieret et ita non esset prescitum.

D. XXXIX

Utrum scientia dei possit augeri vel minui vel aliquo modo mutari. Utrumque videtur posse probari.

Preterea solet queri utrum scientia dei possit augeri vel minui. Utrumque scilicet videtur posse probari quod divina scientia possit augeri vel mutari. Hoc modo probatur: quia potest deus scire quod numquam scit. Est scilicet aliquis qui non est lecturus hodie et tamen potest esse ut legat hodie; potest enim hodie legere. Nichil autem potest fieri quod non potest a deo sciri. Potest ergo deus scire hunc lecturum hodie; potest ergo aliquid scire quod non scit; ergo potest eius scientia augeri vel mutari. Eademque videtur posse minui. Est scilicet aliquis hodie lecturus quem deus scit lecturum, ac potest esse ut inde non legat; ergo potest deus non scire hunc lecturum; potest ergo non scire aliquid quod scit; ergo potest eius scientia augeri vel mutari. Ad quod dicimus quia dei scientia omnino incommutabilis est nec augeri potest vel minui. Nam ut ait Augustinus in xv libro de trinitate: scientia dei est ipsa sapientia, et sapientia est ipsa essentia sive substantia dei, quia in illius nature simplicitate mirabili non est aliud sapere, aliud esse, sed quod est sapere hoc est esse. Propterea novit omnia verbum que novit pater. Sed ei nosse de patre est sicut esse; nosse scilicet et esse ibi unum est. Et ideo patri sicut esse non est a filio, ita nec nosse. Proinde tamquam se ipsum dicens pater genuit verbum sibi equale per omnia. Non scilicet se ipsum integre perfecteque dixisset si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo quam in se ipso. Hoc est ergo omnino verbum quod pater, non tamen pater est, quia iste filius, ille pater. Sciunt ergo invicem pater et filius, sed ille gignendo, iste nascendo. Et omnia que sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, in eorum essentia, unusquisque eorum videt simul, non particulatim aut singillatim velud alternante conspectu hinc illuc et inde huc, et rursus inde vel inde in aliud atque aliud, ut aliqua videre non possit nisi non videns alia; sed omnia simul videt, quorum nullum est quod non semper videat et sciat. Cuius itaque scientia inamissibilis et invariabilis est, nostra vero scientia et amissibilis est et receptibilis, quia non hoc est nobis esse quod scire vel sapere. Propterea hoc sic nostra scientia dissimilis est illi verbo quod natum est de patris scientia. Ex hac auctoritate clare ostenditur scientiam dei omnino inmutabilem esse, sicut ipsa essentia dei omnino invariabilis est, et quod pater et filius cum spiritu sancto simul omnia sciunt et vident. Sicut ergo non potest augeri vel minui divina essentia, ita nec divina scientia. Et tamen conceditur posse scire quod non scit et posse non scire quod scit, quia potest aliquid esse subiectum eius scientie quod non est, et posset non

Hic esse subiectum quod est sine permutatione ipsius scientie. Oppositio an deus possit noviter vel extempore scire vel prescire aliquid.

Hic opponitur a quibusdam ita: Si deus potest aliquid scire vel prescire quod numquam sciuit nec presciuit, potest ergo extempore aliquid scire vel prescire. Ad quod dicimus quod quidem deus scire vel prescire omne quod potest facere, et potest facere quod numquam fiet. Potest ergo scire vel prescire quod numquam fiet nec est nec fuit, nec illud scit nec illud sciuit, neque prescit vel presciuit, quia scientia eius non est nisi de hiis que sunt vel fuerunt vel erunt, et prescientia non est nisi de futuris. Licet possit scire vel prescire quod numquam est nec erit, non tamen potest aliquid scire vel prescire extempore. Potest utique vel scire vel prescire quod numquam est nec erit, nec illud scitum vel prescitum est ab eterno; non tamen potest incipere scire vel prescire illud. Sed ita potest modo scire vel prescire sicut potest sciuisse vel presciuisse ab eterno. Si enim dicas eum nunc posse scire vel prescire quod ab eterno non sciuit vel presciuit, id est quod ab eterno non sciuit vel presciuit quasi utrumque simul esse possit, falsum est. Si vero dicas eum modo posse scire vel prescire quod ab eterno non sciuit vel presciuit, id est habere potentiam sciendi et presciendi ab eterno et modo aliquid, nec tamen aliquid prescitum est vel futurum verum est, non potest ergo noviter vel extempore scire vel prescire aliquid, sicut nec potest noviter vel extempore velle aliquid, et tamen potest velle quod numquam voluit. Utrum deus possit plura scire quam scit. oooooooo

Item a quibusdam dicitur deus posse plura scire quam sciat, quia potest scire omnia que scit et potest aliqua facere que numquam erunt, et illa potest scire. Non enim aliqua incognita facere potest. Si vero omnia essent que modo sunt et alia quedam faceret que non sunt nec erunt, et illa omnia sciret. Pro certo plura sciret quam modo sciat, nec tamen eius scientia augeri potest, quia hoc totum sine posset sine mutabilitate scientie. Constat ergo dei scientiam omnino esse inmutabilem nec augeri posse nec minui. Sed ei subiecta.

Quod videatur adversum illi sententie qua supra dictum est deum semper et simul scire omnia. oooo

Sed vero quod predictum est, scilicet quod deus omnia semper videt et simul intuetur, obviare videtur quod ait Ieronimus in expositione Abacuc: Absurdum est inquid ad hoc deducere dei maiestatem ut sciat per momenta singula quot culices nascantur, quot ve moriantur, que ci- pulicum et muscarum sit multitudo, quot ve pisces natent in aquis et similia. Non simus tam fatui adulatores dei ut dum providentiam eius ad ima retrahimus in nos ipsos iniuriosi simus, eandem irrationabilium et rationabilium providentiam esse dicentes. Hic videtur dicere Ieronimus quod deus minimorum scientiam sive providentiam non habeat. Quod si est, tunc non omnia simul scit et semper. Ex tali itaque sensu illud dictum esse novimus, ut deum illa alternatim vel particulariter scire neget, neque per diversa temporum momenta sic illa cognovisse sicut per varia momenta illorum quedam deficiunt, quedam incipiunt, nec vel aliis que irrationabilibus ita providet quemadmodum rationabilibus. Numquid enim, ut ait apostolus, cura est deo de bobus? Et sicut non est cura deo de bobus nec de aliis irrationabilibus, dicit tamen scriptura quod ipsi cura est de omnibus. Providentiam ergo et curam universaliter de cunctis que condidit habuit, ut habeat unumquodque quod sibi debetur et convenit. Sed spiritualem providentiam atque curam habet de rationabilibus, de quibus precepta tradidit eis que recte vivendi legem scripsit ac premia promisit. Hanc providentiam et curam de irrationabilibus non habet. Ideo

apostolus dicit quod non est cura deo de bobus. Prouidet tamen omnibus et curat, id est gubernat omnia, qui omnibus solem suum facit oriri et pluuiam dat. Scit itaque deus quanta sit multitudo pulicum et culicum et muscarum et piscium. Et quot nascantur, quot ue moriantur. Sed non scit hoc per momenta singula, immo simul et semper omnia. Neque ita scit ut eandem habeat prouidentiam irrationabilium et rationabilium, id est ut eodem penitus modo prouideat irrationabilibus et rationabilibus. Rationabilibus enim et precepta dedit et angelos ad custodiam delegauit.

Breuis summa predictorum cum additione quorundam.

Simul itaque et immutabiliter scit deus omnia que fuerunt et sunt et erunt tam bona quam mala. Presciuit quoque omnia futura tam bona quam mala. Predestinatio uero de bonis salutaribus est et de hominibus saluandis. Ut enim ait Augustinus in libro de predestinatione sanctorum: Predestinatio est gratie preparatio que sine prescientia esse non potest. Potest autem sine predestinatione esse prescientia. Predestinatione quippe deus ea presciuit que fuerat ipse facturus. Sed presciuit deus et que non est ipse facturus, id est omnia mala. Predestinauit eos quos elegit, reliquos uero reprobauit, id est ad mortem eternam presciuit peccaturos.

D. XL

An aliquis predestinatorum possit dampnari uel reproborum saluari.

Predestinatorum nullus uidetur posse dampnari uel reproborum aliquis posse saluari. Sicut Augustinus in libro de correctione et gratia: In apocalipsi, inquit, dicitur: Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Si alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus, id est non potest augeri uel minui. Ad hoc autem obiciunt quidam intendentes probare numerum electorum posse augeri uel minui sic: Potest deus non apponere gratiam quibus apponit et posset subtrahere quibus subtrahit(?); quod si fieret utique dampnarentur. Possent ergo dampnari isti qui tamen saluabuntur. Posset itaque minui electorum numerus. Item et potest augeri, quia potest apponi gratia quibus non apponitur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia qui tamen sine ea dampnabuntur. Posset itaque augeri electorum numerus. Quibus respondemus ex eadem ratione dictum esse et uerum esse numerum electorum et non posse augeri uel minui, quia non potest utrumque simul esse, scilicet ut aliquis saluetur et non sit predestinatus, uel ut aliquis predestinatus sit et dampnetur. Intelligentia enim conditionis implicite ueritatem facit in dicto et impossibilitatem in uero. Si uero simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur. Ut cum dicitur predestinatus potest uel non potest dampnari et reprobus potest saluari. In his et huiusmodi locutionibus ex ratione determinanda est sententia dictionis. Alia namque fit intelligentia si per coniunctionem hic accipiantur dicta atque alia si per disiunctionem, ut supra cum de prescientia agebatur pretaxatum. Si enim cum dicis predestinatus non potest dampnari intelligas ita: non potest esse ut predestinatus sit et dampnetur, uerum dicis, quia coniunctim intelligis. Falsum autem si disiunctim, ut si intelligas istum non posse dampnari quem dico predestinatum. Potuit enim non esse predestinatus et ita dampnaretur.

Quomodo ad hoc isti respon[deant].

Uerum adhuc instant et secundum coniunctionem argumentando ita procedunt: Non igitur potest esse ut aliquis predestinatus sit et dampnetur; utrumque istorum simul esse non potest. Sed alterum horum non potest non esse, scilicet quin iste sit predestinatus. Ab eterno enim predestinatus est, et non potest modo non esse predestinatus.

[illegible]

Cum ergo impossibile sit simul utrumque esse et
impossibile sit alterum non esse, videtur non pos
se alterum esse, scilicet ut dampnetur, quod si esset
ergo non potest esse ut non salvetur. Vel sic. Questionis
solucionem in aliam alios audire quam do
cere. Dicimus tamen similem de prescientia posse mo
veri questioni. Scimus tamen hic quoniam in unam fatentur
confusionem dicentes determinandum fore
illud et tota fuit questio. Hec scilicet impossibile
est alterum non esse, scilicet quin iste modo sit pre
destinatus. Ab eterno enim iste predestinatus
est. Distinguendum vero est cum ait iste si
modo potest non esse predestinatus vel non potest
modo esse quin sit predestinatus. Hec vero coniunc
tim et disiunctim intelligi potest. Non vero potest
esse ut ab eterno sit predestinatus et modo non sit
predestinatus nec potest esse simul ut sit pre
destinatus et non sit predestinatus. Sed tamen
potuit esse ab eterno quod non esset predestinatus
sicut ab eterno deus potuit eum non predestinare.
Ita conceditur a quibusdam quod et tamen potest
eum deum non predestinasse ab eterno. Ergo potest
deus non predestinasse eum. Ergo potest iste non
fuisse predestinatus. Si vero non fuisset predestinatus
nisi modo esset predestinatus. Ergo potest modo
non esse predestinatus. Sicut et de prescitis et de prescientia
dicunt quod in actionibus vel operationibus
dei et hominum nullatenus concedunt factum
ex quo vero aliquid factum est vel dictum non
concedunt quod possit non esse vel non fuisse
immo impossibile est non esse vel non fuisse
quod factum est vel dictum, referentes possibi
litatem et impossibilitatem ad naturam rei
existentis. Cum vero de prescientia vel de predestinati
one dei agitur, possibilitas et impossibilitas ad
potentiam dei referatur que semper eadem fuit
et est. Quia predestinatio prescientia potentia nichil
deo est. Quid sit reprobatio dei et in quibus consi

Cuique deteccio et quis sit predestinationis ef
predestinatio sit gratie preparatio et divina fectus.

electio qua elegit quos voluit ante mundi con
stitucionem ut ait apostolus. Reprobatio est
prescientia iniquitatis quorumdam et preparatio
dampnationis eorundem. Sicut vero predestinationis
effectus illa gratia est qua in presenti iustifi
camur atque ad recte vivendum et in bono
perseverandum adiuvamur. Et illa qua in fu
turo beatificamur. Ita reprobatio dei qua ab eter
no non eligendo quosdam reprobavit secundum
duo consideratur quorum alterum prescit et prepa
rat, scilicet etiam penam. Unde Augustinus ad Prosperum et
Hylarium. Hec inquam regula inconcusse tenenda
est: peccatores in peccatis prescitos esse non
preparatos, penam autem esse preparatam. Pre
paravit vero deus ut ait Augustinus in libro de bono
perseverantie in prescientia sua quibus vo
luit bona sua quibuscumque donat, prescius dubio
se donaturum esse. Prescivit preparavitque
deus ut ait Fulgentius in libro ad Monimum eternum
vel utique quos iuste preparavit ad luenda sup
plicia. Nec tamen preparavit eos ad facienda pec
cata. Preparavit vero deus quod divina equi
tas redderet quod humana iniquitas ad
mitteret. Non vero sicut preparavit sanctos ad
iusticiam percipiendam sic preparavit in
iquos ad iusticiam admittendam quia prepara
tor iniquitatis nullatenus fuit. Sic ergo pre
destinatio dei proprie est preparatio et pre
scientia beneficiorum dei quibus certissime li
berantur quicumque liberantur. Ita reproba
tio dei est prescientia malicie in quibusdam
non finiende et preparatio pene non terminan
de. Et sicut predestinationis effectus est gratie
appositio ita reprobationis etiam quodammodo ef
fectus esse videtur obduratio. Nec obdurat
deus ut ait Augustinus ad Sixtum impertiendo ma
liciam sed non impertiendo graciam. Sic nec
digni sunt quibus vero non impertitur nec
digni sunt nec merentur potius ut non
impertiantur. Hii digni sunt hii merentur.

ut apostolus ait: Cuius vult miseretur deus, et quem vult indurat. Misericordiam appellat predestinationem et precipue predestinationis effectum, scilicet gratie appositionem; obdurationem vero, gratie privationem. Non, ut ait Augustinus ad Simplicianum, intelligendum est quod deus ita induret quemquam ut peccare cogat, sed tantum quibusdam peccatoribus misericordiam iustificationis sue non largitur, et ob hoc eos obdurare dicitur, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent. Eorum autem non miseretur quibus gratiam non esse prebendam equitate occultissima et ab humanis sensibus remotissima iudicat, quam non aperit sed miratur apostolus dicens: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei.

D. XLI

Utrum aliquod sit meritum obdurationis vel misericordie.

Si autem querimus meritum obdurationis et misericordie, obdurationis meritum invenimus, misericordie vero meritum non invenimus, quia nullum est misericordie meritum, ne gratia evacuetur, si non gratis donatur sed meritis redditur. Miseretur itaque secundum gratiam que gratis datur; obdurat autem secundum iudicium quod meritis redditur. Unde datur intelligi quod sicut reprobatio dei est nolle misereri, ita obduratio dei sit non misereri, ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non erogetur.

Hic summatim colligit premissa ut addit alia.

Ex hiis aperte ostenditur quid misericordiam, quid obdurationem intellexerit apostolus, et quod misericordiam nullum advocat meritum; obduratio vero non est sine merito. Et misericordie verbo hic accipitur predestinatio et precipue predestinationis effectus; obdurationis vero non ipsa dei eterna reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratie privatio sive subtractio, que quodammodo est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obduratione, sicut et predestinatio pro suo effectu, que est gratie appositio. Gratia enim que apponitur effectus est predestinationis. Cum igitur gratie que apponit hominem ad iustificationem nulla sint merita, multo minus et ipsius predestinationis qua ab eterno elegit deus quos voluit. Aliqua possunt existere merita, ita nec reprobationis qua ab eterno quosdam prescivit malos futuros et dampnandos. Sic elegit Iacob et Esau reprobavit, quod non fuit pro meritis eorum que tunc haberent, quia nulla habebant, quoniam nec ipsi existebant, nec propter futura merita que previderet vel illum elegit vel illum reprobavit.

Opinio quorundam in qua fuit aliquando Augustinus, sed postea retractavit.

Opinati sunt quidam deum id elegisse Iacob quia talem futurum prescivit qui in eum crederet et ei serviret. Quod aliquando Augustinus se sensisse dicit in libro Retractationum, ubi aperte ostendit quod si propter futura merita electus fuisset, iam non ex gratia esset electio. Propterea non ergo ideo electus est a deo quia talis futurus erat, sed ex electione talis factus est. Ita dicens: Disputans quid elegerit deus, scilicet in nondum nato cui dixit serviturum maiorem esse, et quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobavit, ad hoc perduxi ratiocinationem ut dicerem: Non igitur elegit deus opera cuiusquam in prescientia que ipse daturus est, sed fidem elegit in prescientia, et quem sibi crediturum esse prescivit, ipsum elegit cui spiritum sanctum daret ut bona operando et eternam vitam consequeretur. Ecce hic aperte dicit non propter opera eum elegisse, sed propter fidem qua eum prescivit crediturum. Sed quia et in fide meritum est sicut in operibus, hic retractavit dicens: Nondum diligentius quesieram nec adhuc inveneram

qualis sit electio gratie de qua dicit apostolus: Reliquie per electionem gratie salve fient. que utique non est gratia si ex meritis precedit. ut iam quod datur non secundum gratiam sed secundum debitum redditatur. potius meritis quam donetur. Propter inde quod continuo dixi dicit idem apostolus. Idem deus qui operatur omnia in omnibus ad deinde subiunxi: Quod ergo credimus nostrum est. quod vero bonum operamur illius qui credentibus dat spiritum sanctum. Profecto non dicerem si iam scirem et ipsam fidem inter dei munera reperiri que dantur in eodem spiritu. Utrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis. et utrumque datum est propter spiritum fidei et caritatis. Et quod paulo post dixi nostrum est enim credere et velle. illius autem dare credentibus et volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum per quem caritas diffunditur in cordibus nostris. Verum est quidem sed eadem regula. et utrumque ipsius est quia ipse preparat voluntatem. et utrumque nostrum quia non fit nisi volentibus nobis. Ergo et meritum fidei de misericordia dei venit. non ergo propter fidem vel aliqua merita elegit deus aliquos ad eternam vel apposuit gratiam iustificationis in tempore. sed gratuita bonitate sua elegit ut boni essent. Unde augustinus in libro de predestinacione sanctorum. non quia nos futuros tales esse prescivit ideo elegit. sed ut essemus tales per ipsam electionem gratie sue qua gratificavit nos in dilecto filio suo.

Ex hiis videtur contrarium quod alibi ait augustinus.

His tamen adversari videtur quod dicit augustinus super malachiam prophetam ubi scriptum est. Jacob dilexi. Esau autem odio habui. Cum vult inquid miseretur. et quem vult indurat. sed hec voluntas dei iniusta esse non potest. venit enim de occultissimis meritis quia et ipsi peccatores propter generale peccatum unam massam fecerint. non tamen nulla inter eos est diversitas. precedit ergo aliquid in peccatoribus quo quamvis non sint iustificati digni efficiuntur iustificatione et item precedit in aliis peccatoribus quo digni sunt obtusione. Hic videtur augustinus dicere quod et ipsa voluntas qua alios elegit alios reprobat ex meritis veniat. sed occultissimis id est quod pro meritis alios voluit eligere alios reprobare. et quod per merita aliis apponitur gratia iustificationis aliis non. Unde obtunditur. Sed quid intelligere voluit ignoratur. nisi forte dicatur hic intellexisse quod supra diximus eum retractasse. nam ibidem et quedam alia continue subdit quod in libro retractationis aperte retractat quod verum lege inspicienti patebit. Unde verisimile est in premissis hic et retractasse. Quidam tamen ex eo accipiunt fore dictum non quia aliquis predestinetur per merita vel iustificationis gratiam mereatur. sed quia aliqui a deo mali sunt ut mereantur ei gratiam non impartiri. Nullus enim gratiam mereri potest per quam iustificatur. potest tamen mereri ut non apponatur ut penitus abiciatur. Et quod aliqui in tantum iniquitatis profundum devenerunt ut hoc mereantur ut hoc digni sint. alii vero ita vivunt ut etsi non mereantur gratiam iustificationis. non tamen mereantur omnino repelli. et gratiam sibi subtrahi. Sic ergo dixit in quibusdam peccatoribus precedere quo digni sint iustificatione et in aliis quo digni sint obtusione. Sed hoc frivolum est.

Opinio quorundam falsa de occultis dei eternali ver. disserentium.

Holti vero de isto profundo querentes reddere rationem atque secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum dei cogitare conantes in fabulas vanitatis abierunt dicentes quod anime sursum in celo peccant et

sua peccata ad corpora pro meritis mittuntur et dignis ibi quasi carceribus includuntur. Ierunt hii tales post cogitationes suas et voluntates disputare de dei profundo, verum sic in profundum dicentes animas ante in celo conversatas et ibi aliquid boni vel mali egisse et pro meritis ad corpora terrena detrusas esse. Hoc autem respuit catholica fides propter evidentem apostoli sententiam qua ait: Cum nondum nati essent aut aliquid boni vel mali egissent etc. Tolerabilior est ergo fidelis ignorantia quam temeraria scientia. Elegit ergo quos voluit gratuita misericordia non quia fideles futuri erant sed ut fideles essent. Eis quoque gratiam dedit non quia fideles erant sed ut fierent. Ait enim apostolus: Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Non ait quia fidelis eram. Datur quidem et fideli, sed data est etiam prius ut esset fidelis. Ita et reprobavit quos voluit non propter merita futura que previderet, veritate tamen rectissima et a nostris sensibus remota. Sed queritur utrum sicut dicitur elegisse quosdam ut boni et fideles essent, ita et concedi debeat reprobasse quosdam ut mali essent et infideles et obdurarentur. ii pet cent quod nullatenus concedi oportet. Non enim reprobatio ita est causa mali sicut predestinatio causa boni, nec obduratio ita facit hominem malum quemadmodum misericordia facit bonum.

An ea que semel scit deus et prescit semper sciat et presciat et semper scierit et prescierit.

Preterea considerandum oportet an omnia que simul scit vel prescit deus an semper sciat et scierit et presciat ac prescierit, an olim scierit ac presciverit quedam que modo non scit vel prescit. De prescientia primo respondendum dicentes multa eum prescisse que modo non prescit. Cum enim eius prescientia non sit nisi de futuris, ex quo illa que futura erant prescientia sunt vel preterierunt sub dei prescientia esse non desinunt, sub scientia vero dei sunt semper. Prescivit ergo deus omnia ab eterno que futura erant, neque prescire desinit aliqua que ante presciebat, nimirum sciens ea nos(?) quam ante cognoscebat. Non enim dicatur ex defectu scientie eius quod aliqua aliquando prescierit, modo non presciat, set ex ratione verbi quod est prescientia prescire. Prescire enim est ante scire quam fiat aliquid. Ideoque non potest dici deus prescire nisi que futura sunt.

Hic de scientia agit dicens deum semper scire quod semel scit.

De scientia autem aliter dicimus. Scit enim deus semper omnia que aliquando scit. Omnem enim scientiam quam aliquando habet semper habuit et habet et habebit. Ad hoc autem opponitur ita: olim scivit hunc hominem nasciturum, scivit ergo aliquid quod modo non scit. Eum esse creandum aliquando scivit, quod modo non scit. Et alia huiusmodi infinita induci possunt. Sed ad hoc dicimus quia idem de nativitate huius hominis et mundi creatione nunc scit quod sciebat antequam fieret. Licet tunc et nunc hanc scientiam eiusdem diversis verbis exprimi oporteat. Nam quod tunc futurum erat nunc preteritum est. Ideoque commutanda sunt verba ad ipsum designandum, sicut diversis temporibus loquentes eandem diem modo per hoc adverbium cras designamus dum adhuc futura est, modo per hodie dum presens est, modo per heri dum preterita est. Ita autem antequam crearetur mundus sciebat deus hunc creandum, postquam creatus est scit eum creatum. Nec hoc est scire diversa set omnino idem de mundi creatione. Sicut antiqui patres crediderunt Christum nasciturum et moriturum, nos autem credimus eum iam natum et mortuum. Nec tamen diversa credimus nos et illi, set eadem. Tempora enim ut ait Augustinus variata sunt, et ideo verba mutata, non fides. Indubitanter ergo teneamus deum semper omnia scire que aliquando scit.

D XLII

Nunc de om- De omnipotencia dei ubi
nipotencia primum consideratur quare
dei agendum est ac dicatur omnipotens.
ubi prima consideratio occurrit quomodo
vere deus dicatur omnipotens. an quia omnia
possit an tantum quia ea possit que vult. Quod vero
deus omnia possit pluribus auctoritatibus
probatur. Ait vero aug. in li. questionum veteris
et nove legis. Omnia quidem potest deus. sed
non facit nisi quod convenit veritati eius
et iustitie. Idem in eodem. Potuit deus cuncta
simul facere sed ratio prohibuit. id est voluntas.
Ratione nempe in voluntatem appellavit quia
dei voluntas rationabilis est et equissima fatendum
est ergo deum omnia posse. Quomodo di
Nec queritur quomodo catur omnia posse cum
omnia posse dicatur nos multa possimus
cum nos quedam possu- que ipse non pot-
mus que ipse non potest. non enim potest ambula-
re loqui et huiusmodi que a natura divinita-
tis penitus sunt aliena. Cum hoc instrumen-
ta nullatenus habere queat incorporea et
simplex substancia. Responsio.

Quibus horum studium arbitror quod huius-
modi actiones ambulatio scilicet et locutio
et huiusmodi a dei potencia aliene non sunt
sed ad ipsam pertinent. Licet enim huiusmodi ac-
tiones in se deus habere non possit. non enim potest
ambulare vel loqui et huiusmodi. eas tamen in creaturis
potest operari. facit enim ut homo ambulet
et loquatur et huiusmodi. non ergo prestat acti-
ones divine potencie detrahitur aliquid quia
et hec potest facere deus omnipotens. De
Sed sunt alia quedam que aliis obicitur.
deus nullatenus facere potest ut peccata.
non enim potest mentiri. non potest peccare
sed non omnipotentem deum in aliquo detrahi-
tur vel derogatur si peccare non posse dicatur
quia non esset hoc potencie sed infirmitatis. Si enim
hoc posset omnipotens non esset. Non igitur
impotentie sed potencie imputandum est quod ille
non potest. Unde aug. in xv. li. de trinitate. Magna inquit
dei potencia est non posse mentiri. Sunt enim
quedam que in aliis rebus potentie deputan-
de sunt. in illis vero minime. et que in aliis lau-
dabilia sunt in aliis reprehensibilia sunt. non
ergo deus ideo minus potens est quia peccare non
potest. Esset enim omnipotens nullatenus sit quod hoc posset.
Sunt et alia. Item de aliis opponit.
quedam que deus non potest unde vi-
detur non omnia posse. non potest mori
vel falli. Unde aug. de libro in simbolo. Deus
omnipotens non potest mori. non potest
falli. non potest miser fieri. non potest vinci.
Hec utique et huiusmodi absit ut possit omni-
potens. Si enim huiusmodi passionibus atque de-
fectibus subici posset omnipotens minime
foret. tamen monstratur omnipotens quia ei hec
appropinquare non valent. potest tamen
hec in aliis operari. Quod omnipotencia dei
Hic ergo diligenter con- secundum duo consideratur
siderantibus omnipotenciam eius se-
cundum duo accipitur scilicet quod omnipotencia
facit que vult et nichil omnino patitur. sed
secundum utrumque deus omnipotens ve-
rissime predicatur. quia nec aliquid est quod
ei ad patiendum corruptionem inferre
valeat. nec aliquid ad faciendum impedi-
mentum afferre. Quam manifestum est itaque
deum omnino non pati posse et omnia facere pos-
se preter ea sola quibus eius dignitas lederetur
eiusque excellencie derogaretur. In quo tamen
non est minus omnipotens. hoc enim posse
non esset posse sed non posse. Nemo ergo deum
impotentem in aliquo dicere presumat quia
omnipotens est que posse potencie est et inde
vere dicitur omnipotens. Quibusdam aucto-
Et quibusdam auc- ritatibus traditur quod
toritatibus tamen id dicitur omnipotens
traditur ideo vere quia potest quicquid vult.

dici omnipotens quia quicquid uult potest. Unde Augustinus in Enchiridion: Non ob aliud ueraciter uocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid uult potest, nec uoluntate cuiuspiam creature uoluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in libro de spiritu et littera: Non potest deus facere iniusta, quia ipse est summa iusticia et bonitas. Omnipotens uero est, non quod possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid uult, ita ut nichil ualeat resistere eius uoluntati quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem. Iohannes Crisostomus in omelia quadam de expositione simboli ait: Omnipotens dicitur quia posse illius non potest inuenire non posse, dicente propheta: Omnia quecumque uoluit fecit. Ipse ergo omnipotens ut totum quod uult possit. Unde apostolus: Eius inquid uoluntati quis resistit? His auctoritatibus uidetur ostendi quod deus ex eo tantum dicatur omnipotens, quia omnia potest que uult, non quia omnia possit.

Determinacio premissarum auctoritatum.

Sed ad hec potest dici quod Augustinus dicit subdititi omnipotens non dicitur quod omnia possit, ideo quia tam ample et generaliter accepit omnia ut etiam mala includeret, que deus nec uult nec potest. Non ergo negant eum posse omnia que conuenit ei posse. Similiter cum dicit non ob aliud ueraciter dicitur omnipotens nisi quoniam quicquid uult potest, non negat eum posse etiam ea que non uult, sed aduersus illos qui dicebant deum multa uelle que non poterat, affirmat eum posse quicquid uult, et ex eo uere dici omnipotentem, non ob aliud nisi quia potest quicquid uult. Sed caue quomodo intelligas potest quicquid uult: an quicquid uult facere, aut quicquid uult se posse, an quicquid uult fieri. Si enim dicas ideo omnipotentem uocari quia potest quicquid uult se posse, ergo et Petrus omnipotens dici potest, similiter uel quilibet sanctorum beatorum, quia potest quicquid uult se posse, et potest facere quicquid uult facere. Non enim uult facere nisi quod facit, nec posse nisi quod potest. Sed non potest facere quicquid uult fieri: uult enim saluos fieri qui saluandi sunt, nec tamen eos saluare potest. Deus autem quicquid uult fieri potest facere. Si uult aliquid fieri per se, potest illud facere et per se facit, sicut celum et terram ipse fecit quia uoluit. Si autem fieri uult per creaturam, et per eam operatur, sicut per homines facit domos et huiusmodi artificialia. Et deus quidem ex se et per se potest; homo autem uel angelus quantumcumque beatus non ex se potens est uel per se.

Oppositio.

Sed forte dices: nec dei filius potest a se, nec spiritus sanctus, sed solus pater. Ille enim potest a se qui et est a se. Filius autem quia non est a se, sed a patre, nec potest a se, sed a patre, et spiritus sanctus ab utroque. Ad quod dicimus quod licet filius non possit a se, nec operetur, potest tamen et operatur per se, sic et spiritus sanctus. Unde Hylarius in libro IX de trinitate: Nature inquid est contradictio heretice, secundum unitatis est ut ita per se agat filius, et ita non a se agat, ut per se agat. Per se autem dicitur agere et potens esse, quia naturalem habet potenciam eandem quam et pater, qua potens est et operatur; sed quia illam habet a patre potenciam, non a se, ideo a patre non a se dicitur posse etiam agere. Homo autem et angelus gratuitam habet potenciam, qua potens est. Ideo ergo uere ac proprie deus trinitas omnipotens dicitur, quia per se, id est naturali potencia, potest quicquid uult fieri et quicquid uult se posse. Nichil enim uult fieri quod non possit facere per se uel per creaturam. Et nichil uult se posse quod non possit, et omne quod uult fieri uult se posse. Sed non omne

quod vult se posse vult et fieri. Si enim vellet
et fieret quia voluntati eius nichil resisteret.

D. XLIII

Opinio quorundam dicentium deum nil posse nisi quod facit.

Quidam tamen de sensu
suo gloriantes dei potentiam coartare sub men
sura conati sunt. Cum enim dicunt hucusque
potest deus et non amplius quid hoc est aliud
quam eius potentiam que infinita est includere
et restringere ad mensuram aliquam. Non potest
deus aliud facere quam facit nec melius fa
cere id quod facit nec aliquid pretermittere
de his que facit. Istam quoque suam opinio
nem veri similibus argumentis variisque con
venientiis nec non et sacrarum auctorita
tum testimoniis munire nituntur dicentes
Non autem potest deus facere nisi quod
bonum est et iustum fieri. Non est autem iu
stum et bonum fieri ab eo nisi quod facit. Si
enim aliud iustum est et bonum eum facere
quam facit non ergo facit omne quod iustum
est et bonum est eum facere. Sed quis hoc aude
at dicere. Addunt etiam. Non potest facere nisi quod
iustitia eius exigit. Sed non exigit eius
iustitia ut faciat nisi quod facit. Eademque
iustitia exigit ut id non faciat quod non
facit. Non autem potest facere contra iusti
tiam suam. Non ergo potest aliquid eorum facere
que dimittit. Hiis autem respondemus dupli
cem verborum intelligentiam aperientes
et ab eis involuta evolventes sic. Non potest
deus facere nisi quod bonum est et iustum, id est
non potest facere nisi illud quod si faceret
bonum esset et iustum, verum est. Sed multa
potest facere que nec bona sunt nec iusta
quia non sunt nec erunt nec fuerunt vel
fient quia numquam fient. Item quod secundo pro
positum fuit non potest facere nisi quod ius
titia sua exigit et non potest id facere quod
iustitia sua exigit ut non fiat. Dicimus
quia exceptionis verbum de deo congrue non
dicitur nec proprie accipitur. Et in illis locu
tionibus duplex est sensus. Si enim intelligatur
non potest facere nisi quod iustitia sua ex
igit, id est nisi quod iusta voluntas sua vult,
falsum dicis. Iustitiam enim dei ipsius equissi
ma voluntas accipitur. Qualiter accipit
Augustinus illa verba domini in genesi loquentis ad
Loth. Non possum quicquam facere donec
illo introeas. Exponens non posse in quid
se dixit quod sine dubio poterat per potentiam
quasi poterat quidem sed non valebat quia illa
voluntas iusta erat. Si vero intelligas per hec
verba eum non posse facere nisi illud quod
si faceret iustitie eius conveniret, verum
dicis. Similiter distingue illud non potest
facere quod iustitia eius exigit ut non
faciat, id est non potest facere id quod ipse qui
est summa iustitia non vult facere, fal
sum est. Si autem intelligas his verbis eum
non posse facere id quod iustitie eius con
veniens non potest, verum dicis. Addunt
quoque et alia dicentes. Non potest deus fa
cere nisi quod debet. Non autem debet facere
nisi quod facit. Si enim debet alia facere, non
ergo facit omnia que debet. Si vero facit omne
quod debet non potest facere nisi quod
debet. Non ergo potest facere nisi quod facit.
Item aut debet dimittere quod dimittit
ne faciat aut non debet. Si non debet non
recte dimittit. Si vero debet dimittere ergo non
debet facere. Si autem non debet nec decet
nec oportet eum facere, non ergo potest facere
nisi quod facit nec potest dimittere illud
quod facit quin faciat quia debet illud
facere et quod debet facere non potest illud
dimittere. Sed ut michi videtur hoc verbum
debet venenum habet. Multiplicem enim
et involutam intelligentiam tenet nec
deo proprie convenit cum non est debi
tor nobis nisi forte ex promisso. Nos vero

Duplex est debitum vel ex obligatione et ex simplici voluntate. Deus non debet ex obligatione sed ex sua voluntate.

ei debitores suis universis ex commisso ut ante venerunt evacuetur. Distingue ubi sensus. Non potest Deus facere nisi quod debet, id est nisi quod iustum est, falsum est. Sic enim potest ipse dici debere quod quia vult illud. Si autem dicatur: non potest nisi quod debet, id est non potest nisi illud quod si faceret ei usui conveniret, verum est. Addunt quoque isti dicentes: nichil facit aut dimittit nisi optima et racionabili causa, licet nobis occulta sit, secundum quam oportet eum facere et dimittere que facit vel dimittit. Racio enim penes eum est qua illa facit et illa dimittit, que racio eterna est et semper manens, preter quam non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manente non potest quod facit dimittere nec quod dimittit facere, et ita non potest facere nisi quod facit.

Et ad hoc respondemus ambiguitatem locutionis determinantes. Cum enim racio vel causa optima penes Deum esse qua facit cuncta que facit et dimittit ea que dimittit, verum quidem est, quia in eo non est voluntas equissima et rectissima qua facit que vult et dimittit que vult, contra quam facere non potest, nec preter eam facere potest, si numquam contra eam faceret nec preter eam si que facit dimitteret vel que dimittit faceret. Sed eadem manente racione et causa alia potuit facere et ista dimittere. Licet ergo racio sit penes eum qua alia facit, alia dimittit, potest tamen secundum eamdem racionem et dimittere que facit et facere que dimittit. Ad hunc addunt questionem.

Ipsi et addunt: Racio est eum facere que facit et non alia, et non potest facere nisi quod racio est eum facere, et ita non potest facere nisi quod facit. Item racio est eum dimittere quod dimittit, et non potest non dimittere quod racio est eum dimittere, et non potest non dimittere quod dimittit.

Et ad hoc dicimus locuciones esse ambiguas et ideo determinandas. Si enim cum dicitur: non potest facere nisi quod racio est eum facere, intelligas eum non posse facere nisi que racionabilia sunt et ea que si fierent racionabilia essent, verus est sensus. Si autem intelligas eum non posse facere alia racionabilia et bona nisi ea que vult et facit, falsus est intellectus. Item aliud adiungunt dicentes: Si potest Deus aliud facere quam facit, potest ergo facere quod non prescivit; et si non potest facere quod non prescivit, potest sine presciencia operari. Quia omne quod facturum se prescivit facit, nec facit aliquid quod non prescivit. Et si preter eius prescienciam aliquid fieri impossibile est, omne quod prescitum est fieri necesse est; ergo aliud fieri quam fit nulla racione possibile est, non ergo potest a Deo fieri nisi quod fit. Hec autem questio de presciencia facile determinari potest per ea que superius dicta sunt cum de presciencia ageretur.

His autem scrutatores illi qui defecerunt scrutantes scrutinio adnectunt testimonia. *Questio ex predictis determinatur. In auctoritatibus utuntur in assertione sue opinionis.* Dicit enim Augustinus in primo libro de Symbolo: Hoc solum non potest Deus quod non vult. Per quod videtur non posse facere aliquid nisi quod vult; sed non vult nisi quod facit, et ita videtur non posse nisi quod facit. Illud autem ita intelligendum est: solum non potest Deus quod non vult, scilicet se posse. Item in libro vii Confessionum ad Deum loquens ait: Non cogeris invitus ad aliquid, quia voluntas tua non est maior quam potencia. Esset autem maior si te ipso tu ipse maior esses. Ex hoc videtur quod Deus non possit plura quam vult, sicut non vult plura quam potest. Sicut enim voluntas non est maior potencia, ita nec potencia maior quam est voluntate. Item sicut plura non vult quam

potest: ita enim non plura posse quam velle dicunt. Sed ad hoc dicimus quod nec voluntas potentia nec potentia maior est voluntate, quia una eademque res est potentia, voluntas, scilicet ipse deus, qui esset maior se ipso si voluntas esset maior potentia vel potentia voluntate. Nec hac auctoritate negatur deum plura posse quam velle, quia plura sunt subiecta eius potentie quam voluntati. Fateamur itaque deum multa posse facere que non vult, et posse dimittere que facit. Et ut certius firmiusque teneatur, scripture testimoniis asseramus deum plura posse quam faciat. Veritas ipsa secundum Matheum ait: An putas quia non possum rogare patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam xii milia legiones angelorum? Ex quibus verbis patenter insinuatur quod et filius poterat rogare quod non rogabat, et pater exhibere quod non exhibebat. Uterque ergo poterat facere quod non faciebat. Augustinus etiam in Enchiridion ait: Omnipotentis voluntas multa potest facere que non vult nec facit. Potuit enim facere ut xii legiones angelorum pugnarent contra illos qui Christum ceperunt. Idem in eodem: Cur apud quosdam non facte sunt virtutes que si facte fuissent egissent illi homines penitentiam, et facte sunt apud eos qui non fuerant credituri? Tunc, id est in futuro, non latebit quod nunc latet. Nec utique deus iniuste noluit salvos fieri, cum possent salvi esse si vellet. Tunc in clarissima luce sapientie videbitur quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur, quam certa et immutabilis et efficacissima sit voluntas dei, que multa possit et non velit, nichil autem quod non possit velit. Idem in libro de natura et gratia: Dominus Lazarum suscitavit in corpore; numquid dicendum est non potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidem, si voluit. His auctoribus multisque aliis docetur aperte quod deus multa possit facere que non vult. Ex e ratione primi potest. Non enim vult deus omnes homines iustificare, et tamen quis dubitat eum posse? Potest ergo deus aliud facere quam facit, et tamen si aliud faceret, alius ipse non esset. Et potest aliud velle quam vult, et tamen eius voluntas nec alia nec nova nec mutabilis aliquo modo esse potest. Et si enim posset velle quod numquam voluit, nec tamen noviter nec nova voluntate, sed sempiternam velle potest. Potest enim velle quod ab eterno voluisse. Habet enim potentiam volendi et nunc et ab eterno quod tamen non modo vult nec ab eterno voluit.

An deus possit facere aliquid melius quam fecit.

D. XLIIII

Nunc illud restat discutiendum, utrum melius aliquid possit deus facere quam facit. Solent enim illi scrutatores dicere quod ea que facit deus non potest meliora facere, quia si posset meliora facere et non faceret, invidus esset et non summe bonus. Et hoc a simili astruere conantur. Ait enim Augustinus in libro questionum lxxxiii: Deus quem genuit meliorem se generare non potuit. Nichil enim deo melius. Genuit ergo equalem. Si enim voluit et non potuit, infirmus est; si potuit et noluit, invidus. Ex quo conficitur equalem eum filium genuisse. A simili volunt dicere quod si potest deus rem meliorem facere quam facit, invidus est. Sed non valet huius similitudinis inductio, quia filium genuit de substantia sua; ideo si posset gignere equalem et non gigneret, invidus esset. Alia vero que non de substantia sua facit meliora facere potest.

Ratio qua illi utantur.

Herum hic ab eis querendum de posito, cum dicant rem aliquam sive rerum universitatem in qua maior consummatio expressa est non posse meliorem esse quam est, sive ideo quia summe bona est, vel ut aut nulla omnino boni perfectio ei desit, sive ideo quia maius bonum quod ei deest capere non valeat. Sed si ita summe bona dicatur ut nulla ei perfectio boni desit, iam creatura creatori equatur

Sine eo ideo non potest melior esse quia bonum
amplius quod ei desit capere ipsa non valet.
Iam vero ipsum non posse defectionis est non
consummationis et potest esse melior si fiat ca
pax melioris boni quod ipse potest quecumque
facit. Potest ergo deus meliorem rem facere quam
facit. Unde Augustinus super genesim: talem potuit
deus hominem fecisse qui non peccare posset
nec vellet. et si talem fecisset quis dubitet
eum meliorem fuisse. Ex predictis constat
quod deus potest et alia facere quam facit et que
facit meliora ea facere quam facit. Utrum
alio modo vel meliori possit facere quam facit.

Post hec conside
randum est utrum
alio modo vel meliori quam facit ea fa
cere que facit. Si modus operationis ad sa
pientiam opificis refertur nec melius nec
melior esse potest. non enim potest facere aliud aliter
vel melius quam facit. id est aliqua sapientia vel ma
iori sapientia. Nichil enim sapientius potest facere
quam facit. Si vero referatur modus ad rem ip
sam quam facit deus dicimus quia et alius et
melior potest esse modus et secundum hoc
concedi potest quia ea que facit potest fa
cere melius et aliter quam facit quia potest quibus
dam meliorem modum existendi prestare
et quibusdam alium. Unde Augustinus in xiii li.
de tri. dicit. quod fuit et alius modus nostre li
berationis possibilis deo qui omnia potest
sed nullus alius nostre miserie sanande fuit
convenientior. Potest ergo deus eorum que facit
quedam alio modo meliori. quedam alio
modo eque bono. quedam etiam minus bono
facere quam facit. ut tamen modus referatur ad
qualitatem operis sive creature non ad sapien
tiam creatoris. Utrum deus possit semper
omne quod olim potuit.

Preterea queri
solet utrum deus semper possit omne
quod olim potuit quod quibusdam non videtur
dicentibus. potuit deus incarnari et potuit
mori et resurgere et huiusmodi alia que modo non potest.
et ita habuit potentiam quam modo non habet.
Unde videtur eius potentia imminuta.

Ad quod dicimus. Responsio. sicut semper scit que a
liquando scit et semper vult que aliquando vult
et semper potest quod olim potuit.
sicut omnia semper scit que aliquando scivit et semper vult que ali
quando voluit nec umquam aliquam scientiam
amittit vel voluntatem mutat quia habet ita
omnia semper potest que aliquando potuit.
nec umquam aliqua potentia sua privatur.
Non est ergo privatus potentia incarnandi vel
resurgendi. Licet non possit modo incarnari
vel resurgere. sicut enim potuit olim incarnari et
potest modo esse incarnatus. In quo eiusdem
rei potentia monstratur. Ut enim olim scivit
se resurrecturum et modo scit se resurrexisse. nec est
alia scientia illud olim scivisse et hoc modo scire.
sed omnino eadem. Et sicut olim voluit re
surgere et modo resurrexisse. In quo unius rei vo
luntas exprimitur. ita potuit olim nasci
et resurgere et modo potest natus fuisse et resurrex
isse et est eiusdem rei potentia. Si enim modo
posset nasci et resurgere non esset idem pos
se. Verba enim diversorum temporum et
diversis adiuncta adverbiis eundem faciunt sen
sum ut modo loquentes dicimus. iste potest
hodie legere. cras autem dicimus iste potest le
gisse vel potuit legere heri. Ubi unius rei
monstratur potentia. Si autem diversis tem
poribus loquentes eiusdem temporis verbis
et adverbiis utimur dicentes hodie iste potest
hodie legere. dicentes cras iste potest hodie le
gere non idem sed diversa dicimus. Cum ergo posse fa
teamur ergo deum semper posse quicquid semel
potuit. id est habere illam omnem potentiam
quam semel habuit et illius omnis rei potentiam
cuius semel habuit. sed non semper posse facere
omne illud quod aliquando potuit facere.
potest quidem facere aut fecisse quod aliquando potuit.

facere · potest quidem facere aut fecisse quod ali
quando potuit · Similiter quicquid voluit et
uult · id est omnem quam habuit uoluntatem et
modo habet et cunctarum rei uoluntatem habuit
et modo habet · non tamen uult esse uel fieri omne quod
aliquando uoluit esse uel fieri · sed uult fuisse uel
factum esse · Ita et de scientia dei dicendum est ·

OPIN

Iam de uoluntate De uoluntate dei que essen
di aliquid presen tia dei est una et eterna et
sus nostri imbecillitate dicendum est · de signis eius ·
Sciendum est ergo quod uoluntas siue uolens
de deo secundum essentiam dicitur · non est
enim ei aliud uelle et aliud esse sed omnino idem · et
sicut est ei esse bonum quod esse deum · ita idem
est ei esse uolentem quod esse deum · nam uo
luntas qua semper uolens est · non affectus uel
motus est · qui in deum cadere non ualet · sed
diuina essentia · qua uolens est · deus est · et huiusmodi ·

Et licet idem sit Et licet idem sit deo
deo uelle quod uelle quod esse non tamen
esse non tamen dicendum potest dici deus esse om
est deum esse omnia que uult nia que uult ·
Quidam de dei uoluntate non recte sen
cientes nobis obiciunt dicentes · Si idem est
deo uelle quod esse · ergo cum dicimus deum
uelle omnia que facit · dicamus eum esse om
nia que facit · alioquin non in illo uerbo idem
significatur quod significatur hoc uerbo esse cum
de deo dicitur · et si non est non semper dicitur de
deo · Relatiue enim · numquam dicitur ad quod di
cimus quod licet idem penitus sit deo uelle
quod esse · non tamen potest dici esse omnia que uult sicut
idem est deo esse quod scire · nec tamen sicut dicitur
scire omnia · ita quoque potest dici esse omnia ·

Et cum ergo sensus uerborum horum deus scit uel
dicitur deus deus uult · scilicet deus scit omnia
scire uel sciens et uel uult aliquid et quid de deo
uelle uel uolens · hec de in huius predicetur ·
deo secundum essentiam dicuntur · Cum
enim dicitur deus scit uel deus uult siue deus est

sciens uel uolens essencia diuina predicatur
et deus esse enunciatur · Cum autem additur omnia
uel aliquid uel aliqua · et dicitur deus scit omnia
uel uult aliquid uel aliqua · essencia quidem
diuina predicatur non simpliciter et absolu
te · sed ita ut sciencie que ipse est omnia subiecta
esse monstrentur · et uoluntati que ipsa eadem
est aliquid uel aliqua subiecta esse dicantur ·
ut talis fiat sensus · deus scit omnia · id est deus
est cuius scientie que ipsius essencia est omnia subiec
ta sunt · Similiter deus uult hoc uel illa · id est
deus est cuius uoluntati que ipse est hoc siue illa
subiecta sunt · uolens ergo siue uelle dicitur de deo
secundum essentiam cuius uoluntas essencia
est sempiterna et immutabilis licet ea uari
entur et transeant que illi subiecta sunt que
non potest esse iniusta uel mala quia deus est.

Hec ita summa Quod dei uoluntas sue bon
bona uoluntas causa omnium que natu
ralis causa est om raliter sunt cuius causa non
nium que natu est querenda quod nullam ha
raliter fiunt uel facta sunt bet cum sit eterna
futura sunt que nulla precedit est causa
quia eterna est · sed eius causa illius querenda non est ·

Qui enim eius causam hic dicit querere eius cau
querit aliquid ea maius sa querenda non est.
querit cum nichil ea maius sit · Vnde
Augustinus in libro lxxxiii · questionum · Qui querit quare
uoluerit deus mundum facere causam que
rit uoluntatis dei · omnis autem causa efficiens
maior est eo quod efficitur · Nichil autem
maius est uoluntate dei · non ergo eius cau
sa querenda est · Idem in libro primo contra manicheos ·
Si qui dixerint quid placuit deo celum
facere et terram · Respondendum est eis · Qui uo
luntatem dei nosse desiderant causas et
uoluntatem dei scire querunt quod uo
luntas dei omnium que sunt ipsa sit cau
sa · enim · habet enim uoluntas est aliquid quod antecedit
uoluntatem dei quod nefas est credere · Quod

g° dicit quare deus fecit celum et terram: res
pondendum est ei. quia voluit. Voluntas enim
dei causa est celi et terre. et ideo maior est vo
luntas dei quam celum et terra. qui autem
dicit quare voluit facere celum et terram:
maius aliquid querit quam est voluntas dei.
nichil autem maius inveniri potest. Compes
cat ergo se humana temeritas. et quicquid non
est non querat. ne id quod est non inveni
at. Ecce hiis auctoritatibus aperte insinua
tur quod voluntatis dei causa nulla est
et ideo querenda non est. Quod voluntas dei
Voluntas ergo dei prima et summa causa
ut ait aug. in iii. est omnium.
de tri. prima et summa causa est omnium
specierum atque motionum. Nichil enim fit quod
non de interiore atque intelligibili aula
summi imperatoris egrediatur secundum
ineffabilem iusticiam. Unde et iam non operatur
quod vult dei omnipotentis sapientia
que pertendit a fine usque ad finem fortiter
et disponit omnia suaviter. et non solum
ea que preter usitatam consuetudinis admi
racionem non admittunt. sed et que contra
certam et insolitum eventum mira videntur
ut sunt defectus luminarium et terremotus
et monstruosi animalium partus et horum
similia quorum nichil fit nisi dei voluntate
sed plerisque non apparet. Ideo placuit vani
tati philosophorum etiam causis aliis ea tribuere cum
omnino videre non possent superiorem ce
teris omnibus causam id est voluntatem dei.
Item. Non nisi dei voluntas causa est prima
sanitatis et egritudinis premiorum atque penarum
gratiarum et retributionum. Hec ergo sola est.
Unde ortum est quicquid est et ipsa non est
orta sed eterna. Quibus modis in scriptura
Hic non est pre accipitur dei voluntas.
tereundum nobis quod sacra scriptura
de voluntate dei variis modis consuevit

loqui et non est dei voluntas diversa. sed locu
cio diversa est de voluntate. quia nomine vo
luntatis dei diversa accipit. nam volun
tas dei vere ac proprie dicitur que ipse est. et
ipsius essentia est et hec una est. nec multipli
citatem recipit nec mutabilitatem que in
expleta esse non potest de qua propheta ait.
omnia quecumque voluit dominus fecit et
apostolus. Voluntati eius quis resistet. et alibi.
Ut probetis que sit voluntas dei bona et
bene placens et perfecta. et hec voluntas rec
te appellatur beneplacitum dei sive dispositio.
Aliquando Quod secundum figuram dici
vero secundum tur voluntas dei preceptio.
quandam dicitur prohibicio. consilium. permissio.
dei figuram operacio. et ideo pluraliter
voluntas dei dicit scriptura voluntates.
vocatur quod secundum proprietatem non vo
luntas eius. ut preceptio. prohibicio. consilium.
nec non permissio et operacio. Ideo pluraliter
aliquando scriptura voluntates dei pro
nunciat. Unde propheta. Magna opera domini exqui
sita in o. v. eius. cum non sit nisi una vo
luntas dei que ipse est. pluraliter tamen dicit
voluntates quia voluntas dei variis modis
ac pro diversis accipitur. ut dictum est. sicut
et idem propheta pro multos effectus miseri
cordie et iusticie pluraliter dicit. Misericordias
domini in eternum cantabo. et alibi. Ius
ticie domini r. l. c. cum tamen in deo una
sit misericordia. una sit iusticia. et eadem
sit misericordia que iusticia. id est divina
essentia. Quare preceptio et prohibicio et consi
Deo autem lium dicuntur dei voluntas.
preceptio et prohibicio atque consilium cum
sint tria. dicuntur tamen unde quodque eorum dei vo
luntas. quia ista signa sunt divine volun
tatis. quemadmodum et signa ire dicuntur
ira. et dilectionis signa dilectio appellantur.
et dicitur iratus deus. et tamen non est ira in eo aliqua.

Sꝫ signa tm̄ q̄ foris sunt quibꝫ uariis ostendi-
tur ipsius nominantur · i · est figura dicendi · q̄r
quā non est falsum quod dicitur sꝫ ueritatiq;
dicitur · sub tropi nubilo ostendꝫ obumbrat̄.
Et sciendum hos tropos diuerse uoluntates di
dicuntur · q̄r diuisa sunt que p̄ tropū uolun
tas di dicitur. Ꝟ uoluntas di pro precepto
Pro p̄cepto di atq; con consilio habetur:
Pilio potest accipi uoluntas dei · fiat uo
luntas tua · s · in c · ⁊ in tra · ⁊ i qui fecit uolunta
tem patris mei qui in celo est · ip̄e frater me
⁊ soror ⁊ mater est. Et cont̄ hanc uolunta
tem multa fiunt · vn̄ aug̊ in L · de sp̄u · s ·
⁊ Litt · Infideles inquid contra uoluntatem di
faciunt · cum eius euangelio non credunt Q
Et similiter dici deus non uult ab omnibꝫ
fieri omnia que p̄cepit
tur di uoluntas fieri omnia que p̄cepit
ideo qui signa sunt di ꝟ non fieri que prohibet
uine uoluntatis non est tm̄ intelligendum
dm̄ omne illud fieri uelle quod cuicumque
p̄cepit ꝟ non fieri quod non p̄hibuit · p̄cep̄
it abrahe immolare filium nec tm̄ uoluit
nec id p̄cepit ut id fieret sꝫ ut abrahe pro
baretur fides · ⁊ in euangelio precepit sana
to ne cui diceret · Ille autem p̄dicauit ubiqꝫ
intelligens dm̄ non id p̄hibuisse quin uel
let opus suum p̄dicari sꝫ ut daret formam
hominibus laude humana declinandi · De per
Permissio q̄q; missione ⁊ opatione uoluntatis di
di ⁊ operatio uoluntas dicitur dei uoluntas.
di appellatur quare accep aug̊ in enchi dicens
Non fit aliquid nisi uelit omnipotens fieri ꝟ
sinendo ut fiat · ꝟ ip̄e faciendo · nec dubitan
dum ÷ deum facere bn̄ ꝟ sinendo fieri queqꝫ
fiunt male · non hoc nisi iusto iudicio sinit
Et p̄fecto bonum est omne quod iustum ÷
Ecce manifeste hic habes di uoluntatem
appellari ip̄ius opationem ꝟ p̄missionem
cum dicit non fieri aliquid n̄ omnipotens
fieri uelit · ybi meliorꝫ ⁊ bona ⁊ mala omnia
que fiunt · Ibi aperte distiguit quomodo de
um uelle dicit ne eadem ratione intellige
tur uelle bona ⁊ mala subdens ꝟ sinendo
ut fiat · hoc quantum ad mala dicit · ꝟ ip̄e fa
ciendo · hoc quantum ad bona · mala n̄ sinit
fieri sꝫ nec facit · bona uo ip̄e facit · Ideoqꝫ
dicitur enim uelle quia nolens mala sinit
⁊ uolens bona opatur · ⁊ ob hoc p̄missio ⁊
operatio uoluntas dei dicitur. Quinq;
Cumque supposita sunt signa que dicū
q̄ suppo tur secundum tropum ⁊ ideo
sita sunt q̄ distiguit Lector ubicumque
dicuntur · pro unoquoq; eorum accipiatur
secundum tropum dei uolū uoluntas ·
tas quia signa sunt diuine uoluntatis
que una est ⁊ in mutabilis · s · dei benepla
citum · ideoq; diligenter distiguat lector
ū de uoluntate dei scriptura commemo
rat iuxta quem modum accipi oporteat ·
yrum · s · p̄ beneplacito di an p̄ aliquo signo
eius · magna est n̄ adhibenda discretio
in cognitione diuine uoluntatis · quia ⁊ be
neplacitum est dei uoluntas eius sꝫ benepla
citum eius eternum est · Signum uo bene
placiti eius non ⁊ consonat rerum effecti
bus beneplacitum ip̄ius ⁊ ip̄e effectus rerum
ab illo non discordant · fit n̄ omne quod bn̄
placito uult fieri ⁊ omne quod uult non fi
eri nequaquam fit · non autem ita ē de sig-
nis · q̄r p̄cepit deus multis ea que non faci
unt ⁊ p̄hibet que non cauent ⁊ consulit
que non implent. Hic sine quod dictum est
Hic oritur ques di uoluntatem non pos D XLVI
tio dictum ē se cassari que ip̄e est que
n̄ in superioribus dam uidentur obuiare.
⁊ auctoritatibus communitum quod uo
luntas dei que ip̄e uocatur beneplacitum
eius cassari non potest quia illa uolunta
te quecumq; uoluit in celo ⁊ in terra · Cui
teste aplo nil resistit · Querit̄ g̊ q̄ sit

accipiendum sit quod apls de domino ait q
uult homines saluos fieri. Cum ẽ non om
s salui fiant sed plures dampnentur uidetur utique
non fieri quod deus uult fieri humana s.
uoluntate impediente uoluntatem dei. Dns
quoque in euangelio impiam ciuitatem com
pellans. Quociens inquid uolui congrega
re filios tuos sic gallina congregat pullos
sub alas & noluisti. Quasi hec dicantur tanquam
dei uoluntas superata sit hominum uolun
tate & infirmissimis uolendo impedientibus
non potuerit facere potentissimus quod
uolebat. Ubi est ergo illa potentia qua in celo
& in terra secundum pphãm omnia q. u. f.
& quomodo uoluntati eius secundum apostm
nichil resistit sic colligere filios ierlm uolu
it & non fecit. Hec ẽ prodicus plurimum obui
are uidentur. Solo. Quomodo intelligendum

Sed audiamus sit illud uolui congregare
solucionem ac filios & noluisti.
mum quomodo accipiendum sit aliud quod
dominus ait. Videamus non ẽ ex eo sensu
illud dictum est ut ait aug. in ench. pre
dictam soluens questionem quasi dominus
uoluerit colligere filios ierlm & non sit fac
tum quod uoluit quia ipsa noluit. Sed potius
illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit.
quia tamen nolente filios eius collegit ipse
omnes quos uoluit quia in celo & in terra.
non quedam uoluit & fecit. quedam uero uo
luit & non fecit. sed omnia quecumque uolu
it fecit. Ut sit sensus. Quociens uolui congre
gare filios tuos & noluisti. i. quotquot con
gregaui uoluntate mea semper efficaci
te nolente feci. Ecce in euidenti positum est
quia illa dicta ueritati superioribus non repug
nant. Quomodo intelligendum sit illud quod

Nunc ubi uult homines omnes saluos fieri.
uidere restat quomodo & premissa uerba apli
dictis non contradicant. qui de deo loquens
ait. Vult omnes homines saluos fieri. Quorum
occasione uerborum multi a ueritate deuiarunt
dicentes dm multa uelle fieri que non fiunt
sed non est intelligendum ea racione illud
esse dictum quasi deus uoluerit aliquos salua
ri & non saluentur. Quis ẽ tam impie desi
piat ut dicat dm malas hominum uolun
tates quas uoluit & quomodo uoluit & ubi uo
luit in bonum non posse conuertere. non est
utique uerum quod in ps. salmi dicitur. quecumque
uoluit fecit. quando ne fieret quod uolebat om
nipotens uoluntas hominis impediuit. Iam
cum audimus & in sacris litteris legimus quod
uelit homines saluos fieri. nec tamen ideo debemus
omnipotentissime dei uoluntati aliquid de
rogare. sed ita intelligere quod scriptum est uult omnes
homines saluos fieri tanquam diceretur nullum
hominem fieri saluum nisi quem fieri ipse uoluerit
non quod nullus sit hominum nisi quem
saluum ipse fieri uelit. sed quod nullus fit saluus
nisi quem uelit saluari & ideo rogandus est ut ue
lit quod necesse est fieri si uoluerit. non est ẽ
credendus omnipotens aliquid uoluisse fieri
quod factum non sit. Sic & intelligitur illud. illumi
nat omnem hominem. u. in h. g. non quia
nullus hominum est qui non illuminetur. Sed
quia nullus nisi ab illo illuminatur. Potest & alio

Modo illud intelligi dum tamen credere non coga
mur omnipotentem aliquid uoluisse fieri fac
tum que non esse quem sine ullis ambiguitatibus
sicut in celo & in terra sicut ueritas cantat omnia
quecumque uoluit fecit. profecto facere non uoluit
quodcumque non fecit. Ex hiis aperte ostenditur
quod deus ea uoluntate que ipse est non uult aliquid
fieri quod non fiat neque non fieri quod fiat.
Deo cum constet Utrum mala dei uoluntate
omnia bona que fiant an eo nolente.
fiunt eius fieri uoluntate que si fieri nollet
nullatenus fierent. Recte queritur utrum
culpe & mala omnia que fiunt. i. peccata

dei uoluntate fiant an eo nolente fiant. Sup
h' diuersi uarie sencientes t' d' contⁱᵃ dicere inue
niuntur. Alii .n. dicunt quod deus uult ma
la ee ul' fieri. non tn̄ uult mala ee ul' fieri.
In hoc tn̄ conueniunt t' hii t' illi quod utiq
fatentur dm̄ mala non uelle. ytz uo ra
cionibz atq auctoritatibz innituntur ad mu
niendam suam assercionem. Quare dicitur

Quidam .n. dicunt deum uelle mala ee uel fieri. quidam dm̄ uelle ma
le ee uel fieri.

fieri suam hiis modis muniᵍᵘⁿᵗ intencionē.
Si .n. inquiunt mala non ee ul' fieri uellet.
nullo m̄ essent ul' fierent. q, si uult ea nō
ee t' non fi non potest id efficere. t' ut non
sint ul' non fiant uoluntati eius t' potentiae
aliquid resistit. t' non est omnipotens. quia
non potest omne quod uult. S; impotens ē
sicut t' nos sumus qui quod uolumus q̄nz
non ualemus. S; quia omnipotens est t' in
nullo impotens. certum est non posse fieri
mala ul' ee nisi eo uolente. Quō .n. eo inuito
t' nolente posset ab aliquo malum fieri cū
scriptum sit. Voluntati eius quis resistet. Su
per h' dix aug'. quod necce est fieri si uoluit.
S; uult mala fieri aut non fieri. Si uult
non fieri. non fiunt. fiunt aūt. uult g' fieri.
Et bon̄ ē mala esse ul' fieri. Alioquin summe
bonus non pmitteret ea fieri. Vn̄ aug' in
enchir. quāuis ea inquid que mala sunt in q̄n
tum mala sunt non sunt bona. tn̄ ut non
solum bon̄ s; et ut sint t' mala bonum est.
nam n' ee t h' bonum ut essent t' mala nullo
modo ee sinerentur ab omnipotenti bono
cui pculdubio quam facile ē quod uult facere
t' facile ē quod non uult ee non sinere. Greg'
sr' genesim. deus alia concedit ppiciu'. alia
pmittit iratus t' que permittat sic tolerat
ut in usum consilii uertat. Vn̄ fit ut q' fit sū
di uoluntate agat. voluntati contrarium n'
sit. Vn̄ magn̄ opa dm̄ exq'sita t' c' h' n' creda

mus penetrat nostra confessio. qua nō
in patrem omnipotentem credere confite
mur. Ecce hic apte habes quod bonū ē mala
ee. omnis .n. boni deus auctor ē. qui uult ee
bonum ee quod ē. Cum g' sit bonum mala
fieri ul' ee t' uult mala fi ul' ee. Hiis atq aliis ra
tionibus t' auctoritatibus nituntur qui dicunt
dm̄ uelle mala ee ul' fieri. Hic ponit rationem

Alii uo qui dicunt uo rationes illorum qui dicunt
luntate mala non dei uoluntatem non
fieri ul' non ee. Inductionibz fieri mala.
premissis ita. sidunt dicentes. dm̄ nec nolle
mala fi. nec uelle non fieri t' nolle fieri. s;
tn̄ non uelle fieri. Si .n. uellet ea fiez ul' ee.
faceret utiq ea fieri ul' ee. t' ii esset auctor ma
lor. ut scor' pbant auctes. non g' eius uo
luntate fiunt mala. Item si nollet mala fi
eri ul' nollet non fieri t' tn̄ fierent. omni
potens non eet. cum eius uoluntas huma
ne uoluntatis effectu impediretur. Idcirco
non concedunt dm̄ uelle mala fi. ne ma
lor' auctor intelligatur. nec concedunt
eum uelle mala non fieri t' nolle fieri.
nec impotens uideat'. s; tn̄ dicūt eū
non uelle mala fieri ut non auctor set
pmissor malor' monstret. Vn̄ t' euangelis
ta ā ostendit deum auctorem ee omniū
bonor' dicens. omnia p ipsum facta sunt
consequenter malorum auctorem ee negat
dicens. t' sn̄ ipso fcm̄ ē nich' .i. peccatum.
non dixit per eum factum ee ul' meo nolē
te t' inuito. S; tn̄ sn̄ eo .i. sn̄ eius uoluntate
te q' non eius uoluntate fit peccatum.
non g' eo uolente t' nolente s; non uolēte
fiunt mala. q' non sbest dei uoluntati ut
malum fiat t' non fiat. s; non fieri sinat.
q' bonum ē sinere mala fieri t' utiq uolēs
sinit non uolēs mala. s; uolens sinere sinit
ut ipsa fiant. quia nec mala sunt bona nec
ea fieri uel esse bonum est.

Quod si aug. Quomodo sit illud intel
ligit mala fi. ligendum augi. mala fi.
bonum est nesi meient. bonum est.
mala ab omnipotenti bono fi. non h. eet bo
num ut ea essent. ea racione dictum ee
asserimt q ex mal. que fiunt deus bona
elicit nec ipe pmitteret ea fi. n. deus ad be
ne faret. vn aug. in eod. li. in ench. apte
indicans pdictorum ibor. talem ee intel
ligenciam ait. Deus omnipotens c. rez.
est suma potestas. cum summe bonus sit
nullo modo sineret aliquid mali ee in opi
bz suis n. ut ad eo esset omnipotens t bon
ut bn faceret et de malo. Item in eodem. ex
Luis iudicauit deus de malis bona facere q
mala nulla pmittere. Ex h. iz sensu dictum
est ac uerum est bonum ee mala fi. q ex
mal. que fiunt bonis qui sedm ppositum uo
cati sunt sci. accidit bonitas. v. utilitas. tali
bz n. ut ait apls. in bonum coopant. omnia
et mala quia eis psunt q aliis facientibus
obsunt. vn et aliquando in scriptura legit
malum appellari bonum ut Jer. sup mar
cum. malum aliquid uide bonum fuit. s. no
bis. nec si bonum e. illi ul illi. Jn sequitur
quod simpliciter bonum sit. Ibi n. ac simplr
bonum est quod in se t facienti bonum e
est. n. Quadripartita boni operacio.
Est aliquid quod in se bonum e. t e. fit. Set
non est bonum facienti ut cum subuenitur
paupi. s. non pp deum t aliquando bonum in
se t facienti. s. ei cui fit. ut cum ueritas
pp deum alicui non obedienti pdicatur
t aliquid in se t facienti. t cui fit bonum.
ut cum ueritas pdicatur pp dm credenti.
vn apls. Bonus odor sumus deo. aliis o
dor uite. aliis odor mortis. Est autem aliud
q nec in se bonum e. t facientem dampnat
nisi peniteat ut malum ualet tn. ad ad
n. ut ait aug. in ench. a summe t eq. l. te
t inmutabilit. bona t. inmate creata sunt
omnia. nec summe nec equalit. nec inmu
tabilit. bona. s. tn bona et singla. simul uo
uniusa ualde bona. q ex omnibz consistit
uniusitatis admirabil pulcritudo in qua et
illud quod malum dicitur bn. ordinatum
in loco suo positum eminencius gmendat
bona ut magis placeant t laudabiliora sit
dum compantur mal. Q mala uniuersi
Unde patet tati ualent t facientibus sua
quod ex ma ppria ul facientibus alien
lis que fiunt aliqd. prosunt tn electis dei
pueniunt bonum dum bona mag. placent
laudabiliora existunt. ipsis et facientibus
ex mal. que faciunt interdum bona uem
unt si secundum propositum uocati sunt
sci. talibz n. ut ait aug. in li. de correctioe
t gra. vsq. a deo deus omnia cooperatur in
bonum. ut si qui hor. deuiant t exorbitant
et h. ipsm eis faciat pficere in bonum. q hu
miliores redeunt atq. doctiores ut petrus.
Illa et mala que ab iniquis fideles pfe
runt. ut ait aug. in li. d. c. ipsis utriq. p
sunt ul ad demenda peccata ul ad exten
dam pbandam qua iusticiam t ad demon
strandam huius uite miseriam. Jer. t Job
dei manum t apls sathane stimulum se
sit t utrique profecit q malum bn. por
tauit. Ex predictis concludit ostendens
Si quis non esse bonum fieri mala. multis
q diligenter attendat que scp modis
ta sunt facile est eipape ex malis bona
puenire t ex ea racione dictum ee quod bo
num e. mala fieri ul ee. non quia malum
sit bonum ul q bonum sit malum fieri.
non e. n. bonum malum fieri ab aliquo
quia non e. boni ut aliquis faciat malu
si n. h. eet bonum pfecto hui. deus auc
tor omnis boni. q si h. auctor deus esset eo
g auctore homo agit malum t ieo auctore

homo fit deterior. et si eo auctore fit homo
deterior, tunc eo volente fit homo dete-
rior. Idem est enim dicere aliquid fieri deo aucto-
re quod deo volente. Deo autem auctore
non fit homo deterior, ergo nec deo volente.
Unde Augustinus in libro lxxxiii. questionum aperte
astruit a minori dicens sic: Nullo sapiente
auctore homine fit homo deterior. tanta
enim est ista culpa que in sapientem ho-
minem cadere nequit. Est autem deus
omni homine sapiente prestantior. Multo
ergo minus deo auctore fit homo deterior.
Multo enim est prestantior dei voluntas quam
hominis sapientis. Illo autem auctore cum
dicitur, illo volente dicitur. Est ergo vici-
um voluntatis quo est homo deterior.
quod vicium si longe abest a dei volun-
tate, ut ratio docet, a quo sit querendum
est. Ecce aperte hic dicit Augustinus deo auctore
vel volente hominem non fieri deteriorem. Si-
militer voluntatis sue. Non est ergo deo auctore
quod malum fit ab aliquo. et ideo vole-
nte mala non fiunt. Quod in deo non est cau-
Deinde idem Augustinus sa ut sit homo deterior.
querens que sit causa ut sit homo
deterior. in deo non esse asserit in eodem libro
sic dicens: Ut sit homo deterior. aut in ipso
est aut in alio aut in nichilo. Si in nichilo,
nulla causa est. Si in alio, aut in deo aut in alio
quolibet homine aut in eo quod neque deus
neque homo sit. Sed non in deo. Bonorum enim tamen deus
causa est. Ergo aut in homine est aut in eo quod nec deus
nec homo aut in nichilo. Ex his aperte
ostenditur quod non est bonum ut sit homo
deterior. quia deus non est eius rei causa
qui tamen bonorum est causa. Et si non est bonum
ut homo fiat deterior, non est ergo bonum ut ab eo
fiat malum. Non ergo vult deus ut ab eo fiat
malum. Aliter probat quod deo auctore
non fiunt mala.

Item aliter ostendit quod deo auctore vel vole-
nte non fiunt mala. quia ipse causa non est tendendi ad non
esse. tendere enim ad non esse malum est. Ipse autem
auctor mali non est. Tendit enim ad non esse quod operatur
malum. Non ergo deo auctore est quod aliquis operatur
malum. Non est bonum quod aliquis operatur
malum, quia tamen bonorum deus auctor est. Hoc autem
Augustinus in eodem libro aperte replicat sic dicens:
Quisquis omnium que sunt auctor est et ad cuius
bonitatem id pertinet ut sit omne quod
est bonum, tamen non causa est. Quocirca mali auc-
tor non est. et id ipse summum bonum est a quo
in nichilo deficere bonum est. et malum deficere
est. Non ergo causa est deficiendi, id est tendendi ad
non esse. qui ut ita dicam essendi causa est. Ecce
omnium que sunt auctor est. que in quantum sunt bona
sunt. Ecce aperte habes quod deficere a deo
qui est summum bonum malum est. Malum ergo
facere malum est. Non ergo deo auctore vel
volente mala fiunt. Obiectio quorundam so-
Sed iam sufficienter ostensum phistica qua proba-
sum est quod deo auctore re intimatur ex-
re non sunt mala. Quidam tamen dicere quod mala
autem sophistice incedentes et ideo fiunt
deo odibiles, probare conantur. Ex eo
auctore esse quod mala fiunt. Hoc modo quod
mala fiunt verum est. Omne autem verum
quod est a veritate est que deus est. a deo ergo est. Quod
autem omne verum a deo sit, confirmant
auctoritate Augustini in libro lxxxiii. questionum
dicentes: Omne verum a veritate verum est.
est autem veritas deus. Deum ergo habet auctorem
omne verum. Est autem verum quod mala fiunt. vel sunt
deo ergo auctore est quod sunt vel fiunt mala.
Quibus facile est nobis Responsio ubi concedit
respondere. Sed indignum omne verum a deo
responsione videtur quod dicunt esse sophisma apertum
omne namque verum a deo est. Ut enim ait Augustinus, item
et concordat Ambrosius, contractans illud in libro
apostoli: Nemo potest dicere dominus Ihesus nisi in spiritu sancto, dicit

quia omne verum a quocumque dicatur a Spiritu sancto est. Cum ergo verum sit quia mala sunt, verum quod dicit illa locutione, scilicet mala fieri a Deo; sed non inde sequitur quod a Deo fiant mala. Fiat sicut et hodie dicere minor maiori de celesti [illegible] gereretur quod ex suo malo sententiam ostendit contra philosophos. Fuerit vel fuerit [illegible] contra philosophos verum non sequitur.

Hoc et alia huiusmodi **sententiam omnium approbat mox diametro reliquorum qui dicunt deum non velle vel permittere** questionis **mala fieri.** [illegible] sanctorum testimoniis plenius approbatur. Dicamus ergo deum non velle mala fieri, nec tamen velle fieri, nec nolle fieri. Omne enim quod vult fieri fit, et omne quod vult non fieri non fit. Sunt autem multa que non vult fieri, ut omnia mala.

D. XLVII

Quod voluntas Dei semper impletur de homine quocumque se vertat.

Voluntas quippe Dei semper efficax est, ut fiat omne quod velit et non fiat quod nolit, que de homine semper impletur quocumque se vertat. Unde Augustinus: Tibi arbitrio constitutum supra voluntatem Dei est, si facias contra voluntatem eius, quod ipse est; non putandum: in [illegible] velit fieri et non fiat, et nolit fieri et fiat. Illa enim voluntas, ut ait Augustinus in Enchiridion, semper impletur aut de nobis aut a nobis. De nobis impletur sed tamen non implemus, cum quando peccamus; a nobis impletur, cum bonum facimus. Ideo enim faciamus quod sibi placet Deo in de homine semper implet suam voluntatem, quia non facit homo de quo Deus non operetur quod vult. Non enim vult Deus ut peccet homo, quamvis si peccaverit penitentiam vult, post ut vivat. In peccatis nec perseverantem permittere non facere potentiam contumax non evadat. Sic alios ab eterno preparavit ad penam, in alios preparavit ad gloriam. Et [illegible] magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Exquisita sapienter, ut cum angelica et humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, et per eandem creature voluntatem qua factum est quod creator noluit, impleret ipse quod voluit, bene utens et malis tamquam summe bonus ad eorum salutem damnationem quos iuste predestinavit ad penam, et ad eorum salutem quos benignitate predestinavit ad gloriam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus voluerunt quantum in ad omnipotentiam Dei nullo modo id facit voluntatem. Hoc quippe non quod contra voluntatem fecerit de ipsis facta; voluntas eius, propterea namque magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, ut miro et ineffabili modo non fiat preter eius voluntatem quod etiam fit contra eius voluntatem, quia non fieret si non sineret, nec utique nolens sinit sed volens, nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens et de malo posset facere bene. His verbis evidenter monstratur quod voluntas Dei eterna semper impletur de homine, et si facit homo contra Dei voluntatem. Sed attendendum est diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei voluntatem, non fiat preter eam. Et qualiter intelligendum sit illud: quantum ad se fecerunt quod Deus noluit, quantum vero ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere valuerunt. Videtur enim ista superioribus obviare, ubi dictum est: voluntati eius non resistere. Hoc

Verum non supersedendum incipit dicere diversis modis accipi Dei voluntatem.

Verum non supersedendum. Diximus voluntas Dei diversis modis accipitur, que diversitas in predictis verbis si diligenter notetur non in contradictionis reperietur. Cum enim dicitur non fieri preter eius voluntatem, quod fit contra eius voluntatem, dissimiliter accipitur voluntatem, et non ipsam voluntatem que Deus est et sempiterna, sed eius signa, preceptionis, vel prohibitionis intelligi voluit, id est prohibitionem suam preceptionem et permissionem. Multa enim fiunt contra Dei preceptum vel prohibitionem, que tamen non fiunt preter eius permissionem. Ipsius namque permissione omnia fiunt mala que tamen preter eius voluntatem sempiternam fiunt. Sicut Augustinus dicit super illum locum psalmi: Quod non loquatur os meum opera hominum; opera enim hominum dicit ea que mala sunt, que preter dei voluntatem fiunt, que ipse est; sed non preter eius permissionem que ipse non est. Appellatur tamen ipsa Dei voluntas, quia Deus volens sinit mala fieri, et contra eius preceptionem et prohibitionem. Sed non contra eius voluntatem que ipse est, non dicantur contra eam fieri, quia preter eam fiunt contra eam quippe non in fit non velit fieri et non fiat vel nolit fieri et fiat. Quod eidem in Augustinus notavit ubi ait: quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret: fecerunt contra Dei preceptum quod appellatur voluntas.

Sʒ n̄ fecerunt ꝯ dei uoluntatē ꝯpotētē. q̄ꝛ h̄ n̄
ualuerunt. stud ꝯ ualuerūt .i. ꝓ h' q' fecerūt ꝯ
dī uoluntatem .i. ꝑceptū. de ipūs facta ē uolūtas
ei. .i. impleta est uoluntas. s. ꝑpenā q̄ eos dāp
nari uolebat. Vn̄ gḡ. sup genesim. cōtra uolū
tatē dī pagunt. ūn̄ mutare contendunt. + con
silio eius resistentes obsequūtur. q̄ꝛ h̄ ei dispositi
onem mutat quod ꝑ humanum studium
resistat. Hic apte ostendit̄ q̄ꝛ dū mali ꝯsilio
ac ꝑcepto dei resistunt quod dei uoluntas ap
pellat̄ ea faciunt. ūn̄ uoluntas ei q̄ ipse implet̄
q̄ dispositio ul' bn̄placitum uocat̄. nam ut
ait aug' in ench. q̄n̄ tales sint uoluntates an
gloꝝ ul' hominum bonoꝝ ul' maloꝝ ul' illud
quod deus ul' aliud uolentium qm̄ deus om
nipotens uoluntas ei semꝑ inuicta ē q̄ nūq̄
eē ꝑ que ꝑ dum mala irrogat + iusta est +
profecto q̄ iusta est mala n̄ ē. deus ꝯ omni
potens siue ꝑ misericordiam cui uult misereꝫ
siue ꝑ iudicium quem uult obdurat n̄ūque
aliq' facit n̄ n̄ uolens aliquā facit + omnia
q̄cumꝫ uult facit. Summatī colligit summam ꝑ
dictoꝝ addens q̄n de ꝑcep

Ex p̄dictis liquet
ex uoluntas dei. omībꝫ bon̄ fac̄ + nulla uitare
q ipse ē semꝑ inuicta. cum n̄ uelit h' ab oībꝫ imple
n̄ in aliquo cessat̄ sꝫ ꝑ omnia implet̄. ꝯsilium ū
uo ei atq; ꝑcepto sīt ꝓhibitio ab omnibus
īplet̄ quībꝫ ꝑposita + data sunt. ut ꝫ ideo ꝑ
cepit omnibꝫ bōa ul' ꝓhibuit mala ul' ꝯsuluit
optima quod uellet ab omnibꝫ bon̄ que ꝑce
pit fi' ul' mala q̄ ꝓhibꝫ uitari. si n̄ uellet
utiꝫ insierent q̄ꝛ in nullo ꝑ ab hōie supari
ul' īpediri eius uolūtas. sꝫ ū iustitiā suā bōibꝫ
ostenderet + mali essent ī excusabiles. demꝫ
ut boni ex obedientia gloriam. ꝯtra ex ī obe
dientia penam sortirent̄. sic uelꝫ ab etno ꝑ
parauit. Ea g̃ q̄ omnibꝫ ꝑcepit ul' ꝓhibuit a
quibusdā uoluit fi' ul' uitari. sꝫ n̄ ab oībꝫ + q̄dā
ꝑcepit fi' ī uelle + ī noua lege q̄ ab eis ꝯbus
ꝑcep̄ n̄ uoluit ut abrahe de imolatione filii

+ in euangelio quibusdā curatis dn̄s ꝑcepit ne cui dicerent.

Sciendū q̄ꝫ est. q̄ꝛ aliqn̄ hō bōa uolūtate uult
aliqn̄ mala. q̄m̄ d'. aliqñ + mala idē q' de bōa
ē uoluntas hōis idem uolentis uolūtate uult.
q' d' uult fi' + aliquando bona ē uoluntas hōis
aliud uolentis q̄m̄ deus. Vt ꝫ bona sit uolūtas
hominis oꝫ attēde q̄d ꝯgruat ei uelle + quo fine
tn̄ ꝫ interest int' uoluntatem dī + uolūtatē
hominis q̄ ī qb̄ꝫ dā aliū ꝯgruat deo uelle. aliū hominī.
Vn̄ aug' in ench. aliqñ in quid bon̄ uoluntate
hō uult q̄d q' d' n̄ uult. bōa multo amplius multo
q̄ certius uoluntate. nam illius mala uolun
tas eē nūq̄m̄ ꝑ. tālqm̄ si bon̄ fili' p̄rem uelit
uiuē quē de' bona uoluntate uult mori + ꝛ sum'
fi' ꝑ n̄ h' uelit hō uoluntate mala q' d' uult bōa.
uelud si malus filius uelit p̄rem mori uelit
ꝑ h' de' + nēpe ille uult q' de' n̄ uult. Iste uo id
uult + de' + tn̄ bōe dei uolūtati pietas illi' poc'
ꝯsonat q̄ꝛ uulāti uolentis q̄m̄ h' id uolentis ipi
etas. ꝯtrā ꝫ int' quid uelle hōi q' deo ꝯgruat.
+ ad quem finē suā q̄s referat uolūtatē ut
approbet̄ ul' impleat̄. poꝫ ꝫ uelle bonū q' nō
ꝯgruit ei uelle + poꝫ uelle bonum q' ꝯgruit. sꝫ q̄d
non refert ad finem rectum + id n̄ ē bōa uolūtas.

Illud q̄ꝫ nō q̄ꝛ bon̄ dī uoluntas ꝑ malas hōim uo
luntates implet̄ ī in passione x' ꝯtigit ī ꝯtendi
tendum fe ū. q' d' bō + iudei mala uolūtate uo
lū aliqn̄ luerūt. Voluerūt tn̄ + id q' de' n̄ uoluit.

C.XLVIII

Dī uolūtas bon̄ ꝑ malā hominis uoluntatē
implet̄ ut in crucifixione x' fcm̄ ē. q̄m̄ d' bō uolū
tate mori uoluit. Iudei ū ipsa uoluntate eū
crucifixerunt + uolebāt iudei mala uolūtate q̄dā
q' deus bona uoluntate uolebat. s. ū x' pateret̄ +
moreret̄. sꝫ uolebāt + ad aliud q' d' nō uolebat
s. occidere x'. q' fū mala ocīo + ꝑ m̄ electū q̄ ipse ui
deoꝝ n̄ uoluit deus. passionē uo x' uoluit. Sic
ī ps. x' ad p̄rem ait. Tu ꝯgnouisti sessionē meā
.i. uoluisti + approbasti passionē meā. ē ꝫ pla
cuit. uoluit ꝫ tota trinitas ut x' pateret̄ n̄ tn̄ uo
luit ut iudei occiderent. q̄ꝛ noluit peccatū x'pi.

[illegible] de [illegible] voluit christus pati [illegible] deus [illegible] intelligitur [illegible] de volunte christi sustinere passionem [illegible] [illegible] [illegible] intelligitur [illegible] de velle [illegible] [illegible] [illegible]

sed non voluit eum pati iudeorum et tamen voluit. Si enim voluisset non fecissent. Oppositio

Set ad hoc opponitur sic. Si voluit deus ut christus pateretur vo-
luit utique ut pateretur a iudeis vel non. Si voluit ut
non pateretur a iudeis cum passus sit factum est contra
quod deus voluit, quod fieri non potest. Si autem voluit eum pati a iudeis
ergo voluit eum occidi a iudeis. Voluit ergo ut iudei
occiderent eum. Ad quod respondentes dicimus simpliciter
concedendum esse quod deus voluit christum pati mori quia eius
passio bonum fuit et causa nostre salutis. Cum autem dicitur volebat
pati vel occidi a iudeis hoc distinguendum est. Si enim in-
telligitur sic volebat eum sustinere passionem
suam crucifixionem a iudeis illatam verum est sensus.
Si vero intelligitur sic volebat ut iudei occiderent
eum falsum est. Non enim volebat deus actionem
iudeorum que mala erat sed volebat passionem
bonam et hoc voluntas per malas iudeorum volun-
tates impleta est. Unde augustinus in enchiridion: Deus quasdam
voluntates suas utique bonas implet per ma-
lorum hominum malas voluntates sicut per malivo-
los iudeos bona voluntate patris christus pro nobis occi-
sus est, quod tamen bonum fuit ut apostolus petrus quando id
fieri nolebat sathanas ab ipso qui occisus est diceretur.
Ecce manifeste habes magnum bonum fuisse
quod christus occisus est et hoc bonum quia petrus nolebat ideo re-
darguitus est. Utrum placuerit bonis quod christus pateretur

Et quo solvitur. Moreretur placuit quidem inimi-
cis quoque que neque nostre liberationis sed nec ipsi curaverunt.
Solet utrum inter sanctos placere debuit quod christus
pateretur vel occideretur. Debuit enim placere eis
intuitu nostre liberationis vel redempcionis sed
non intuitu eius cruciatus. Voluerunt ergo ac ve-
hementer cupierunt christum mori pro liberatione
hominis et impletione divine voluntatis sed non
voluerunt dilectionem ipsius afflictionis. De eodem
ergo delectabantur et contristabantur. Sed ob aliud gau-
debant et propter aliud dolebant. Volebant ergo christum mori pro
hominis redempcione et tamen de morte ipsius dolui sicut
decuit sicut corda eorum vane movebantur. Quomodo secundum
sit de passionibus sanctorum an velle an nolle debeamus.

Si vero queritur utrum eodem modo sentiendum
sit de passionibus et martiriis sanctorum,
dicimus aliquam esse differentiam inter passio-
nem capitis et membrorum. Christi namque passio causa est
nostre salutis quod non est passio alicuius sancti.
Nullius enim passione redempti sumus nisi christi. Profue-
runt quidem non modo eis qui passi sunt. Verum
et aliis fidelibus sanctorum passiones. Verumtamen nostra re-
dempcio non sunt. Hoc enim illius sola passio po-
tuit qui deus est et homo. Illius ergo passionem esse
decentem pie mentes voluerunt et optaverunt
sicut futuram credebant. Passiones vero sanctorum
possumus velle et nolle et utrumque bona vo-
luntate si rectos nobis proponamus fines.
Cui enim placuit passio pauli eo fine quia pre-
mium eius per hoc auctum et patientiam cernebat
bonam videtur habuisse fidem voluntatem que
voluntati eius congruebat qua cupiebat dissol-
vi et esse cum christo. Qui autem voluit eum declinare
passionem et effugere manus inimicorum con-
passione pietatis et ille bonam habuit volun-
tatem. Unde augustinus in enchiridion: Bone apparebant
voluntates piorum fidelium qui volebant apostolum
paulum ierusalem pergere ne ibi pateretur mala que agabus
propheta predixerat et tamen hoc illum deus pati volebant
pro annunciando fide christi exercens martyrem christi.
Nec bonam voluntatem suam ipse implevit
per christianorum voluntates bonas sed per iudeorum
malas et ad eum potius pertinebat qui nolebant quod volebant
quam illi per quos volentes factum est quod volebant
quia id ipsum mala voluntate fecerunt quod deus bona
voluntate voluit. In ipsa passione christi factum est. Sic enim deus
voluit. Hoc idem iudas, iudeus et dyabolus. Sed
illi mala voluntate scilicet ut christus moreretur
veruntamen illi actum voluerunt que deus non voluit.

Hic finitur primus Liber de misterio tri-
nitatis. Incipit secundus de rerum creacione
et formacione corporalium et spiritualium
et aliis pluribus pertinentibus.

Tantum bonum fuit mors christi quod petrus eam
impediri cupiens ab ipso sathanas iudicatus est.

·I· Quod unum principium. Incipiunt capitula in secundo libro. Quod unum est principium, et non plura. Libri ·II·
·II· Quid sit creare, quid facere.
·III· Pre[p]terea secundum quam intentionem dicuntur deus creasse et cetera fuerat agere.
·IIII· Rationalis creatura que facta sit, id est homo vel angelus.
·V· Quomodo de homine factus sit reparatione angelici casus.
·VI· Quare homo sit constitutus ut unita anima corpori sit.
·VII· De angelis quando facti sunt.
·VIII· Quod nil factum est ante celum et terram.
·VIII· Quod simul cum tempore et cum mundo cepit spiritualiter creatura et corporalis.
·IX· Ubi angeli mox creati fuerint.
·X· Quod simul creata est invisibilis materia et invisibilium natura et utraque informis.
XI· Quomodo dixerit lucifer ascendam in celum.
XII· Quales facti fuerint angeli.
XIII· An omnes angeli sint in essentia equales, sapientia, libertate arbitrii.
XIIII· Que quia et equalia habuerint angeli.
XV· An boni vel mali creati sunt et an aliqua mora inter creationem et lapsum fuit.
XVI· De triplici sapientia angelorum ante casum vel confirmationem.
XVII· An aliquam habuerit dilectionem illi sui ante casum.
XVIII An perfecti et beati creati sunt.
XIX· An miseri et imperfecti.
XX· De confirmatione et aversione et lapsu cadentium et conversione stantium.
XXI· De libero arbitrio breviter tangitur.
XXII· An aliquid datum fuit stantibus quo converterentur.
XXIII· An lapsus sit imputanda aversio.
XXIIII· Utrum beatitudinem quam acceperunt in confirmatione stantes meruerint per amorem et apposita gratiam.
XXV· Quod de maioribus et minoribus quidam ceciderunt inter quos unus fuit excellentior scilicet lucifer.
XXVI Quando et quo deiecti sunt.
XXVII· Quare non est eius confessum ut iterum.
XXVIII· De habitationibus demonum.

An omnes demones sint in hoc aere caliginoso vel aliqui in inferno. XXIX·
De potestate luciferi XXX·
An demones semel victi a sanctis ultra accedant ad ipsos vel alios. XXXI·
Utrum boni angeli peccare possint vel mali recte vivere. XXXII
Quod cum utrique habeant liberum arbitrium non tamen ad utrumque flecti possunt. XXXIII·
Quod post boni confirmationem liberi arbitrii amiserunt quam ante. XXXIIII·
Quomodo possunt peccare ex natura sicut ante. XXXV·
Quibus modis mali angeli noscant veritatem temporalium rerum. XXXVI·
Quod magice artes virtute et scientia diaboli valent que est ei a deo. XXXVII·
Quod mali angeli non sunt ad nutum suum in usibus rerum. XXXVIII·
Quod non sunt creatores licet per eos [magi] ranas et alia fecerunt. XL·
Quod solus deus sic operatur creationem rerum sicut iustificationem mentis. XLI·
Quod angeli mali multa possunt per naturae vigorem que non possunt propter dei prohibitionem. XLII·
Utrum omnes angeli corporei sint. XLIII·
De formis quibus apparuit deus et de illis in quibus angeli apparuerunt. XLIIII·
Quod deus in specie in qua deus est numquam apparuit mortalibus XLV·
Quomodo dicuntur demones in homines intrare. XLVI·
De ordinum distinctione. XLVII·
Quid appelletur ordo et que sit ratio nominis eorum. XLVIII·
Quod nomina illa sumpta sunt a donis gratie non propter se sed propter nos eis data. XLIX
Utrum hii ordines ab initio creationis distincti fuerint L·
Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales. LI·
Quomodo dicat scriptura decimum ordinem compleri de hominibus. LII·
Utrum homines assumantur iuxta numerum vel lapsorum spirituum LIII·
An omnes celestes spiritus mittantur.
An mychael gabriel sint nomina ordinum vel spirituum LIIII·
Quod singule anime habeant angelum bonum LV·

ad custodiam malum ad exercitium.
lvi. Utrum angeli proficiant in merito et premio usque
ad iudicium
lvii. De distinctione operum vi. dierum.
lviii. Quod alii senserunt omnia simul facta in materia
et forma alii per intervalla temporum.
lix. Quomodo per intervalla temporis res corporales condite sunt.
lx. Quo sensu tenebre dicantur esse aliquid: et quo di-
cantur non esse aliquid.
lxi. Quare illa materia confusa sit dicta informis
et unde ad se produxit et quantum in altum procedit
lxii. De .iiii. modis divine operationis.
lxiii. De prima distinctione operis.
lxiiii. De luce facta primo die si spiritualis an corpora-
lxv. lis fuerit. Ubi facta sunt. Quibus modis
accipiatur dies.
lxvi. De naturali ordine computationis dierum et
de illo qui per misterio introductus est.
lxvii. De intelligentia horum verborum dixit deus.
lxviii. Ex quo sensu dicitur operari deus in filio vel per filium.
vel in spiritu sancto.
lxix. De opere secundi diei quo factum est firmamentum.
lxx. Quod celum tunc factum dicitur intelligi.
lxxi De qua materia factum sit.
lxxii. Quomodo aque dicantur esse super celum et quales sunt.
lxxiii. De figura firmamenti.
lxxiiii. Quare tacuit scriptura de benedictione operis dei huius.
lxxv. De opere tercii diei quando aque congregate sunt in
unum locum.
lxxvi. Quomodo omnes aque congregate sunt in unum
locum cum multa sint maria et flumina.
lxxvii. De opere quarti diei quando facta sunt luminaria.
lxxviii. Quare sunt facta luminaria.
lxxix. Quomodo accipiendum sit in signa et tempora.
lxxx. De opere quinti diei: quo facta sunt natalia
et volatilia.
lxxxi. De opere vi. diei quo creata sunt animalia et
reptilia terre.
lxxxii. De venenosis et noxiis animalibus.
lxxxiii. Utrum minuta animalia tunc creata fuerint.

Quare post omnia factus est homo. lxxxiiii.
De sentencia illorum qui simul omnia facta contendunt. lxxxv.
Quomodo intelligenda sit requies diei .vii. lxxxvi.
Quomodo accipiendum sit quod dicitur deus complesse opus lxxxvii.
suum vii. die cum tunc quieverit.
Quod omnia a deo facta sunt dicuntur valde bona. lxxxviii.
De sanctificatione .vii. diei. De hominis causa creatione. lxxxix.
Qualis sit factus homo. xcv.
De ymagine et similitudine ad quam factus homo. xcvi.
Quare homo dicatur ymago et ad ymaginem factus xcvii
non ad ymaginem.
De creatione anime an de aliquo facta sit. xcviii.
De insufflatione et inspiratione dei. xcix.
Quomodo facta sit anima an in corpore an extra. c.
In qua etate factus sit homo. ci.
Quare homo extra paradisum creatus in paradiso sit positus. cii.
Quibus modis paradisus accipitur. ciii.
ciiii.
De ligno vite. De ligno scientie boni et mali. cv.
De formacione mulieris. cvi.
Quare de latere viri et non de alia parte corporis cvii.
formata sit.
Quare dormienti viro et non vigilanti subtrac- cviii.
ta sit costa.
Quod de costa in se multiplicata sine additamen- cix.
to extrinsecus rei facta sunt.
De causis superioribus et inferioribus. cx.
De causis que in deo sunt et in creaturis et de hiis cxii.
que in deo tantum sunt.
De anima mulieris quod non est de anima viri quia cxiii.
anime non sunt ex traduce.
De statu hominis ante peccatum qualis fuit secundum cxiiii.
corpus et qualis post peccatum.
Quomodo dicatur homo factus in animam viventem. cxv.
An corpus hominis ante peccatum mortale et inmortale cxvi
erat post peccatum mortuum.
Utrum inmortalitas quam tunc habuerunt de condi- cxvii.
cione nature an ex gratie beneficio fuerit.
Si posset homo vivere semper utens aliis lignis cxviii.
et non ligno vite deo non mandante ut de il-
lo ederet. De inmortalitate corporis .i. et .ii. cxix.

cxx · De modo procreationis filiorum si non peccassent homines.
cxxi · Quare in paradyso non coierunt.
cxxii · De modo translationis in melius si non peccassent.
cxxiii · Utrum in perfectione stature et usu membrorum procrearentur filii.
cxxiiii · Utrum et in sensu parvuli nascerentur.
cxxv · De duobus bonis alio dato alio promisso.
cxxvi · De invidia diaboli qua ad temptandum accessit.
cxxvii · De forma in qua venit.
cxxviii · De calliditate serpentis.
cxxix · Utrum elegerit serpentem vel per eum temptaret diabolus.
cxxx · De modo temptationis.
cxxxi · De duplici temptationis specie.
cxxxii · Quare peccatum hominis et non angelis remediabile sit.
cxxxii · Quod non soli viro preceptum fuit datum.
cxxxiii · De origine illius peccati.
cxxxiiii · De mulieris elatione. De viri elatione cxxxv.
cxxxvi · Quis magis deliquerit vir an mulier.
cxxxvii · De ignorantia et inexcusabili.
cxxxviii · An voluntas precesserit illud peccatum.
cxxxix · Quare deus permiserit hominem temptari quem sciebat casurum.
cxl · Qualis secundum animam fuit homo ante peccatum.
cxli · De triplici scientia hominis ante peccatum
cxlii · Utrum homo prescius fuit eorum que sibi futura erant.
cxliii · De gratia hominis et potentia ante casum.
cxliiii · De adiutorio hominis in creatione dato quo stare poterat. De libero arbitrio cxlv.
cxlvi · De sensualitate.
cxlvii · De ratione et de partibus eius.
cxlviii · De simili ordine peccandi in nobis et in primis parentibus.
cxlix · Quod in nobis est vir et mulier et serpens.
cl · De coniugio viri et mulieris in nobis spirituali.
cli · Qualiter per illa tria in nobis consummatur temptatio.
clii · An mulier sola manducat cibum vetitum.
cliii · Quando vir manducat.
cliiii · Quando sit veniale vel mortale peccatum.
clv · Quibus modis accipitur sensualitas in scriptura.
clvi · Diffinitio liberi arbitrii secundum philosophos.
clvii · Qualiter accipitur liberum arbitrium.

Quod angeli et sancti habent liberum arbitrium. clviii
Quod liberius erit liberum arbitrium cum peccare non poterit. clix
De differentia libertatis arbitrii secundum diversa tempora. clx
De iiii statibus liberi arbitrii. clxi
De corruptione liberi arbitrii per peccatum. clxii
De tribus modis libertatis liberi arbitrii: necessitate, peccato, miseria. clxiii
De libertate que est ex gratia et que ex natura. clxiiii
De gratia operante et cooperante. clxv
Quid sit voluntas. clxvi
Que sit gratia voluntatem bonam preveniens. clxvii
Quod bona voluntas que prevenit gratia quedam dei bona prevenit. clxviii
Quod cogitatio boni precedit fidem. clxix
Quod intellectus et cogitationem boni et delectationem prevenit. clxx
An per liberum arbitrium operetur homo bonum sine gratia. clxxi
Utrum eadem gratia sit que dicitur operans et cooperans. clxxii
Quomodo gratia meretur augeri. clxxiii
De tribus generibus bonorum. clxxiiii
In quibus bonis sit liberum arbitrium. clxxv
De virtute quid sit et quid actus eius. clxxvi
De gratia que liberat voluntatem sive sit virtus vel non. clxxvii
Quomodo ex gratia incipiant bona merita et de qua gratia hic intelligatur. clxxviii
Quod bona voluntas gratia principaliter est. clxxix
Qua ratione dicitur fides mereri iustificationem. clxxx
De virtutibus virtutum et de qua queritur sed satis tenuiter. clxxxi
Quod idem est usus virtutis et liberi arbitrii sed virtutis principaliter. clxxxii
Quidam putant virtutes bonos usus esse liberi arbitrii actus mentis. clxxxiiii
De heresi pelagiana. clxxxv
Quomodo pelagiani dictis augustini utuntur in testimonium sui erroris. clxxxvi
Quomodo augustinus illa determinat in retractationibus. clxxxvii
De heresi ioviniani et manichei quos collidit ieronimus. clxxxviii
Utrum homo ante peccatum egerit gratia operante et cooperante. clxxxix
Si homo ante lapsum virtutes habuit. cxc
De eiectione hominis de paradyso. cxci
Quomodo intelligendum sit illud ne sumat de ligno. cxcii

F

mitte et iuniat in eternum.

cxcii· De flameo gladio ante paradisum posito.

cxciii· An ante peccatum homo comederit de ligno uite.

cxcv· Quod per adam peccatum et pena transiit in posteros.

cxcvi· Utrum illud peccatum quod transiit fuit originale uel actuale.

cxcvii· Quidam putant fuisse actuale.

cxcvii· Quomodo assignatur illud intrasse in mundum.

cxcviii· Quod originale peccatum ita fuit quod transiit in posteros.

cxcix· Quid sit originale peccatum.

cxcx· Quod originale peccatum est culpa.

cxcxi· Quod originale peccatum dicitur fomes peccati id est concupiscencia

cxcxii· Quia nomine concupiscencie intelligitur fomes peccati.

cxcxiii· Quod per adam originale peccatum intrauit in omnes id est concupiscencia

cxcxiiii· An sit peccatum originale in quo omnes peccauerunt.

cxcxv· Ex quo sensu dictum est per inobedienciam unius multos constituit peccatores.

cxcxvi· Quod peccatum originale in adam fuit et in nobis est.

cxcxvii· Quomodo omnes dicuntur in adam fuisse qui per carnem terreo descendisse. adam.

ccix· Quod nil extrinsecus conuertatur in humanam naturam quam est ex

ccx· Quomodo originale peccatum a patribus transeat in filios aut secundum carnem aut secundum animam.

ccxi· Quod per carnem traducatur peccatum et quomodo ostendit.

ccxii· Quam corrupcionis ostendit carnis ex qua peccatum fit

ccxiii· in anima. Quare dicatur peccatum esse in carne.

ccxiiii· Utrum causa originalis peccati que est in carne sit culpa uel pena. Quare dicatur originale peccatum.

ccxv·

ccxvi· Quomodo peccatum originale dimittitur in baptismo.

ccxvii· Quod originale peccatum duobus modis dimittitur scilicet extenuacione sui et remissione reatus

ccxviii· Utrum feditas que ex libidine contrahitur in baptismo diluatur.

ccxix· Utrum illius concupiscencie deus sit auctor.

ccxx· Quare illud peccatum imputatur anime

ccxxi· Utrum illud peccatum sit necessarium uel uoluntarium.

ccxxii· Quare deus iungit animam corpori sciens inde maculari.

ccxxiii· An anima sit talis qualis a deo creatur.

ccxxiiii· An anime ex creacione sint in donis naturalibus equales.

ccxxv· An peccata omnium precedentium patrum paruuli

originaliter contrahant sicut peccatum ade.

Quomodo in illo primo peccato plura reperiuntur. ccxxvi

An peccatum ade sit grauius ceteris. insistentur. ccxxvii ccxxviii

An illud peccatum sit primis parentibus dimissum ccxxix

Quomodo peccata parentum transeant in filios et non ccxxx

De peccato actuali. ccxxxi

Que fuit origo et causa peccati primi. ccxxxii

Que fuit secundaria causa malorum. ccxxxiii

Quod non nisi in bona resit malum. ccxxxiiii

Quod in his fallit dialeticorum regula de contrariis. Quid sit peccatum. De peccato ccxxxv ccxxxvi ccxxxvii

Utrum malus actus in quantum peccatum est sit corrupcio uel priuacio boni. ccxxxviii

Quomodo peccatum sit corrumpere bonum cum nil sit. ccxxxix

Qualiter homo elongat se a deo. cclx

An pena sit priuacio boni. cclxi

Quod quedam simul sunt peccatum et pena peccati quedam et causa peccati alia uero peccatum et causa et pena peccati. ccxlii ccxliii ccxliiii

In peccatum sit causa peccati in quantum peccatum est. ccxlv

Quod non omne peccatum est pena peccati. ccxlvi

Utrum peccata alia essencialiter sint pene peccati ccxlvii

Quod cum peccatum et sit pena peccati prout est ab homine pena a deo. ccxlviii

De quibusdam que indubitanter sunt peccata et pene et in quantum eis perimitur peccata non sunt ccxlviii

Quod aliqui putant malos actus nullo modo esse a deo. ccxlix

De quo sensu dictum sit deus non est mali auctor ccxlx

De uoluntate eius et fine. ccxlxi

Quis sit bonus finis scilicet caritas. ccxlxii

Quod omnes bene uoluntates unum finem habent et tamen quedam diuersos fines sortiuntur. ccxlxiii

De differencia uoluntatis et intencionis et finis. ccxlxiiii

Quare uoluntas peccatum cum sit de mundi libera quorum minimum est peccatum. ccxlxv

Quare actus uoluntatis sit peccatum si actus alterius potencie non sit peccatum. ccxlxvi

Ex quo sensu dicatur naturaliter omnis homo uelle bonum. ccxlxvii

An ex fine omnis actus pensari debeant. ccxlxviii

Et ex quo affectu uel fine omnis sit boni uel mali. ccxlxix

Hec in principio tres operes publicat uno.
Est deo facere cum res nouas ponit in esse.
Est deo bonitas res causat sola creatas.
Sic nata sunt opus fonte uigentis.
Vt gustu mentis bonitate fide agnitas.
Sequitur auctori modus quod redimat ipsi.
Hec fuit angelica forma cum ruina.
Sic omnis cum quoniam deus hoc uult.
Exempli causa mitti quod stola duplicanda.

ccl · An omnis intencio et actio infidelium sit mala.
ccli · Quibus modis dicatur bonum.
cclii · Quomodo intelligendum sit illud peccatum est a deo. voluntarium. n. n. m. s. s. u. s. u.
ccliii · Et illud nusquam nisi in uoluntate peccatum est.
ccliiii · Et item non nisi uoluntate peccatur.
cclv · Quod mala uoluntas et uoluntarium peccatum.
cclvi · An uoluntas et actio mala in eodem homine et circa idem sint unum peccatum uel plura.
cclvii · Si peccatum ab aliquo commissum in eo sit usque penitentiam.
cclviii · Quibus modis accipitur reatus.
cclix · De modis peccatorum.
cclx · Quo differant delictum et peccatum.
cclxi · De vii principalibus uiciis.
cclxii · De superbia.
cclxiii · Quomodo superbia sit radix omnium malorum et cupiditas cum superbia non sit cupiditas.
cclxiiii · De peccato in spiritum sanctum. spiritum sanctum
cclxv · An omnis obstinacio uel desperatio sit peccatum in spiritum sanctum.
cclxvi · De potencia peccandi an sit homini uel diabolo a deo.
cclxvii · Aliquando resistendum sit peccatis.

Que ad misterium *Hic incipit prologus* unitatis trinitatis atque *secundi libri de in*carnatione ex parte cognoscendum *instructione verbi* pertinere noscuntur quantum uoluimus diligenter exerciti sumus. Nunc ad consideracionem creaturarum transeamus.

Incipit liber secundus de rerum creacione et formacione corporalium et spiritualium et aliis pluribus eis pertinentibus.

DI

Creaturum in sinuantis scriptura deum esse creatorem inicium temporis atque omnium uisibilium et inuisibilium creaturarum. In primordio sui ostendit dicens. In principio creauit deus celum et terram. Hiis utique uerbis Moyses spiritu dei afflatus in uno principio a deo creatore mundum factum refert eludens quorumdam plurimum errorem, qui plura sine principio fuisse principia opinati sunt. Plato namque tria initia estimauit deum scilicet et exemplar et materiam et ipsa increata sine principio et deum quasi artificem non creatorem.

Creator enim est qui de nichilo aliqua facit. Creare proprie est de nichilo aliquid facere. Facere uero non modo de nichilo aliquid operari sed et de materia. Vnde et homo uel angelus dicitur aliqua facere sed non creare. Vocaturque factor siue artifex et non creator. Hoc enim nomen soli deo proprie conuenit qui et de nichilo quedam et de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator et opifex et factor. Sed creationis nomen sibi retinuit. Alia uero cum creaturis communicauit. In scriptura tamen sepe creator accipitur tamquam factor et creare sicut facere sine distinctione significationis.

De uerbis scilicet facere agere et huiusmodi non dicuntur de deo secundum eandem rationem qua dicuntur de creaturis.

Verum tamen sciendum est quod uerba scilicet facere creare et agere et huiusmodi alia de deo non posse dici secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis. Quippe cum dicimus eum aliquid facere non aliquem in operando motum illi intelligimus inesse uel aliquam in laborando passionem sicut nobis solet accidere sed sempiterne uoluntatis nouum aliquem significamus effectum, id est eterna eius uoluntate aliquid nouiter existere.

Quomodo sit intelligendum deum aliquid facere

Cum ergo dicitur aliquid facere tale est ac si dicatur iuxta eius uoluntatem aliquid nouiter contingere uel esse ut in ipso nil noui contingat. Sed nouum aliquid sic in eius eterna uoluntate fiat sine aliquo sui motione uel mutatione. Nos uero operando mutari dicimur, quia mouemur. Non enim sine motu aliquid facimus. Deus uero agere uel facere aliquid dicitur quia causa est nouiter rerum

Plato tria dixit esse principia

Creare.
Facere.

existencium dum eius voluntate res nove esse inceperunt que ante non erant absque sui agitatione ut actus ipse dici non queat cum videlicet actus omnis in motu consistat. In deo autem motus nullus est. Sicut ergo ex calore solis aliquid fieri contingit nulla tamen in eo vel in eius calore facta motione vel mutatione, Ita ex dei voluntate nova fieri sine sui mutatione auctoris qui est unum et solum principium omnium. Aristotiles vero duo principia dixit scilicet materiam et speciem et tercium operatorium dictum. Mundum quoque semper esse et fuisse. Contra horum et similium errorem spiritus scilicet evacuans veritatis disciplinam tradens deum in principio temporis mundum creasse et ante tempora eternaliter extitisse: significat ipsius eternitatem et omnipotenciam commendans. Cui voluisse facere est. Quia ut prediximus ex eius voluntate et bonitate res nove existunt. Credamus igitur rerum creaturarum celestium vel terrestrium visibilium vel invisibilium causam non esse nisi bonitatem creatoris qui est deus unus et verus. Cuius tanta bonitas est ut summe bonus beatitudinis sue qua eternaliter beatus est alios velit esse participes quam videt et communicari posse et minui omnino non posse. Illud ergo bonum quod ipse erat et quo beatus erat sola bonitate non necessitate aliis communicari voluit, quia summe boni erat prodesse velle et omnipotentissimi nocere non posse. Quare rationalis creatura facta sit.

Et quia non valet eius beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam que quanto magis intelligitur tanto plenius habetur, fecit rationalem deus creaturam que summum bonum intelligeret et intelligendo amaret et amando possideret ac possidendo frueretur. Eamque sic distinxit ut pars in sui puritate permaneret nec corpori uniretur, scilicet angeli; pars corpori iungeretur, scilicet anime. Distincta est itaque rationalis creatura in incorpoream et corpoream, et incorporea quidem angelus, corporea vero homo vocatur ex anima rationali et carne subsistens. Condicio ergo rationalis creature primam causam habet dei bonitatem.

Ideoque si queritur quare creatus sit homo vel angelus, brevi sermone responderi potest: propter bonitatem dei. Unde Augustinus in libro I de doctrina christiana: Quia bonus est deus sumus, et in quantum sumus boni sumus. Et si queritur ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur: ad laudandum deum, ad serviendum ei, ad fruendum eo. In quibus proficit ipsa non deus. Deus enim perfectus et summa bonitate plenus nec augeri potest nec minui. Quod ergo creatura rationalis facta est a deo referendum est ad creatoris bonitatem et ad creature utilitatem. Cum ergo queritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura, brevissime responderi potest: propter dei bonitatem et suam utilitatem. Utile namque ipsi est servire deo et frui eo. Factus ergo angelus sive homo propter deum dicitur esse, non quia creator deus et summe beatus alterius indiguit officio qui bonorum nostrorum non eget, sed ut serviret ei ac frueretur eo cui servire regnare est. In hoc enim proficit serviens non ille cui servitur. Et sicut factus est homo propter deum, id est ut ei serviret, ita mundus factus est propter hominem, scilicet ut ei serviret. Positus est ergo homo in medio ut et ei serviretur et ipse serviret, ut acciperet utrumque et reflueret totum ad bonum hominis, et quod accepit obsequium et quod impendit. Ita enim voluit deus sibi ab homine serviri ut ea servitute non deus sed homo serviens iuvaretur, et voluit ut mundus serviret homini et exinde similiter iuvaretur homo. Totum ergo bonum hominis erat, et quod factum est propter ipsum et propter quod factus est ipse. Omnia enim ut ait apostolus nostra sunt, scilicet superiora et equalia et inferiora. Superiora quidem nostra sunt ad perfruendum, ut trinitas. Equalia ad convivendum, scilicet angeli, qui etsi modo sint

Quare rationalis creatura facta sit.

Ad quid creata sit rationalis creatura.

Brevissima responsio vel ad quid facta sit rationalis creatura.

superiores nobis in futuro erunt equales, quamvis modo nostri sint, quia ad usum nostri sunt; et dicuntur esse famuli nostri, non domini, sed quia sunt ad usum eorum spiritus angeli, in quibusdam scripture locis nobis servire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur.

Quod non dicitur in scriptura aliquando homo factus propter reparationem angelice ruine.

De homine quoque in scriptura interdum reperitur quod factus sit propter reparationem angelice ruine. Quod non ita est intelligendum quod non fuisset homo factus si non peccasset angelus, sed quia inter alias causas precipuas hec etiam non nulla extitit. Nostra ergo superiora sunt et equalia nostra et sunt inferiora, quia ad serviendum nobis facta.

Quare sit homo institutus ut sit anima unita corpori.

Solet etiam queri, cum maioris dignitatis esse videretur anima si absque corpore permansisset, cur unita sit corpori. Ad quod primo dici potest quia Deus voluit, et voluntatis eius causa querenda non est. Secundo autem dici potest quod ideo voluit eam corpori uniri, ut in humana conditione ostenderetur novum exemplum beate unionis que est inter Deum et spiritum, in qua diligitur ex toto corde et videtur facie ad faciem. Putaret enim creatura se non posse uniri creatori suo tanta propinquitate, ut eum tota mente diligeret et cognosceret, nisi videret spiritum, qui est excellentissima creatura, tam infime, scilicet carni, que de terra est, in tanta dilectione uniri, ut non valeat attrahi ad hoc ut velit eam relinquere, sicut apostolus ostendit dicens: Nolumus corpore expoliari, sed supervestiri. Per quod ostenditur spiritum creatum spiritui increato ineffabili amore iungi. Pro exemplo ergo future societatis que inter Deum et spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat, animam corporeis indumentis et terrenis mansionibus copulavit, luteamque materiam fecit ad vite sensum vegetare, ut sciret homo quod si potuit Deus tam disparem materiam corporis et anime in federatione unam et in amicitiam tantam coniungere, nequaquam ei impossibile futurum rationalis creature humilitatem, licet longe inferiorem, ad sue glorie participationem sublimare. Ideo ergo per exemplo rationalis spiritus in parte usque ad consortium terreni corporis humiliatus est, ne forte in se minus despectus videretur.

Addidit Dei prudentia ut postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium illorum qui in sua puritate permanserant sublimaretur, ut quod minus ex dispensatione creatoris sui accepit conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatus. Sic ergo conditor Deus rationales spiritus varia forte per arbitrium voluntatis sue disponens, illis quos in sua puritate reliquerat sursum in celo mansionem, illis vero quos corporibus terrenis sociaverat deorsum in terra habitationem constituit; utrisque regulam proponens obedientie, quatinus et illi ab eo ubi erant non caderent, et isti ab eo ubi erant ad id ubi non erant ascenderent.

Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia, corpus de terra fingens, animam vero de nichilo faciens. Ideo autem unite sunt anime corporibus, ut in eis Deo famulantes maiorem mereantur coronam. — 2 ca.

Post sacramentum trinitatis de creatura spirituali agendum est et prius de digniori scilicet angelica.

Ex premissis apparet creaturam rationalem in angelicam et humanam fuisse distinctam. Quarum altera tota est spiritualis, scilicet angelica; altera ex parte spiritualis et ex parte corporalis, scilicet humana. Cum itaque tractandum sit de his, scilicet de spirituali et corporali creatura, de rationali et de non rationali, primo de rationali et spirituali, scilicet de angelis, agendum videtur, ut a contemplatione creatoris ad cognitionem creature dignioris ratio nostra intendat. Deinde ad considerationem corporee tam illius que est rationalis, quam aliarum que non sunt rationales, descendat, ut intimaris in creatore sacramentum tripartite creature eiusque conditoris atque contingentium sequestre

uiii. fecit angelus una. i. finit.
infirmis factus ougme lucia.
quedam scz dissona dei.
capitas celi. q lucif optat

D II Q̄ c̄sid̄anda s̄t de aglis.

documentum. De angelica trac̄p natura h̄ p̄mo consideranda sunt. Quando fuerit creata ⁊ n̄ equalis facta dum p̄mo condet̄ ⁊ wei n̄ qualis effecta auersione quorundam et quersione quorundam. De excellencia q̄ ⁊ ordinib; ⁊ donor̄ differencia ⁊ de officiis ac nominib; aliisq; plurib; ā dicenda sūt.

Quando facti sunt angeli p̄ dic̄ q̄ uidentur sobiuare auct̄es.

Quedam auct̄es in nunere uidentur quod an̄ omnem creaturam creati sūt angli. Vn̄ illū p̄mo omnium creata est sapiencia q̄ intelligit̄ de angelica natura q̄ in scriptura sepe uita sapiencia ⁊ lux dicit̄. Nam sapiencia illa q̄ d̄ ē creata non est. filius n̄ sapia p̄ris est genita non facta n̄ creata est ⁊ tota t̄nitas una sapiencia est que nec facta nec creata est nec genita t̄ pcedens. De angelica ḡ uita aliud accipiendum; de qua dicit scriptura q̄n facta ē s. p̄mo omnium. Sz rursus ā scriptura dicit. In principio c. d. c. ⁊ t̄. ⁊ in ysaia. Inmo c. d. ⁊ f. ⁊ o. m. t. s. celi. Et uidetur quedam contrietas oriri ex assercionib; istis. Nam si p̄mo omnium creata est sapiencia oīa post ipsam facta uident̄ ⁊ ī post ipsam facta uidentur celum ⁊ terra ⁊ ipsa facta ante celum ⁊ terram. Iterum si in principio creauit d̄. c. ⁊ t̄. nil factum ē an̄ celum ⁊ terrā nec ipsa sapiencia facta ē an̄ celum et t̄rā.

Cum ḡ h̄ uideantur c̄ria nec in diuina sc̄ptura fas sit sentire aliquid ēē contrietatis requiramus intelligenciam.

Q̄ sit tenend̄ docz auctoritas p̄mittas determinans.

Videtur iḡ h̄ ēē tenendum quod simul creata est spūalis creatura .i. anglica ⁊ corporalis. Secundū q̄ potest accipi illud salomonis. Qui uiuit in eternum: creauit omnia insimul .i. spūalem ⁊ corporalem naturam ⁊ ī non prius tempore creati sunt angeli q̄m illa corporalis materia .iiij. elementor̄ ⁊ t̄n p̄mo omnium creata est sapiencia q̄ ⁊ si non tempore: precedit t̄n dignitate. Q̄ aut̄ simul creata sunt spūalia corporalia q; creatura aug. sr̄ genesim apte ostendit dicens. p celum ⁊ terram: spūalem corporalemq; creaturam intelligi ⁊ h̄ creata in principio .s. temporis. l̄ in principio q̄ p̄mo omnium facta sunt.

Q̄ sil̄ c̄ata sunt corpal̄ ⁊ spūal̄ c̄ata s̄t an̄ angl̄.

Ante ea enim nil factum est nec eadem tempus factum est an̄ spūalem .s. angelicam creaturam ul̄ naturam ⁊ an̄ corporalem .s. materiam illam .iiij. elementor̄ confusā. Illa n̄ cum tempore creata sunt n̄ ex t̄pre ul̄ in tempore sic̄ nec t̄pe in tempore creatum est. Quia non fuit temp̄ prius q̄m esset celum ⁊ terra. Vn̄ aug. in .l. d. t. dicit. q̄ d̄s fuit dominus an̄ q̄m ēēt tempus ⁊ nō in tempore cepit esse dominus. q; dominus fuit t̄pis q̄n cepit tempus ēē. nec utiq; cepit tempus ēē in tempore. q; non erat t̄pus an̄ q̄m inciperet tempus.

Q̄ n̄ fcm̄ ē an̄ celū ⁊ t̄ram ul̄ t̄pr̄ n̄ c̄ata s̄ n̄ cr̄ep

Simul ḡ cum tempore facta est corporalis ⁊ spūalis creatura ⁊ simul cū mundo n̄ fuit an̄ angelica creatura q̄m mundus. Quia ut ait augustinus. nulla creatura ē an̄ secula. sz a seculis cum quib; cepit. Ieronimus t̄n sup ep̄lam ad titum aliud uidet̄ sentire dicens. Sex milia necdum nr̄i temporis īplent̄ annor̄ ⁊ q̄ntas prius eternitates. q̄nta tempora. q̄ntas seculor̄ origines fuisse arbitrandum est. in quib; angli throni. dominationes ceteriq; ordines seruierunt deo absq; temporum uicib; atq; mensuris ⁊ deo iubente substiterūt. Huius uerbis quidā adherentes dixerunt cum mundo cepisse tempus seculare. sz an̄ mundum extitisse tempus eternum sīn mutabilitate. ⁊ in eo angelos in mutabilit̄ ⁊ in temporalit̄ astruunt deus iubente substitisse et seruisse. Nos aut̄ quod prius dictum est p̄ capitu intelligencie nr̄e mag̃ approbamus salua t̄n reuerencia sectator̄ in quibus nil temere asserēdū

Ier̄o q̄ d̄it an̄ c̄ angli fuisse an̄ mūdū

angli sunt an̄ ...

est i illum tercio operisse non in sentiendo sed aliorum opinionem referendo arbitramur.

Ubi angeli mox creati fuerint: in empyreo scilicet quod statim factum angelis repletum.

Iam ostensum est quando creata sit angelica natura. Nunc attendendum, quod non fuit testimoniis quarundam auctoritatum evidenter monstratur angelos ante casum fuisse in celo, et inde corruisse quosdam propter superbiam, alios vero qui non peccaverunt ibi permansisse. Unde in evangelio dominus ait: Videbam sathanam sicut fulgur cadere de celo. Non appellatur hic celum firmamentum quod secunda die factum est, sed celum splendidum quod dicitur empyreum, id est igneum a splendore non a calore, quod statim factum angelis repletum, et est super firmamentum. Et illud empyreum quidam expositores sacre scripture nomine celi intelligi voluerunt ubi scriptura dicit: In principio deus creavit celum et terram. Celum inquid, stabilitum non visibile firmamentum hic appellat, sed empyreum id est igneum vel intellectuale quod non ab ardore sed a splendore dicitur. Quod statim factum repletum est angelis. Unde cum laudarent astra matutina et cetera. De hoc quoque Beda ita ait: Hic superius celum quod a volubilitate mundi secretum est mox ut creatum est sanctis angelis impletum est, quos in principio cum celo et terra conditos testatur dominus dicens: Ubi eras cum me laudarent astra matutina et iubilarent omnes filii dei. Astra matutina et filios dei eosdem angelos vocat. Celum firmamentum est in quo posita sunt luminaria non in principio sed in secunda die factum est. Ex his liquet quod in empyreo omnes angeli fuerunt ante quorundam ruinam simul creati angeli et celo empyreo et cum informi materia omnium corporalium.

Quod simul creata invisibilium et visibilium natura et utraque informis secundum aliquid et formata secundum aliquid.

Simul quoque invisibilium et materia et invisibilium natura condita est. Et utraque informis fuit secundum aliquid et formata secundum aliquid. Sicut enim corporalium materia confusa et permixta que secundum grecos chaos dicta est in illo exordio conditionis primarie formam confusionis habuit et non habuit formam distinctionis donec postea formaretur atque distinctas reciperet species: ita spiritualis et angelica natura in sua conditione secundum hoc formata fuit, et tamen illam quam postea per amorem et conversionem suam accepturus erat formam non habuit, sed informis erat secundum illam. Unde Augustinus multipliciter exponens premissa verba genesis: In principio creavit deus celum et terram, per celum dicit intelligi informem (?) spiritualem ut sic in se, id est in sua natura non per gratiam ad illam potest existere non conversa ad creatorem in quo formatur. Per terram corporalem materiam sine omni qualitate que apparet in materia formata.

Quomodo dicat Lucifer secundum Ysaiam ascendam in celum cum esset in celo.

Hic queri solet, si in celo empyreo fuerunt angeli, quando statim facti sunt, quomodo legitur in Ysaia dicere Lucifer: Ascendam in celum et exaltabo solium meum et ero similis altissimo. Sed celum vocat dei celsitudinem cui parificari volebat et est tale: Ascendam in celum, id est ad equalitatem dei.

Quales facti fuerint angeli quatuor esse attributa in ipso initio sue conditionis.

III

Ecce ostensum est ubi angeli fuerunt mox ut creati sunt. Nunc consequens est investigare quales facti fuerint in ipso primordio sue conditionis. Et quidem angelis videntur esse attributa in initio subsistentie sue: scilicet essentia simplex et indivisibilis et immaterialis, et discreta persona et per rationem naturalem insitam intelligentia, memoria et voluntas sive dilectio, liberum quoque arbitrium id est libera inclinande voluntatis sive ad bonum sive ad malum facultas. Poterant enim per liberum arbitrium sine violentia et coactione ad utrumlibet propria voluntate flecti.

An omnes fuerint equales angeli in tribus scilicet in essentia, in sapientia, in libertate arbitrii.

Hic considerandum est utrum in essentia spirituali et sapientia rationali et libertate arbitrii que omnibus inerant omnes

equales fuerint. Ut sit prima consideratio de substantia, secunda de forma, tercia de potestate. Tria quippe ista: substantia, sapiencia vel forma, arbitrium vel potestas. Et ad substantiam quidem pertinet nature subtilitas, ad formam vero intelligentie perspicacitas, ad potestatem voluntatis racionalis habilitas. Ille ergo essentie racionales que persone erant et spiritus erant, simplices ac indissolubiles et immortales, differentem essencie tenuitatem et differentem sapiencie perspicacitatem atque differentem arbitrii habilitatem recte habuisse intelliguntur. Sicut in corporibus non nulla differentia est secundum essenciam ac formam ac pondus. Quedam namque aliis meliorem ac digniorem essenciam et formam habent, et alia aliis leviora atque agiliora sunt. Ad hunc ergo modum credendum est spirituales naturas convenientes sue puritatis et excellencie et in essencia et in forma et in facultate differentias accepisse in exordio sue condicionis, quibus alii superiores, alii inferiores dei sapiencia constituerentur, aliis maiora, aliis minora dona prestantis. Ut quia in primo nature bono aliis excellebant, ipsi etiam postea per munera gratie eminentiores existerent. Qui ergo natura magis subtiles et sapiencia amplius perspicaces creati sunt, hii et maioribus gratie muneribus prediti sunt et dignitate excellenciores aliis constituti. Qui vero natura minus subtiles et sapiencia minus perspicaces conditi sunt, minora gratie dona habuerunt, inferioresque constituti sunt, sapiencia dei equo moderamine cuncta moderantis. In ipsa quoque libertate arbitrii differentia animadvertenda est secundum differentem non virtutem et differentem cognicionis et intelligencie vim. Et sicut differens vigor et subtilitas non infirmitatem non adducit, minorque cognicio sapiencie ignoranciam non ingessit, sic libertas inferiorum nullam arbitrio necessitatis voluntatem imponit.

Et sicut in predictis angeli differebant, ita et in quibusdam communia et equalia habebant. Quod enim spiritus erant, et quod indissolubiles et immortales erant, commune omnibus et equale erat. In subtilitate vero essencie et intelligencia sapiencie et libertate voluntatis differentes erant. Has discretiones intelligibiles invisibilium naturarum ille solus comprehendere potuit qui cuncta fecit in pondere, numero et mensura. *Que communia vel equalia habuerunt angeli*

Utrum boni vel mali, iusti vel iniusti creati sunt angeli, et an aliqua mora fuit inter creacionem et lapsum.

Illud quoque investigacione dignum videtur, et a pluribus queri solet, utrum boni vel mali, iusti vel iniusti creati sunt angeli, et an aliqua mora fuit inter creacionem et lapsum, vel sine mora in ipso creacionis exordio ceciderunt. Putaverunt namque quidam angelos qui ceciderunt creatos esse malos, et non libero arbitrio in maliciam declinasse, sed in malicia a deo factos esse, nec aliquam fuisse moram inter creacionem et lapsum, sed ab initio apostatasse; alios vero creatos fuisse perfecte bonos. *Opinio quorundam dicencium angelos in malicia creatos et sine omni mora ruisse.* Qui opinionem suam muniunt auctoritate Augustini super Genesim dicentis: Non frustra putari potest ab inicio temporis diabolum cecidisse, nec enim fuisse cum angelis sanctis aliquando beatum vixisse, et bonum, sed mox apostatasse. Unde dominus ait: Ille homicida erat ab inicio, et in veritate non stetit; ut intelligamus quod in veritate non stetit ex quo creatus est, qui staret si stare voluisset. Item in eodem: Non frustra ergo putandum ab ipso inicio temporis vel condicionis sue diabolum cecidisse et numquam in veritate stetisse. Unde quidam in hanc maliciam libero arbitrio non esse flexum, sed hunc quoniam a deo putant esse creatum, secundum id quod in Job legitur: Hic est inicium figmenti dei quod fecit deus ut illudatur ei ab angelis eius. Et propheta ait: Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Tamquam primo factus sit malus, invidus et diabolus non voluntate

depravatur. Huic aliud testimonium inuitant qui dicunt angelos qui ceciderunt creatos fuisse malos et in mora corruisse. Hos vero qui perstiterunt perfectos et beatos fore creatos astruunt auctoritate Augustini, qui super Genesim dicit: Per celum significata creaturam spiritualem quae ab exordio quo facta est et perfecta et beata est semper. Aliis videtur omnes angelos creatos esse bonos et in ipso creationis exordio bonos extitisse, id est sine vitio iustosque fuisse, id est innocentes, sed non iustos, id est virtutum exercitium habentes. Non enim iam praedicti erant instructi quae stantibus apposita fuere in confirmatione per gratiam. Aliis vero per liberum arbitrium supervenientibus et non cadentibus aliquam fuisse moram aiunt inter creationem et lapsum vel confirmationem, et in illa brevitate temporis omnes boni erant, non quidem per usum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium, et tales erant qui stare poterant, id est non cadere per bona creationis, et cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare et non peccare, sed non poterant proficere ad meritum vitae nisi gratia superadderetur, quae addita est quibusdam in confirmatione et ad hoc confirmandum inuitant testimonio Augustini qui super Genesim dicit: Angelicam naturam primo informem creaturam et celum dictam, postea formatam et lucem appellatam, quando ad creatorem est conversa perfecta dilectione ei inherens. Unde prius dictum est: In principio creavit deus celum et terram, et postea subditur: Dixit deus fiat lux, et facta est lux. Ubi prius agitur de creatione spiritualis naturae informis, postea de formatione eiusdem. Ratio quae obviat illis qui dicunt angelos creatos fuisse malos. Non enim potuit creator optimus mali auctor esse, et non totum bonum erat quod ex ipso erat. Ante ex

ipso totum. Hoc modo probatur quod boni erant omnes angeli quando primum facti sunt, sed ea bonitate quam non incipiens acceperat. Item Beda Augustinus exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuisse malos putant, auctoritate et ratione probat omnes bonos fuisse creatos, et verba praemissa beati Job quae illi pro se inducebant quomodo intelligenda sint aperit in dicens super Genesim: Omnia quaecumque fecit deus valde bona. Naturam quoque angelorum bonam fecit, et quod iustum est ut nullo merito hoc in aliquo deus damnaret quod creavit non naturam, sed voluntatem malam puniendam esse credendum est, nec eius naturam esse significatam cum dicitur: Hoc est initium figmenti domini et cetera, sed corpus aereum quod tali voluntati aptavit deus, vel ipsam ordinationem dei in qua eum et invitum facit utilem bonis, vel ipsius angeli factam, quia et si praesciret voluntate malum futurum, fecit tamen eum, prudens quanta de illo sua bonitate esset facturus. Figmentum quoque dei dicitur quia cum sciret eum deus voluntate malum futurum ut bonis noceret, creavit tamen illum ut de illo prodesset bonis. Hoc autem fecit ut illuderetur. Illuditur enim ei cum sanctis proficit temptatio eius, sicut et mali homines quos deus malos futuros praevidens creavit tamen ad sanctorum utilitatem. Illuduntur autem cum proficit sanctis eorum temptatione perfectus. Sed ipse dicitur initium quia praecedit antiquitate et principatu malitiae. Hoc quoque illusio fit angelis malis et hominibus per angelos sanctos quia subdit eis angelos malos et homines malos ut non quantum nocere intendunt sed quantum sinuntur possint. Ecce aperte ostendit qualiter praedicta verba Job intelligenda sint, et angelicam naturam bonam creatam asserit. Deinde quomodo illa verba domini quae supra posuit accipienda sint aperit, ubi et sua quae praedixit verba determinat.

Aliorum sententia probabilis, qui dicunt omnes angelos creatos bonos et aliquam fuisse moram inter creationem et lapsum.

Ratione angeli probat angelos non creatos fuisse malos. Verba etiam Job determinat quae illi pro se inducebant.

Quomodo intelligenda sint illa verba praemissa dicentia angelos creatos bonos et statim post creationem cecidisse.

evidenter docens angelos fuisse creatos bonos et post creationem interposita aliqua mora cecidisse. Item inquiens: Quod putant quidam diabolum numquam in veritate stetisse nec umquam beatam vitam duxisse, sed ab initio cecidisse, non sic accipiendum est ut malus a bono deo creatus esse putetur, qui ab initio cecidisse dicitur. Non enim cecidit si talis, id est malus, factus est; sed a quo caderet? Factus est quidem, sed statim a veritate se avertit, sua potestate delectatus. Beataeque vitae dulcedinem non gustavit, quam acceptam non fastidivit, sed nolendo accipere amisit. Sic ergo casus sui praescius esse non potuit, quia sapientiae fructus est pietatis. Continuo autem ut factus est, cecidit non ab eo quod accepit, sed ab eo quod acciperet si deo subdi voluisset. Ecce hic aperte aperteque declarat angelos bonos esse creatos et post creationem cecidisse. Et fuit ibi aliqua morula, licet brevissima, quod Origenes confirmat super Ezechielem dicens: Serpens hostis contra veritatem non tamen a principio neque statim super pectus et ventrem suum ambulavit; sicut Adam et Eva non statim peccaverunt, ita et serpens aliquando non fuit serpens, cum in paradiso deliciarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit. Ecce aperte dicit post creationem interposita morula cecidisse. Iohannis verba illa sic accipienda videntur: Homicida erat ab initio vel mendax, id est statim post initium, quia se deo aequalitate praesumpsit et se ipsum occidit, qui hoc in evangelio dicitur nec in veritate stetit, quia veritas in eo non fuit. Sic ab initio temporis, id est statim post initium temporis, apparuit. Potest et sic accipi illud ab initio homicida fuit vel mendax, id est ex quo homo conditus fuit, quem per invidiam in mortem praecipitavit et fallaciter seduxit. Ex praedictis

Hic liquet angelos omnes bonos esse creatos et post creationem quosdam cecidisse, alios perstitisse. Quae triplex fuit eis sapientia ante casum vel confirmationem.

Hic inquiri solet quam sapientiam habuerint ante casum vel confirmationem. Erat in eis naturalis cognitio triplex, qua sciebant quod facti erant et a quo facti erant, et habebant aliquam boni et mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respuendum foret. An aliquam dei habuerint dilectionem vel sui invicem.

Solet et quaeri utrum aliquam dei vel sui invicem dilectionem habuerint. Ad quod dici potest quia naturalem dilectionem habebant, sicut memoriam et intellectum et ingenium, qua deum et se aliquatenus diligebant, per quam non merebantur. An perfectos et beatos creavit angelos an miseros et imperfectos.

Post hoc videndum est utrum perfectos et beatos creavit deus angelos an miseros et imperfectos. Ad quod dici potest quod nec in beatitudine nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt, quia ex peccato miseria. Nam si non fuisset peccatum, nulla miseria. Sed quorum numquam fuerunt illi qui ceciderunt, qui sui eventus ignari fuerunt, id est peccati et supplicii futuri. Si enim lapsum suum praescierunt, aut vitare voluerunt sed non potuerunt, et ita erat miseria; aut potuerunt si voluerunt, et ita erant stulti et maligni. Ideo dicimus quod non erant praescii eventus sui, nec eis data est cognitio eorum quae futura erant super eos. Boni vero et qui perstiterunt forte suae beatitudinis praescii fuerunt. Unde Augustinus super Genesim: Quomodo in quid beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atque supplicii praescius non fuit? Quaeri autem cur diabolo revelare noluit quod facturus vel passurus esset, ceteris vero revelare voluit quod

in veritate mansuri essent. Huius rei videtur
Augustinus significare quod angeli qui corruerunt
non fuerunt praescii sui casus, sed ubi non fue-
runt; et quod angeli qui perstiterunt beatitu-
dinem sibi affuturam praesciunt, quia de ea
certi ipsi exstiterunt. Unde quidam iam vi-
erant. Et revera si ita fuisset, possent dici
illos aliquo modo fuisse beatos, alios vero non,
qui nesciverunt eventum suum. Sed hoc
magis opinando et quaerendo dicit Augustinus
quam asserendo. Unde et hinc opinionem opponens
consequenter subdit: Sed quare discernebantur
illi a ceteris, ut Deus illis quae ad ipsos pertinent
non revelaret? Aliis non revelaret, cum
non prius sit ipse ultor quam aliquis peccator.
Non enim damnat ipse innocentes. Sed videtur
innuere quia non peccaturis futurum malum
nec permansuris futurum bonum revela-
verit. Sed nec illi qui ceciderunt umquam nec
illi qui perstiterunt usque ad consummationem
beati fuerunt, quia beati esse non poterant si de
beatitudine certi non erant, vel si damna-
tionis incerti erant. Unde Augustinus in eodem: Dice-
re in quid de angelis quod in suo genere beati esse
possint damnationis vel salvationis in-
certi, quibus nec spes esset quod mutandi es-
sent in melius, nimia praesumptio est. Quomodo enim
vero beati esse possint quibus est sua beati-
tudo incerta? Ex praedictis consequitur
quod angeli qui corruerunt numquam beati fuerunt,
nisi beatitudinem aliquis accipiat illum sta-
tum innocentiae in quo fuerunt ante peccatum.
Illi vero qui perstiterunt ante suam beatitu-
dinem futuram Deo revelante praesciverunt,
et in spei certitudine aliquo modo beati fuerunt;
aut et incerti exstiterunt suae beatitudinis,
et tunc aliter beati non fuerunt quam reliqui qui
ceciderunt. Quod autem posterius dicitur, ergo
probabilius videtur. Ad hoc autem quod quaerebatur
utrum perfecti sint creati, dici potest quod quodammodo

perfecti fuerunt et quodammodo alio imperfecti. Non-
nullo modo dicitur aliquid perfectum secundum plurimum.
Dicitur namque perfectum tribus modis. Est
enim perfectum secundum tempus, et est perfectum
secundum naturam, et est universale perfectum.
Secundum tempus perfectum est quod habet quicquid
tempus requirit et convenit secundum tempus.
Sic tamen angeli erant perfecti ante confirmati-
onem vel lapsum. Secundum naturam
perfectum est quod habet quicquid debitum est
vel expedit naturae suae ad glorificationem,
et hoc modo perfecti erant angeli post confir-
mationem et erunt sancti post resurrectionem.
Universaliter et summe perfectum est cui nil umquam
deest et a quo universa proveniunt bona, quod est
solius Dei. Prima ergo perfectio est naturae condi-
tae, secunda naturae glorificatae, tertia naturae
increatae. Quales fuerunt angeli in cre-
atione ostensum est, boni scilicet et non mali, et iusti
et innocentes, et perfecti quodammodo, alio vero
imperfecti. Boni vero non fuerunt usque ad
confirmationem, vel beatitudo accipiatur ut
iam dictum est: iste status innocentiae et
bonitatis in quo conditi sunt.

De conversione et confirmatione stantium et aversione et lapsum cadentium. D. V

Post haec consideratio adducit inquirere
quales effecti sunt dum dividerentur
aversione et conversione. Post creationem
namque mox quidam conversi sunt ad creato-
rem suum, quidam aversi. Converti ad Deum
fuit ei caritate adhaerere, averti odio habere
vel invidere. Invidiae namque mater superbia, qua
voluerunt se parificare Deo. In conversis quasi in
speculo relucere coepit Dei sapientia, qua
illuminati sunt. Aversi vero excaecati sunt. Et alii
quidem conversi et illuminati a Deo gratia
apposita. Isti vero sunt excaecati non in immissi-
one malitiae, sed desertione gratiae, a qua deserti
sunt, non ita quod prius data subtraheretur, sed
quia numquam est apposita ut converterentur.
Haec est conversio et aversio qua divisi sunt qui

Quod opinando hoc dixit non asserendo, scilicet quod angeli qui perstiterunt praescii fuerant sui boni.

Summam colligit praedictorum, confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapsum non fuisse beatos, nisi quis pro beatitudine accipiat illum statum innocentiae in quo fuerunt ante casum.

Beatitudo: innocentiae in paradiso; iustitiae in hac via; gloriae in patria.

Responsio ad id quod quaerebatur an angeli essent creati perfecti an imperfecti, et dicit quod perfecti fuerunt secundum aliquid et imperfecti secundum aliud.

Quot modis dicitur perfectum: secundum tempus, secundum naturam, et universale perfectum.

Praedicta breviter tangit, addens quales fuerunt angeli in conversione et aversione.

natura boni erant ut sunt alii super illud donum per iustitiam boni. Alii vero corruptio per culpam mali. Conversio iustos fecit et aversio iniustos. Utrique tamen fuerunt voluntate et voluntate utrimque liberi. De his autem dicit hic Augustinus docens quod [...]

Habebant enim omnes liberum arbitrium quod est libera potestas et habilitas voluntatis et rationis: poterant enim voluntate eligere quod libet et ratione iudicare et discernere. In quibus constat liberum arbitrium. Non creati sunt volentes aut nolentes, sed habiles ad volendum hoc vel illud, et post creationem spontanea voluntate alii elegerunt malum, alii bonum. Et divisit deus lucem a tenebris sicut dicit scriptura, id est angelos bonos a malis. Lucem appellavit diem, tenebras vero noctem, quia bonos angelos gratia sua illuminavit, malos vero excaecavit.

Si autem quaeritur utrum post creationem conversis aliquid collatum sit per quod converterentur, id est diligerent deum, dicimus quod est eis collata gratia cooperans, sine qua non potest proficere rationalis creatura ad meritum vitae. Cadere vero potest per se, sed proficere non potest sine gratia adiuvante. Quae gratia indigebat angelus et quae non.

Non indigebat angelus gratia per quam iustificaretur, quia malus non erat, sed qua ad diligendum deum perfecte et obediendum adiuvaretur. Operans quidem gratia est qua iustificatur impius, id est de impio fit pius, de malo bonus. Cooperans vero qua iuvatur ad benevolendum efficaciter et deum prae omnibus diligendum et cooperandum bonum et ad perseverandum in bono et huiusmodi, de quibus postea plenius agemus. Data est ergo angelis qui perstiterunt cooperans gratia per quam conversi sunt ut deum perfecte diligerent, quasi sint ergo a bono quod habebant non perdito ad maius bonum quod non habebant; et est ista facta conversio per gratiam cooperantem libero arbitrio, quae gratia aliis qui ceciderunt apposita non fuit.

Inde a quibusdam dici solet non esse imputandum illis quod aversi sunt et non conversi, quia sine gratia converti non poterant, sed illa non est data. Nec culpa eorum fuit quod non est data, quia in eis nulla culpa adhuc praecesserat ad quod dici potest: Quamvis quibus apposita est ipsa gratia non fuit ex meritis eorum, aliquin iam non esset gratia, sed ex merito quod esset ante gratiam daretur.

Quod vero aliis non est data, culpa eorum fuit, qui consistere possent. Voluerunt donec gratia apponeretur sicut alii perstiterunt donec illa cadentibus per superbiam eis gratia est apposita. Aperte ergo cadentium culpa in his comprehendi potest, quia licet sine gratia nequiverint proficere quam non divinitus acceperant, per id tamen quod eis collatum erat in creatione poterant non cadere, id est stare, quia nil erat quod ad casum eos impelleret, sed sua spontanea voluntate declinaverunt, quod si non fecissent, quod datum est aliis utique daretur et istis. Quod angeli in ipsa confirmatione [...]

Hic quaeri solet utrum in ipsa confirmatione ubi fuerunt angeli et ante ipsam beatitudinem quam meruerint, quod in ipsa confirmatione beati fuerint. Plures concessisse videntur auctores; et ideo per constanti habendum est. Utrum vero per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitudinem meruerint ambiguum est. Quibusdam vero placet quod eam meruerunt per gratiam quam in confirmatione perceperunt simul, et eis meritum et praemium fuisse dicunt. Nec meritum praecessisse praemium tempore sed causa. Aliis autem videtur quod beatitudinem quam receperunt in confirmatione per gratiam tunc appositam non meruerunt, dicentes tunc non fuisse eis collatam gratiam ad merendum, sed ad bene vivendum; non tunc eis datum esse donum quo mererentur, sed quo feliciter fuerent. Quod autem tunc in praemium acceperunt per obsequia nobis exhibita ex dei obedientia et reverentia mereri debent, ut praemium praecessit merita et hic in magis placet

h. de s(an)c(t)a t(ri)n(itate) [illegible]

p(rae)cessit iustitia [illegible]

p(er) creatione(m) ad datu(m) [illegible] p(er) g(rati)a(m) con[...] [illegible] n(on) merito a(n)g(e)l(oru)m g(rati)a coop(er)ans

Gr(ati)a operans
Gr(ati)a cooperans

Quid s(it) gr(ati)a op(er)ans et gr(ati)a coop(er)ans: g(rati)a op(er)ans e(st) illa p(er) q(ua)m malus iustificatur, g(rati)a coop(er)ans e(st) illa p(er) q(ua)m iustificatus ad bonum iuuatur

Coop(er)ans d(icitu)r [illegible]

Utr(um) [illegible] aucti sunt

Q(uare) culpa g(rati)a [...] data est quib(us) [...]

[illegible] in ipsa confirmatione [...] fuerunt [...]

[illegible] n(on) [illegible]

D. VI

Quod de maioribus et minoribus quidam ceciderunt, inter quos unus fuit celsior, scilicet Lucifer.

fateor.

Preterea sciendum est quod sicut de maioribus et de minoribus quidam perstiterunt, ita et de utroque genere quidam corruerunt. Inter quos unus fuit omnibus aliis cadentibus excellentior, nec inter stantes aliquis fuit eo dignior, sicut testimonia auctoritatum perhibent. Ait enim Iob: Ipse est principium viarum Dei. Et in Ezechiele legitur: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectione decoris, in deliciis paradisi Dei fuisti. Quod Gregorius exponens ait: Quanto in eo subtilior natura est, eo magis in illo ymago Dei similis insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur: Omnis lapis preciosus operimentum eius. Quia ut dicit Gregorius, malorum comparatione ceteris clarior fuit. Unde et vocatus est Lucifer, sicut testatur Ysaias: Quomodo, inquit, cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? etc. Quia non unius ordinis, sed unius spiritus accipiendus est. Qui teste Ysidoro, postquam creatus est, eminentiam nature et profunditatem scientie sue perpendens, in suum creatorem superbivit, in tantum quod et Deo se equare voluit. Unde in Ysaia dicit: In celum ascendam, super astra celi exaltabo solium meum, et ero similis altissimo. Similis quidem Deo esse voluit, non per imitationem, sed per equalitatem potencie.

Unus quidem deiectus fuit merito sue superbie.

Et tante superbie merito de celo, id est de empyreo, cum aliis qui ei fuerunt deiectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus sue pravitatis consortibus. Unde Iohannes in Apocalipsi: Draco de celo cadens secum traxit terciam partem stellarum. Quia Lucifer, qui aliis maior, non solus cecidit, sed cum eo alii multi, qui ei in malicia consenserunt, eosque cadentes hic caliginosi aeris habitaculum excepit, et hoc ad nostram probacionem factum est, ut sit nobis causa exercitacionis. Unde Apostolus: Colluctacio est nobis adversus principes et potestates mundi, adversus rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequicie in celestibus, quia demones qui sunt spirituales et nequam in hoc turbulento aere nobis

proximo, qui celum appellatur, habitant. Unde et diabolus princeps aeris dicitur.

Quod non concessum est eis habitare in celo et in terra.

Non enim est eis concessum habitare in celo, quia clarus est locus ille et amenus, neque in terra nobiscum, ne homines nimium infestarent, sed iuxta apostoli Petri doctrinam in epistola canonica traditam, in aere isto caliginoso, qui eis carcer usque ad tempus iudicii deputatus est. Tunc autem detrudentur in baratrum inferni, secundum illud: Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.

Quod demones alii aliis presunt et habent aliquas prelaciones.

Et sicut inter bonos angelos alii aliis presunt, ita et inter malos alii aliis prelati sunt et alii aliis subiecti sunt, quamdiu durat mundus. Angeli angelis et hominibus, et demones demonibus presunt. Sed in fine omnis evacuabitur prelatio, ut docet Apostolus. Habent quidem modo secundum maioris vel minoris prelationes alias maiores vel minores. Quidam enim uni provincie, alii uni homini, aliqui uni vicio presunt. Unde dicitur spiritus superbie, spiritus luxurie, et huiusmodi, qui de illo vicio maxime homines temptare a quo nominantur. Unde et quidam nomine demonis diviciie vocantur, scilicet mammona. Mammona enim est nomen demonis, a nomine vocate diviciie secundum Syrum linguam. Hic autem non ideo est quod diabolus in potestate habeat dare vel auferre divicias, cui vult, sed quia eis utitur ad hominum temptacionem et decepcionem.

An omnes demones sint in hoc aere caliginoso an in sint in inferno.

Solet autem queri utrum omnes in isto aere caliginoso sint, an aliqui iam sint in inferno. Quod in inferno cotidie descendant, id est demonum vero simile, et qui animas illuc cruciandas deducunt. Et quod illic aliqui semper sint, alternatis forte vicibus, non pauci est (?) a vero. Illic animas detineri atque cruciari. Quod anime malorum illuc descendant atque ibi permaneant, ex eo constat quod Christus ad inferos descendit, ut iustos qui ibi tenebantur educeret. Si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniusti. Et sic intelligitur: Christus cum iustos eduxit, iniquos ibi reliquid. Unde: O mors, ero mors tua; morsus tuus ero, inferne.

Quidam enim putant luciferum in inferno religatum [illegible] tempore antichristi [illegible] quod dicunt primum hominem temptasse et uicisse.

non absorbuit. De lucifero autem quidam opinantur quod in religatus sit et ad nos temptandos non habet nunc accessum quia in apocalipsi legitur: Cum consummati fuerint mille anni satanas de carcere suo et exibit et seducet gentes quod erit nouissimo tempore antichristi quando erit tanta tribulatio ut si fieri potest moueantur electi. Et in religatum dicunt ab eo tempore quo temptauit christum in deserto et in passione uel uictus est ab eo quem putant primum hominem temptasse et uicisse et christum temptasse sed ab eo uictum esse et in infernum religatum. Alii autem putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine in inferno fuisse damnatum.

Quod lucifer non habet potestatem quam habebit tempore antichristi.

Sed siue in infernum damnatus sit siue non credibile est non eum habere facultatem accedendi ad nos quam habebit in tempore antichristi in quo fraudulenter ac uiolenter operabitur et ideo forte dicitur tunc soluendus quia tunc dabitur ei a deo potestas temptandi homines quam modo non habet.

Quod demones semel uicti a sanctis non accedunt amplius ad eos.

Aliis etiam qui a sanctis iuste et pudice uiuentibus uincuntur potestas alios temptandi uidetur adimi. Unde origenes: Puto inquit sane quia sancti repugnantes aduersus istos incentores et uincentes minuant exercitum demonum uelud quamplurimos eorum interimant nec ultra fas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste et pudice uiuendo uictus est impugnare iterum alium hominem. Hoc autem quidam putant intelligendum de illo uitio in quo superatus est non de superbia ut aliquem iterum sollicitet et temptet uel non ultra liceat ei illum uel alium de superbia temptare.

D VII

Quod boni angeli a deo sunt confirmati per gratiam ut peccare non possint et mali in obduratione indurato ut bene uiuere nequeunt.

Nunc dicendum est quod angeli qui perstiterunt per gratiam confirmati sunt et qui ceciderunt a gratia dei deserti sunt. Et boni quidem ita confirmati sunt per gratiam quod peccare nequeunt. Mali uero per malitiam a deo sunt obstinati quod bonam uoluntatem habere siue bene uelle non ualent et si aliquando bonum sit quod uolunt. Volunt enim aliquando aliquid fieri quod deus uult fieri et utique illud bonum est et iustum fieri sed non tamen bona uoluntate illud uolunt.

Quod utrique liberum arbitrium habent [illegible] ad utrumque flectibile.

Si enim nec boni peccare possunt nec mali bene uelle uel bene operari uidetur quod iam non habeant liberum arbitrium cum ad utramque partem flecti non possunt cum liberum arbitrium ad utrumque se habeat. Unde ieronimus in tractatu de prodigo filio dicit: Solus deus est in quem peccatum cadere non potest. cetera cum sint liberi arbitrii in utramque partem flecti possunt. Hic uidetur dicere quod omnis creatura in libero arbitrio constituta possit flecti ad bonum et ad malum. Quod si est ergo et boni angeli et mali ad utrumque flecti possunt ergo et boni possunt fieri mali et mali boni. Ad quod dicimus quod boni tanta gratia confirmati sunt ut nequeant fieri mali et adeo per malitiam obdurati sunt ut non ualeant fieri boni et tamen utrique habent liberum arbitrium quia et boni non cogente necessitate sed propria et spontanea uoluntate per gratiam adiuti bonum eligunt et malum respuunt et mali similiter spontanea uoluntate a gratia destituta bonitatem et malum sectantur et habent mali liberum arbitrium sed depressum atque corruptum adeo quod surgere ad bonum non ualet.

Quod boni post confirmationem liberius habent arbitrium quam ante.

Boni uero arbitrium habent et multo liberius post confirmationem quam ante. Unde augustinus in enchiridion: Non ideo carent libero arbitrio quia male uelle non possunt. multo quippe liberius est arbitrium quod non potest seruire peccato. quia nec culpanda est uoluntas aut uoluntas non est aut libera dicenda non est qua beati esse sic uolunt ut esse miseri non solum nolunt sed nec prorsus uelle possunt. Non potest itaque boni angeli uelle malum uel uelle esse miseri. uerum hoc habent non ex natura sed ex gratie beneficio.

ante gratiam namque confirmationem potuerunt
peccare angeli et quidam peccaverunt et de-
mones facti sunt. Unde Augustinus in libro contra Maxi-
minum. Creature natura celestium moris
potuit esse peccare potuit. Nam et angeli pec-
caverunt et demones facti sunt quorum diabolus
princeps est. Et qui non peccaverunt peccare potu-
erunt. Et cuicumque creature rationali prestatur
ut peccare non possit non est hoc nature sed di-
vine gratie. Solus deus est qui non gratia cuiusquam
sed natura sua nec potuit nec potest nec poterit pec-
care. Ecce hic insinuatur quod angeli ante confir-
mationem peccare potuerunt sed post confir-
mationem non possunt. Et quod potuerunt
fuit eis ex libero arbitrio quod est eis naturale.
Quod vero modo non possunt peccare non est eis ex
natura id est ex libero arbitrio sed ex gratia. Ex qua
gratia factum est non ipsum liberum arbitrium iam
non possit servire peccato.

Non igitur post confirmationem angeli de
natura sicut ante peccare potuerunt.
Non quod liberum arbitrium eorum debilitatum
sit per gratiam sed potius confirmatum sit ut
iam per illud non possit bonus angelus pec-
care. Quod utique non est ex ipso libero arbitrio
sed ex dei gratia. Rabanus quoque super Ieremiam ait. Cetera cum
sint liberi arbitrii possunt flecti in utramque
partem. Accipi oportet secundum statum
in quo creata sunt. Tali vero homo et angelus
creatus est quod ad utrumque flecti poterat.
Sed post ea boni angeli per gratiam ita confirma-
ti sunt ut peccare non possint et mali ita
in malo obdurati ut bene velle nequeant.

Similiter etiam Ysidorus. Intelligendum est
angelos mutabiles natura inmutabiles fuit
gratia quia ex natura in primordio sue condi-
tionis mutari potuerunt sive ad bonum
sive ad malum. Sed post gratiam boni addic-
ti sunt ut inde mutari nequeant. Ad hoc
ut repugnat gratia non natura.

Et licet mali angeli per maliciam sint ob-
stinati vivacitatem tamen sensus non penitus
sunt privati. Nam ut tradit Ysidorus triplici
acumine scientie vigent demones scilicet subtilitate
nature, experientia temporum, revelati-
one superiorum spirituum. De hoc etiam Augustinus ait. Spiritus
mali quedam vera de temporalibus rebus nos-
cere permittuntur partim subtilitate sensus, par-
tim experientia temporum calidiores propter tam
magnam longitudinem vite, partim sanctis an-
gelis quod ipsi ab omnipotente deo discunt iussu
eius sibi revelantibus. Aliquando autem idem nefan-
di spiritus et que ipsi acturi sunt velud divinando pre-
dicunt. Sed magis utiliter hoc dicitur.

Quod magice artes exercentur quibus tamen tam
scientia quam potestas a deo data est vel ad falle[n]dos
fallaces vel ad monendum fideles vel ad exercen-
dam probandamque iustorum patientiam. Unde Augustinus
in libro III de trinitate. Video in quid infirme cogitatio-
nem quid possit occurrere cur scilicet ista miracula
etiam magicis artibus fiant. Nam et magi pharaonis
serpentes fecerunt et alia. Sed illud est
amplius admirandum quomodo magorum potentia
que serpentes facere potuit ubi ad muscas minu-
tissimas scilicet cinifes ventum est omnino defecit.
Qua tertia plaga Egyptus cedebatur. Ibi certe
defecerunt magi dicentes digitus dei est.
Unde intelligi datur nec ipsos quidem transgres-
sores angelos et aereas potestates in imam istam
caliginem tanquam in sui generis carcerem ab
illius sublimis etheree puritatis habitatione
detrusos per quos magice artes possunt quicquid
possunt valere aliquid nisi data desuper potestate.
Datur autem vel ad fallendos fallaces sicut in Egyp-
tios et in ipsos etiam magos data est ut in eorum
spirituum operatione ne viderentur admiran-
di a quibus fiebant divina veritate dampnandi vel
admonendos fideles ne tale quid facere pro
magno desiderent. Propter quod etiam nobis in scriptura
sunt prodita vel ad exercendam et probandam

Quod mali angeli vivacitatem sensuum non perdiderunt et quibus modis sciant.

Quod magice artes virtute et scientia diaboli valent que ei data a deo vel ad fallendum malos vel ad monendum vel exercendum bonos.

Quod post confirmationem angeli non possunt ex natura peccare sicut ante. Nec quod debilitatum sit arbitrium eorum sed confirmatum.

manifestandam quem istorum patiam.

Quod transgressoribus angelis non servit ad nutum materia rerum visibilium.

Nec putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum servire hanc visibilium rerum materiam, sed deo potius a quo hec potestas datur quantum incommutabilis iudicat.

Quod non sunt creatores licet per eos magi ranas et alia fecerunt, sed solus deus.

Nec sane creatores illi maligni angeli dicendi sunt, quia per illos magi ranas et serpentes fecerunt. Non enim eas ipsi creaverunt. Omnium quippe rerum que corporaliter visibiliterque nascuntur occulta quedam semina in corporeis mundi huius elementis latent, que deus originaliter eis indidit. Ipse est ergo creator omnium rerum, qui creator est omnium invisibilium seminum, quia quecumque nascendo ad oculos nostros exeunt ex occultissimis seminibus accipiunt progrediendi primordia et incrementa debite magnitudinis distinctionesque ab originalibus tamquam regulis sumunt. Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quamvis eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creatura dei virtus interius operetur; ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sensus sui et corporis semina istarum rerum nobis occultiora noverunt, et ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt, atque ita gignendarum rerum et accelerandorum incrementorum prestant occasiones. Sed nec boni hec nisi quantum deus iubet, nec mali hec iniuste faciunt nisi quantum iuste ipse permittit. Nam iniquus malitia voluntatem suam habet iniustam, potestatem autem non nisi iuste accipit, sive ad suam penam, sive ad aliorum vel ad penam malorum vel ad laudem bonorum.

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricole frugum, ita nec boni angeli nec mali, licet per eorum ministerium fiant creature.

Iniquus habet a se voluntatem malam, a deo non potestatem iuste accepit.

Sic iustificationem mentis iustificatio

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi deus, ne ... solus predicare autem evangelium extrinsecus De operatione creat... possunt homines non solum boni per creatur... veritatem, sed et mali per occasionem; ita creationem rerum visibilium deus interius operatur, exteriores operationes atque contemperationes sive occasiones ab angelis tam bonis quam malis vel etiam hominibus adhibentur. Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quanto desunt eis sensuum subtilitates et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Unde quibuslibet angelis quanto facilius est ab elementis contrahere, quanto facilius est, tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates. Sed non est creator nisi qui principaliter ista format, nec quisquam hoc potest nisi unus creator deus. Aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus admovere, ut tunc vel tunc, sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt, sed acceptis opportunitatibus prodeunt.

Quod angeli possunt multa per naturam que non possunt propter dei vel bonorum angelorum prohibitionem vel quia nequaquam permittuntur.

Illud quoque sciendum est quod angeli mali quedam possunt per nature subtilitatem que tamen non possunt propter dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est quia non permittuntur illa facere a deo vel ab angelis bonis. Possent enim utique fecisse ciniphes qui ranas et serpentes fecerunt. Quedam vero non possunt facere etsi permittantur ab angelis superioribus, quia non permittit deus. Unde Augustinus in libro iii de trinitate: Ex ineffabili potentia dei fit ut quod possent mali angeli si permitterentur ideo non possint quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio cur non potuerint facere ciniphes qui ranas et serpentes fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum, quod etiam magi confessi sunt dicentes: Digitus dei hic est. Quid autem possint per naturam nec possint per prohibitionem, et quid per ipsius nature sue conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, immo impossibile. Novimus hominem posse ambulare, et nec hoc posse si non permittatur; volare autem non posse etsi permittatur. Sic et illi

angeli quedam possint facere si permittantur ab
angelis potencioribus ex imperio dei. Quedam vero
non possunt si permittantur ab eis, quia ille non permit-
tit a quo illis sic datus est nature modus, qui etiam per angelos
suos illa plerumque non permittit que concessit ut
possint. Utrum angeli omnes [illegible]

VIII. Solet etiam quibus a consentire videtur dicere omnes an-
in gelos esse [illegible] corpora [illegible]
questione verti [illegible]
apud doctos [illegible] corpora [illegible] in eis possent pati.

doctos utrum angeli omnes boni scilicet atque mali
corporei sint, id est corporea habeant sibi unita. Quod
aliqui putant innitentes verbis Augustini, qui dicere videtur
quod angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpora
aerea habuerunt de puriore ac superiore
aeris parte formata, ad faciendum habilia, non ad
patiendum. Et angelis bonis qui perstiterunt talia
conservata sunt corpora ut in eis possint fa-
cere et non pati, que tante sunt tenuitatis ut
a mortalibus videri non valeant, nisi sint vel-
tita aliqua grossioris forme, quia assumpta videntur
deposita vel videri desinunt. Angelis vero ma-
lis mutata sunt in casu corpora in deteriorem qualita-
tem spissioris aeris. Sicut enim a loco digniori in
inferiorem locum, id est in caliginosum aerem
deiecti sunt, ita illa corpora tenuia transfor-
mata sunt in deteriora corpora et spissiora
in quibus possint pati a superiori elemento, id est ab
igne. Et hoc Augustinus sensisse videtur super Genesim,
dicens: Demones aerea dicuntur animalia,
quia corporum aereorum natura vigent, nec
per mortem dissolvuntur, quia prevalet in eis ele-
mentum aptius ad faciendum quam ad patiendum.
Ad patiendum vero humor et humus, ad faciendum
aer et ignis aptitudinem prebent. Transgressores vero angeli
cum principe suo nunc diabolo
tunc archangelo, ideo miseri, si post peccatum in hanc
caliginem detrusi sunt, et hic miseri, si
conversi sunt ex pena in aeream qualitatem

qua possint ab igne pati. Caliginosa tamen ae-
ris tenere tantum permissi sunt, qui eis quasi carcer
sit usque ad tempus iudicii. Ecce his verbis videtur
Augustinus tradere quod quidam opinantur
de corporibus angelorum. Hoc autem eum aliqui dixisse
asserunt non sentiendo sed opinionem ali-
orum referendo, quod ex ipsis verbis diiudicare volunt
quibus ait: Demones dicuntur aerea animalia,
non ait sunt. Scit vero quidam dicebant de ha-
bitatione vero caliginosi aeris eum quod dixit sensisse,
non opinando sed rei veritatem asserendo eum
tradidisse dicunt, quod ipsius locutionis distinctio
ostendit. Dicunt ergo plurimos catholicos
tractatores in hoc convenisse atque id concor-
diter docuisse, quod angeli incorporei sunt nec
corpora sibi habent unita. Assumunt autem
aliquando corpora deo preparante ad impletionem
ministerii sui, sicut a deo iniunctum, eademque post ex-
pletionem deponunt. In quibus corporibus
hominibus apparuerunt atque locuti sunt. Ta-
liquando quidem locuti sunt ex persona dei sicut [illegible]
tione, aliquando ex persona propria vel filii sui [illegible]

Nec dubitandum [illegible] incorporalibus
deum in corporibus angelicis formis apparuit.
formis apparuisse hominibus, sicut Augustinus in libro
[illegible] ostendit, conferens divine scripture
testimonia ex quibus deum in corporeis angelis
hominibus apparuisse probat, et aliquando ex persona
dei sub propriorum distinctione personarum
sermonem et factum. De perplexa questione
quam ponit, querens an ad exhibendum
has corporales apparitiones creatura no-
va sit formata, an angeli qui erant ante
missi et si per [illegible] missi sunt, vetere servata qua-
litate spiritalis corporis aliquam speciem cor-
poralem de corpulentiori materia assump-
serint, ad suum proprium corpus muta-
verint et speciem sue actioni aptam [illegible]

Sed non omnibus hominibus in corporalibus

per imaginibus apparuisse asserit, perplexam quaestionem
proponit, cum nec absolvit, quaerens utrum in illis cor-
poralibus apparitionibus creatura aliqua subiecta esset
ad hoc opus tantum in qua Deus hominibus appareret, an
angeli qui iam erant ita mitterentur ut manen-
tes in suis corporibus spiritualibus assumerent
ex corpulentia inferiorum elementorum aliquam spe-
ciem corporalem, quam coaptatam quasi aliquam
vestem mutarent in quaslibet species corporales
veras, atque idem corpus suum proprium verterent
in species aptas actionibus suis per virtutem sibi a
Deo datam. Item Augustinus in libro III de Trinitate. Quaerendum
est utrum in illis antiquis corporalibus et visibilibus rerum
ad hoc opus tantum creatura formata sit in qua
Deus sicut tunc oportuisse iudicavit humanis osten-
deretur aspectibus, an angeli qui iam erant
ita mittebantur ut ex persona Dei loquerentur
assumentes corporalem speciem de creatura
corporea in usum ministerii sui, aut ipsum corpus
suum cui non subduntur, sed subditum re-
gunt, mutantes atque vertentes in species quas vellent
accommodatas atque aptas actionibus suis, secundum attri-
butam sibi a creatore potentiam. Sed fateor
excedere vires intentionis meae, utrum angeli
manente spirituali corporis sui qualitate per hanc
occultius operantes assumant ex inferioribus
elementis corpulentioribus corpus, quod sibi coapta-
tum quasi aliquam vestem mutent et vertant in quaslibet
species corporales et ipsas veras, sicut aqua vera in
verum vinum conversa est a Domino, an ipsa
propria corpora sua transforment in id quod
volunt accommodatum ad id quod agunt. Sed quodlibet
horum sit, cum homo sim, nullo experimento compre-
hendere valeo sicut angeli qui haec agunt. Attende
lector quia quaestionem propositam non solvit,
sed indiscussam reliquit utrum angeli quibusdam manentibus
corporibus super vestirentur aliquo corpu-
lentiori specie in qua possent videri, an ipsum
corpus mutarent et transformarent in quaslibet

vellent speciem in qua possent cerni. In quibus verbis
videtur animum attestari angelos esse corporeos
ac propria et spiritualia habere corpora. Quod Deus in spe-
Ceterum haec velud nimis cie qua Deus est mortalibus
profunda atque obscura libus apparuit nisi
relinquentes illud indubitanter quam-
teneamus quod Deus in specie essentiae suae numquam
mortalibus apparuit. Sic famulo suo Moysi
dicit: Non videbit me homo et vivet. Et in evangelio
Iohannis legitur: Deum nemo vidit umquam. In-
visibile enim quiddam non est quod non sit mutabile.
Ideo sola summa essentia Dei quoniam nullo modo mutabilis
est, nullo modo per se ipsam potest esse visibilis. Proinde il-
la omnia quae patribus visa sunt, cum Deus il-
lis praesentaretur per creaturam facta esse manifes-
tum est. Et si nos latet quomodo ea ministris
angelis fecerit Deus, per angelos tamen esse facta dicimus.
Audeo quippe fiducialiter dicere: nec Deum Patrem nec Verbum
eius nec Spiritum eius, qui est unus Deus, per id quod
est atque id ipsum est ullo modo esse mutabilem,
ac per hoc multo minus visibilem. Utrum demones
Illud etiam consideratione intrent corpora hominum substantialiter et illa-
dignum videtur utrum bantur mentibus hominum.
demones sive corporei sive incorporei sint, homi-
num substantialiter intrent corpora eorum quae
animantibus illabantur, an ideo intrare dicantur quia
malitiae suae effectum ibi exercent Dei permissio-
nem opprimendo atque vexando eas, vel in peccatum
pro voluntate sua concitando, quod
in Evangelio ubi leguntur homines ingredi atque ab eis expulsi
exire videntur. Evangelium aperte declarat commemo-
rans demonem in quosdam ingressum, et post Christum exire.
Sed utrum secundum substantiam ingressi sint, an propter
mali effectum dicantur ingressi, non adeo per-
spicuum est. De hoc Augustinus, Gennadius, in diffinitio-
nibus ecclesiasticorum dogmatum ait: Daemones per energiam
ingredi operationem non credimus substantialiter
illabi animae, sed applicatione et oppressione vi-
nire. Illabi autem menti illi soli possibile est.

qui ciratur qui natura subsistens incorporeus ca
pabilis sue malicie est. Ecce hic videtur insinuari
quod substancialiter non illabuntur demones
vel introeant corda hominum. Eodem quoque super illum
locum Actuum apostolorum ubi Petrus ait Ananie: cur
temptavit vel implevit sathanas cor tuum dicit
Ioannes: Mentem hominis secundum substan
ciam nichil implere potest nisi creatrix trinitas quan
tummodo secundum operacionem et voluntatis instinc
tum omnia de hiis que sunt creata implentur.
Implet vero sathanas cor alicuius non quidem
quod ingrediens in eum et in sensum eius neque
introiens aditum cordis siquidem potestas
hec solius dei est sed callida et fraudulenta decep
tione animam in affectum malicie trahens per
cogitaciones et incentiva viciorum quibus plenus est.
Implevit ergo sathanas cor Ananie non intran
do sed malicie sue virus inferendo. Idem: Spiritus
immundus flamma virtutum de cordibus fide
lium expulsus dolorum veritatis venenum
persecucionis infundit. Hiis auctoritatibus
ostenditur quod demones non substancialiter intrant
corda hominum sed propter malicie effectum de quibus
pelli dicuntur cum nocere non sinuntur.

D IX

Post predicta superest *De ordinibus*
cognoscere de ordinibus *distinctione et*
angelorum quod scriptura tradat *qui et quot*
que in pluribus locis ix esse ordines angelorum *sunt*
promulgat, scilicet angelos, archangelos, principatus, po
testates, virtutes, dominaciones, tronos, che
rubin et seraphin, et inveniuntur in istis ordinibus
tria esse et in angelis iii ordines ut trinitatis
similitudo in eis insinuetur impressa. Unde Dyoni
sius iii ordines angelorum tradit esse et ternos in singulis
ponens. Sunt enim iii superiores, iii inferiores,
iii medii. Superiores: seraphin, cherubin, troni;
medii: dominaciones, principatus, potestates; infe
riores: virtutes, archangeli, angeli. *Quare appelletur or*
Hic considerandum quid *do et quare sit ratio nominis*
appelletur ordo. Deinde *cuiusque*

Utrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum
ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo
celestium spirituum qui inter se in aliquo
munere gratie similantur sicut in naturalium
datorum participatione conveniunt. Et sic ubi
gratia seraphin dicuntur qui pre aliis ardent ca
ritate. Seraphin enim interpretatur ardens vel suc
cendens. Cherubin qui pre aliis in sciencia eminent.
Cherubin enim interpretatur plenitudo sciencie. Tro
ni a dicuntur sedes. Troni vocantur ut beatus Gre
gorius ait qui tanta divinitatis gracia replentur ut
in eis deus sedeat et per eos iudicia decernat atque in
formant. Atque dominaciones vocantur notantur
qui principatus et potestates transcendunt. Prima
patus dicuntur qui subiectis que sunt agenda
disponunt eisque ad exempla divina misteria
principantur. Potestates nominantur hii qui
hoc ceteris potencius in suo ordine acceperunt
ut virtutes adverse eis sint subiecte eorum refre
nantur potestate ne homines temptare tantum
valeant quantum desiderant. Virtutes vocantur
illi per quos signa et miracula frequenter fiunt.
Archangeli qui maiora nunciant. Angeli qui mi
nora. *Quare hec nomina non propter se sed propter nos eis data sunt*
Hec nomina illis *que sunt propria sunt et de donis*
non propter se sed propter nos data *gracie quod non habent*
sunt qui enim sibi noti sunt con *singulariter sed*
templatione nobis innotescunt *excellenter*
cognominatione et nominantur *et a participacione*
singuli ordines a donis graciarum que *nominantur*
non singulariter sed excellenter data sunt in parti
cipatione. Nulla enim celesti patria ubi plenitu
do boni est licet quedam data sint excellenter
nichil tamen possidetur singulariter. Omnia enim
in omnibus sunt non quidem equaliter quia aliu
d alii sublimius possident que tamen omnes habent.
Etenim omnia bona graciarum superiores ordi
nes sublimius et perfectius perceperunt tamen ex sui
parte sortiti sunt vocabula inferioribus certa
relinquentes ordinibus ad cognominationem

Seraphin.
Cherubin.
Troni.
Dominationes.
Principatus.
Potestates.
Virtutes.
Archangeli.
Angeli.

ut Seraphim qui ordo excellentissimus esse estimatur tam dilectionem quam cognitionem divinitatis et cetera virtutum dona ceteris omnibus sublimius perceperit et tamen ab excellentiore dono id est caritate nomen accepit. Ille superior ordo vocatus est. Donum enim est caritas quam scientia. Item maius est scire quam iudicare. Scientia namque informat iudicium. Ideoque secundus ordo a secundo dono id est a cognitione veritatis appellatus est id est Cherubim. Tertius id est Throni a iudicio. Et de aliis intelligendum est. Assignatur ergo excellentia ordinum ad excellentiam donorum. Et tamen sic credendum est quod illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent caritate et sciencia pleni sunt et sic de aliis. Sed et superiores sunt aliis excellentius ut iam dictum est. Ideo acceperunt a quibus nominantur. Ubi omnes in illa summa civitate quisque ordo eius rei censetur nomine quam plenius accepit in munere. Gregorius: Sic cernitur hic quod talis si quisque ordo ab illo dono nominatur quod plenius possidet. Unde cherubim in sciencia preminet omnibusque a scientia nominatur. Sed cum qui magis diligit plus cognoscit tamen eminere videtur caritas. Cognoscit enim quisque quantum diligit. Itaque seraphim non solum in caritate sed etiam in scientia preminet. Ideoque auctoritas illa sic videtur intelligenda ut comparatio non referatur ad omnes ordines sed ad quosdam scilicet inferiores. Ideo prior ordo non plenius seraphim accepit scientiam in munere sed plenius aliis ordinibus qui sunt inferiores. Nec nominatur quia ordo ad omnia que plenius aliis accepit sed ad aliqua tantum quas accepit vel potest comparatio inferri non ad ipsos ordines sed ad alia dona nec ad omnia alia dona sed ad quedam.

Sic et homines cum plura habeant dona quedam aliis excellentius possident. Et forte et angeli inter se quibusdam magis pollent et aliis quibusdam minus. Utrum hii ordines ab initio creationis fuerint. Utrum isti ordines a creatione distincti fuerint.

Nunc inquirere restat utrum isti ordines a creationis initio ita distincti fuerint quod ita fuerint distincti a primordio sue creationis. Videtur testimonio auctoritatis innixum quae tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine namque superiore lucifer ille fuit quo nullus dignior conditus est. Apostolus principatus et potestates tenebrarum nominat de ordinibus ostendens aliquos cecidisse qui cum in malis ministerium exerceant non tamen penitus nominibus ordinum suorum privati sunt. Sed non videtur illud posse stare. Non enim tunc caritate ardebant nec sapiencia pollebant neque in eis deus sedebat sicut habuissent si non cecidissent. Non ergo erant seraphim vel cherubim vel throni. Ad quod dicimus quia ante casum quorundam non erant isti ordines quia nondum habebant dona in quorum participacionibus conveniebant sed quibusdam ordinibus aliis apposita sunt eisque qui ceciderunt collata fuissent eadem dona si perstitissent. Ideoque scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse quia non fuissent in ordinibus et forte corruerunt. Sed quia si perstitissent eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus qui et in tenuitate nature et in forme perspicacitate differentes gradus habebant sicut illi qui perstiterunt. Aliqui enim ut premisimus superiores alii inferiores conditi sunt. Superiores qui natura magis subtiles et intelligencia amplius perspicaces facti sunt. Inferiores qui natura minus subtiles et intelligencia minus perspicaces facti sunt. Hec autem invisibiles dicat ferendas invisibilium solus ille ponderare potuit qui omnia in numero et mensura et pondere disposuit. Qui in semetipso qui est mensura omni rei modum prefigens et numerus omni rei speciem prebens et pondus omnem rem ad stabilitatem trahens id est terminans et formans et ordinans omnia.

Preterea considerari oportet utrum omnes angeli eiusdem ordinis equales sint. Utrum omnes angeli eiusdem ordinis equales sint. Ita esse quibusdam placuit sed non.

hoc probabile ut assertionem dignum, quod hi qui sunt de collegio superiorum in ipsis digniores existunt, qui alii excellentiores creati fuerant; ex quo patet quod si perstitissent in ordine superiori fuissent, et aliis eiusdem ordinis exstitissent digniores. Sicut enim unus est ordo apostolorum et alius martyrum, et tamen in apostolis alii sunt aliis superiores, similiter et in martyribus alii aliis sunt digniores, ita et in ordinibus angelorum recte creditur esse. Quomodo dicatur decimus ordo

Notandum est etiam quod una decem ordinum decimus ordo legitur. Quod ex hominibus de hominibus restaurandus sit. Quomodo compleretur decimus ordo, cum non sint nisi novem ordines, nec plures in principio fuissent, etsi illi perstitissent qui ceciderunt. Movent in lectores quomodo Scriptura dicat decimum ordinem ex hominibus impleri. Quod namque dicit homines assumendos in ordinem angelorum, quod alii sumuntur in ordine superiorum, scilicet qui magis ardent caritate, alii in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tamquam novem sint angelorum et decimus hominum, sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest, quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est. Unde possunt fieri decimus ordo, propter quod Apostolus dicit restaurari omnia in Christo quae in caelis sunt et quae in terris, quia per Christum redemptum cum genus humanum, de quo fit reparatio ruinae angelicae. Non tamen ideo tantummodo salvaretur homo, si angelus non cecidisset; non solum iuxta numerum eorum qui ceciderunt, sed eorum qui permanserunt, homines ad beatitudinem admittuntur. Unde et superna illa civitas ex angelis et hominibus constat. Ideo credimus tantum humanum genus ascendere quantos illic contigit angelos remansisse, sicut scriptum est in cantico Deuteronomii: Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.

Quibusdam tamen placet, quod homines reparantur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt, ut illa civitas caelestis non suorum civium numero privetur, nec maiori copia regnet. *Quidam dicunt quod iuxta numerum angelorum lapsorum soli boni reparantur.* Ex Augustini Enchiridion sententia videtur, non asserens de hominibus plus salvari quam corruerint de angelis, sed non minus, ita dicens: Superna et sancta mater nostra civitas Dei nulla civium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum aut immundorum daemonum novimus. In quorum locum succedentes filii catholicae matris, quae sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine ullo termino temporis permanebunt. Sed illorum civium numerus, sive qui est, sive qui fuit, sive qui futurus est, in contemplatione eius artificis est, qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt. Ecce aperte dicit non minus de hominibus salvari quam corruerint de angelis, sed plus non asserit.

An omnes spiritus caelestes mittantur, et ponit opiniones.

Hic est investigandum utrum omnes illi caelestes spiritus ad exteriora nuntianda mittantur. Quidam enim putant aliquos in illa multitudine esse qui foras pro officio exeunt, alios qui semper interius assistunt, sicut scriptum est in Daniele: Millia millium ministrabant ei, et decies centena millia assistebant ei. Secundum Dionysium in Ierarchia, quae sacri principatus dicitur, de separatione spirituum ait: Superiora illa agmina ab intimis nusquam recedunt, quoniam ea quae praeeminent usum exterioris officii nunquam habent. His auctoritatibus innituntur qui angelos mitti nisi inferiores inficiantur. Quibus obicitur quod Isaias dicit: Volavit ad me unus de seraphim, qui ordo superior est et excellentior. Sed si de illo ordine mittuntur, non est ambigendum quin et de aliis mittantur. Apostolus quoque ait: Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi. His testimoniis asserunt quidam omnes angelos mitti; non debet

Hindignum videri si et superiores mittantur cum et ille qui creator est omnium ad hec inferiora descenderit. Quod si omnes mittuntur cur tamen unus ordo nominatur nuntiorum.

Hic oritur questio si omnes mittuntur, ordo nominatur, et nuntii dei existunt. Unde angelorum quare unus tantum inter novem ordines censetur angelorum hoc nomine censetur. Ad quod quidam dicunt omnes quidem mitti sed alios sepius et quasi ex officio iniuncto qui proprie angeli vel archangeli nominantur; alios vero rarius mitti, scilicet maiores, causa ex communem dispensationem oborta, qui cum angelorum ministerium suscipiunt et nomen assumunt. Unde in psalmo: Qui facit angelos suos spiritus, id est qui natura spiritus sunt aliquando angeli, id est nuntii fiunt. Quidam putant

Et putant illi Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Michael, Gabriel, Raphael de superiori ordine fuisse. Ista sunt nomina spirituum. Michael interpretatur quis ut deus, ordinum. Gabriel fortitudo dei, Raphael medicina dei. Nec sunt nomina ista ordinum sed spirituum. Et dicunt quidam singularium horum nominum proprie ac singulariter spiritus esse nomen. Alii proprie vero non unius singulariter determinate, sed nunc huius nunc illius esse nomen secundum qualitatem eorum ad quem nuntianda vel gerenda mittuntur. Sicut demonum quedam nomina sunt que quidam putant nomina esse propria, alii pluribus communia. Diabolus quippe qui grece vocatur et criminator interpretatur ut deorsum fluens, hebraice dicitur Sathan, id est adversarius; dicitur et Belial, id est absque iugo; dicitur et Leviathan, id est additamentum eorum; et alia plura reperies nomina que vel unius proprie sunt vel pluribus communia. Que determinet.

Quod omnes angeli pro missis auctores quidam asserunt. Quidam asserunt pre... dicunt adversarii quod missis auctores Daniel et Dionysius dicunt angelos missos, ita determinant dicentes: non mitti superiora agmina; deo assistere et ab intimis nunquam recedere, non quin aliquando mittantur, sed quia rarissime ad exteriora prodeunt, neque tunc ad intimis recedunt, sed dei presentie et contemplationi semper assistunt, quod et faciunt qui frequenter mittuntur. Quid illi dicant qui non omnes mitti dicunt.

Alii vero dicunt tres ordines non mitti, et determinant supremos, scilicet cherubim, seraphim et thronos, quia non exeunt, creatori assistere, quod ad exteriora non exeunt. Contrarium quidam. Inferiores autem tres, scilicet adversarii, ad exteriora mitti; tres vero medios mediocriterque consistere non tantum dignitate vel loco sed et officio, qui preceptum divinum a superioribus accipiunt et deferunt ad inferiores. Horum cum supremi medios et medii imis atque hi hominibus preceptum distribuunt, merito omnes angelos nominari dicunt. Et ob id forte apostolus dicit: Omnes spiritus administratorios esse filii et mitti in ministerium, ut propter omnes non singulos ordines sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Illud vero quod Ysaias dicit per illud Dionysius determinat dicens: hi spiritus qui mittuntur praecipuum horum vocabulum quorum gerunt officium. Unde dicunt illum angelum qui missus est ad Ysaiam ut mundaret et incenderet labia prophete fuisse de ordine inferiorum, sed ideo dictus est fore de seraphim quia veniebat incendere et consumere delicta Ysaie. Quod quaeque anima

Illud quoque sciendum est. Hic angelum bonum ad quod angeli boni deputati sunt custodiam delegatum. **D XI**
sunt ad custodiam hominum bonum et malum, ut quisque electorum habeat angelum ad exemplum ad suum profectum atque custodiam specialiter delegatum. Unde Veritas in evangelio, vetans a pusillorum scandalo, prohibens ait: Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Angelos dicit eorum, qui ad custodiam deputati sunt. Super quem locum Jeronimus tradit unamquamque animam ab exordio nativitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum, inquiens: Ita magna dignitas animarum est ut unaquaeque

habeat ab ortu nativitatis in custodiam sibi angelum delegatum. Ex quo dicit quod quisque unum bonum angelum sibi ad custodiam deputatum et unum malum ad exercitium habet. Cum vero omnes angeli boni nostrum bonum velint, et pro salute omnium studeant, ille tamen qui deputatus est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum, sicut legitur de angelo Tobie et de angelo Petri in Actibus apostolorum. Similiter et mali angeli, cum desiderent malum hominum, magis tamen hominem malum incitat et ad nocendum fortius instat ille qui ad exercitium deputatus est. **Utrum singulis ho-**

Solet autem queri **utrum singulis hominibus singuli angeli** **aut pluribus unus.**

Utrum singuli angeli singulis hominibus an unus pluribus **oooo** ad custodiam vel exercitium sit. Sed cum electi tot sint quot et boni angeli sint, plures constat esse simul bonos et malos homines quam bonos angelos sint, et cum tot sint electi quot angeli boni, et angeli boni plures sint quam mali, plures quam sint homines mali quam boni, non est ambiguum plures esse bonos homines quam sint mali angeli, et plures esse malos homines quam sint mali angeli vel boni angeli. **Si committatur unus angelus pluribus.**

Ideoque dici oportet unum eundemque **deputatum hominibus sive** angelum bonum vel malum pluribus **sit sive diversis temporibus** hominibus deputari ad custodiam vel exercitium, sive eodem tempore sive diversis temporibus. Si eodem dicimus eodem tempore vel diversis temporibus, quia videtur quibusdam quod omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore singuli singulos angelos habere possint bonos et malos, quia licet maior sit numerus hominum computatus in universum omnibus qui fuerunt et sunt et futuri sunt quam angelorum, tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt, et ideo numquam simul sunt in hac vita, angeli vero non decedunt, numquam tamen simul omnes sunt, esse potest ut singuli hominum dum in hac vita sunt singulos habeant angelos bonos vel malos ad suam custodiam vel exercitium destinatos. Ceterum sive sic sit sive non, non est dubitandum unumquemque angelum sibi deputatum, sive pluribus simul destinatus sit, sive uni singulariter. Nec etiam negandum unum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari, cum homini uni plurium custodia deputatur, id est eorum quilibet suam dicatur habere diocesim vel episcopum vel abbatem. **Utrum angeli proficiant in sancto**

Preterea illud considerari oportet, **utrum in premio vel** merito proficiant angeli boni **ad iudicium. Quibusdam videtur** in merito vel in premio proficiant. **Quod proficiant in meritis** usque ad iudicium, et in meritis proficiant **oooo** atque cotidie magis ac magis mereantur, quibusdam videtur ex eo quod cotidie hominum utilitatibus deserviunt eorumque profectibus student, quibus etiam nihilominus videtur quod et in premio proficiant, scilicet in cognitione et dilectione Dei. Licet enim, ut aiunt, in cognitione beatitudinem acceperint et eternam atque perfectam, augetur tamen cotidie eorum beatitudo, quia magis ac magis diligunt atque cognoscunt, et est eorum caritas qua Deum et nos diligunt, et est eis meritum et premium: meritum, quia per eam et obsequia nobis impensa merentur et in beatitudine proficiunt; et ipsa eadem est premium, quia ea beati sunt. Et quod angeli in cognitione proficiant, hoc precipue in beatitudine testimoniis sanctorum confirmant. Dicit enim Ysaias in persona angelorum Christum ascendentes magnificentiam admirantium: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? et in psalmo: Quis est iste rex glorie? Ex quibus apparet quod misterium incarnationis plenius cognoverunt angeli post impletionem quam ante. Et sicut in cognitione huius misterii profecerunt, ita dicunt eos in cognitione proficere. Quod autem in huius misterii cognitione profecerint, evidenter docet apostolus dicens: Que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, ut innotescat multiformis sapientia Dei per ecclesiam principibus et potestatibus in celestibus. Super quem locum

Hanc sed angelicae dignitatis praestantiam mysterium ad purum non intellexisse donec completa est missio Christi et apostolorum praedicatio per gentes dilatata. His autem contradicere [quod in hac sententia videtur angelis] videtur Augustinus super [contradicere] eumdem locum epistolae dicens: Non latuit angelos mysterium regni caelorum, quod opportuno tempore revelatum est pro salute nostra. Illis quoque similiter innotuit super memoratum mysterium, quod non omni creaturae ante saecula, sed a saeculis est. Attende lector quia videntur dissentire in hac sententia illustres doctores. Sed ut omnis repugnantia de medio tollatur, praedicta Haymonem sequentes ita determinemus, ut illis angelis qui maioris dignitatis sunt et per quorum ministerium illa nuntiata sunt, ex parte cognita a saeculis fuisse, ut potioribus familiaribus et nunciis; illis vero qui dignitatis minoris sunt incognita exstitisse dicamus usque implerentur; et ex parte cum praedicarentur, et tunc ab omnibus angelis perfecte fuerunt cognita. Constat igitur omnes angelos in cognitione divinorum mysteriorum secundum processum temporis profecisse. Unde non incongruenter ipsi idem dicunt angelorum scientiam ac beatitudinem augeri usque ad futuram consummationem, quando in scientia et beatitudine perfectissimi erunt, ita ut non augeatur amplius nec minuatur. [Aliorum opinio quod dicunt]

Alii dicunt angelos [etiam angelos in confirmatione] in confirmatione atque [eorum non profectus] notitia fuisse perfectos, ut in his ulterius se non profecerunt nec profecturi sint; profecerunt tamen in scientia rerum exteriorum, sicut in cognitione sacramenti incarnationis Christi, sed non in contemplatione divinae, quia Trinitatem in unitate et unitatem in Trinitate non plenius intelligunt sive intellecturi sunt quam ab ipsa confirmatione perceperunt. Ita et dicunt eos in caritate non profecisse post confirmationem, quia eorum caritas per ea non est aucta, et sic dicunt eos non profecisse in meritis, sed quantum ad cumulum merendi, sed non quantum ad ministerium meritorum. Plura enim fecerunt bona postea quae tunc non fecerant, sed eorum caritas ex qua illa processerunt non est aucta, ex qua tamen meruerunt antequam ista adderentur quantum postea his adiunctis. Aliud vero quod alii dicunt probabilius videtur, scilicet quod angeli usque ad iudicium in scientia et in aliis proficiant. Quibus tamen videntur obviare quaedam auctoritatum verba. Ait enim Isidorus in I. de summo bono: Angeli in verbo Dei omnia sciunt antequam fiant. Sed nec omnes nec omnia perfecte angelos scire dixit, et non eos in scientia proficere non removit. Gregorius quoque in II. Dialogorum ait: Quid est quod ibi nesciant ubi scientem omnia sciunt? Videtur dicere quod omnia sciunt angeli et nihil sit quod non sciant. Sed accipiendum est hoc de his quorum cognitio beatum facit cognitorem, ut sunt ea quae ad mysterium Trinitatis pertinent. [De cognitione de angelis hic]

Haec de angelicae naturae [dicta magis de ...] cognitione dicta sufficiant. [Tractatio de creatione et perfectione de operibus sex dierum]

D XII [distinctione]

Nunc superest ad alia, quorum tenuit creatione ac propagine de operum sex dierum distinctione nulla in medium proferre. Cum Deus in sapientia sua angelicos condidit spiritus, alia etiam creavit, sicut ostendit super memorata scriptura Genesis, quae dicit in principio Deum creasse caelum, id est angelos, et terram, id est materiam quatuor elementorum adhuc confusam et informem, quae a graecis dicta est chaos; et haec fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit et species proprias atque distinctas singulis rebus secundum genus suum dedit; quae non simul, ut quibusdam sanctorum patrum placuit, sed per intervalla temporum ac sex volumina dierum, ut aliis visum est, formavit. [Quod sancti doctores ... hoc quasi ad ...]

Quidam namque sanctorum patrum [visa videntur dixisse] qui dei verba atque arcana excellenter [aliis doctoribus] scrutati sunt super hoc quasi adversa scripsisse [doctoribus dicta] videntur. Alii quidem tradiderunt omnia [sed tamen ...] simul in materia et forma fuisse creata [et forma aliis spiritualia ...].

quod Augustinus sensisse videtur. Alii vero hanc magis probaverunt atque asseruerunt, ut primo materia rudis atque informis, quatuor elementorum commixtionem atque confusionem tenens, creata sit; postmodum vero per intervalla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quam sententiam Gregorius, Ieronimus, Beda aliique plures commendant ac preferunt, que et scripture Geneseos, unde prima huius rei ad nos manavit cognitio, magis congruere videtur. Quo fuerit intervallo res corporales

Secundum hanc traditionem addere sunt [illegible]

Secundum hanc traditionem ordinem atque modum creationis et formationis rerum inspiciamus. Sicut supra memoratum est: In principio creavit Deus celum, id est angelicam naturam, sed adhuc informem, ut quibusdam placet, et terram, id est illam confusam materiam quatuor elementorum, que nomine terre, ut ait Augustinus contra Manicheos, significata est. Terram appellavit Moyses, quia terra minus omnibus elementis speciosa est; et illa inanis erat et incomposita propter omnium elementorum commixtionem. Eandem et abissum vocat, dicens: Et tenebre erant super faciem abissi, quia confusa erat et commixta specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua, super quam ferebatur Spiritus Domini, sicut superfertur fabricandis rebus voluntas artificis, quia subiacebat bone voluntati creatoris quod formandum perficiendumque inchoaverat; qui sicut dominus conditor preerat fluitanti et confuse materie, ut distingueret per species varias quando et ut vellet. Ideo dicta est aqua, quia omnia que in terra nascuntur, sive animalia sive arbores vel herbe et similia, ab humore incipiunt formari atque nutriri. His omnibus vocabulis vocata est illa informis materia, ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus; et non uno tantum, quia si uno tantum significaretur vocabulo, hoc esse putaretur quod consueverant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his nominibus significata est materia illa invisa et informis, que nulla specie cerni et contrectari poterat, id est nominibus visibilium rerum que inde future erant, propter infirmitatem parvulorum, qui minus idonei sunt invisibilia comprehendere. Et tunc erant tenebre, id est lucis absentia. Non enim tenebre aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia, sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est silentium dicitur; et nuditas non aliqua res est, sed in corpore ubi tegumentum non est nuditas dicitur; sicut et inanitas non est aliquid, sed inanitas dicitur esse locus ubi non est corpus, et inanitas absentia corporis. Quo

Attende quod hic Augustinus tenebras sensibiles dicit non esse aliquid, cum alibi tenebre in creaturis ponantur dicamus non esse aliquam rem que benedicunt Dominum, ubi dicitur: Benedicite lux et tenebre Domino. et quomodo dicantur esse aliquid.

Sed sciendum est tenebras diversis modis accipi, scilicet vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit Augustinus, iuxta quam acceptionem non sunt aliquid; vel pro aere obscurato sive aeris obscura qualitate, et secundum hoc aliqua res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abyssi, quia nondum erat lux, que si esset super esset et superfunderetur; sed nondum lucis gratia opus suum Deus venustaverat, que postea primo die facta est. Duo hic consideranda

De qua priusquam tractemus sunt que illa materia [illegible]

Duo nobis discutienda occurrunt. dicta informis [illegible]

Primum quare illa materia confusa et informis adeo [illegible] dicatur, an quia omnino forma caruerit, an propter aliud. Secundo, utrum eadem prodierit, et quantum in altum ascendit. Ad illud quod primo positum est sane respondentes dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem quia nullam omnino formam habuerit, quia non aliquid corporeum tale existere potest quod nullam habeat formam. Sed ideo non absurde informem appellari posse dicimus, quia in confusione et permixtione quadam subsistens nondum pulcram apertamque distinctam receperat formam, qualem modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionis ante formam

dispositionis quibus omnia corporaliter materialiter simul et semel creata sunt postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. ex hoc absolutum est quod primo in distinctione propositum fuit scilicet quare illa materia dicatur informis. ad.

Nunc superest quod secundo loco querebatur secundo proponebatur explicare respondit.

scilicet illa materia substiterit et quantum in altitudine porrigebatur ad quod nichil temere asserentes dicimus quod illa prima rerum moles quando creata est ibidem adesse videtur ubi nunc formata subsistit. erantque terrenum hoc elementum in uno loco eodemque medio subsidens cetera in una confusione permixta erant circumquaque in modum cuiusdam nebule expansis ita obvolutum erat ut apparere non posset. quod fuit illa vero tota in una permixtione confusa circumquaque suspensa quousque in altum porrigebantur quousque nunc summitas corporee nature pertingit et sic quibusdam videtur usque locum firmamenti extendebatur illa moles que in inferiori parte spissior atque grossior erat. superiore vero rarior et levior atque subtilior existebat de qua rariore substantia putant quidam fuisse aquas que super firmamentum esse dicitur. talis fuit mundi species in principio priusquam formam reciperet vel dispositionem. ostenso quod fuit.

Nunc superest ut dispositionem mundi scilicet insequalis perfecta sit ordine prosequamur primordio ipso sex diebus sicut scriptura docet genesis. scriptura prosequitur distinxit deus et informia redegit in species. distinctio operum vi dierum que simul materialiter fecerat perfecit opus suum die sexto et sic deinde die vii requievit id est cessavit novam creaturam facere. sex ergo diebus sex rerum genera distinxit. in qualitate opera facit que in aliquo modo non continentur. operatur et tamen postea sicut et veritas in evangelio ait pater meus operatur usque modo et ego operor illud. de iiii modis.

Quatuor enim modis ut ait divine Walemundus super genesim operationis operatur deus primo in verbo omnia disponendo.

secundo in materia informi iiii elementorum de nichilo eam creando. unde qui vivit in eternum creavit omnia scilicet elementa vel omnia corpora materialiter simul creavit. tertio per opera vi dierum varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminibus non incognite oriuntur nature sed note sepius ne perirent reformant. que fuit prima distinctionis operum.

Prima autem distinctionis

Operatio fuit formatio lucis sicut ostendit scriptura sicut ostendit scriptura genesis que commemorata terram informem eam dispositionem a luce inchoavit subdens. dixit deus fiat lux et facta est lux et divisit lucem a tenebris appellavitque lucem diem et tenebras noctem et factum est vespere et mane dies unus. congrue mundi ornatus a luce incepit unde cetera que creanda erant viderentur.

Si queritur qualis illa que fuit illa lux corporalis an spiritualis. fuit lux corporalis sive an spiritualis. potest his an respondemus quod a sanctis legimus spiritualem traditum dicitur augustinus quia illa lux corporalis et spiritualis intelligi potest. si spiritualis accipitur angelica natura intelligitur que prius informis fuit sed postea formata est cum ad creatorem conversa ei caritate adhesit cuius informitas est ad superius significata ubi dictum est. In principio creavit deus celum et terram. hic vero eiusdem formatio ostenditur cum ait. fiat lux et facta est lux. hic vero angelica natura prius tenebre et postea lux fuit quia prius habuit informitatem et imperfectionem deinde formationis perfectionem et hic divisit deus lucem a tenebris. sicut enim ait augustinus super genesim. hic creature informitas imperfecta fuit antequam formaretur in amore conditoris formata est quando conversa est ad incommutabile lumen verbi. Si vero corporalis fuit lux illa quod utique probabile est corpus lucidum fuisse intelligitur velud lucida nubes que non de nichilo sed de preiacenti materia formaliter factum est ut lux esset in ipsum lucendi haberet. Cum qua dies prima exorta est quia ante lucem non dies fuit nec

nox licet tempus sint. q̄ illa lux fca ē ū sol ap
Si autem querit ubi ec̄ q̄ fuerat luce pos
tū est facta lux illa cum abyssus omnem
terre altitudinem tegeret. dici p̄ in illis partib;
facta quas nunc illustrat solis diurna lux. nec
mir̄ luce in aquis q̄ posse luce fc̄ū ē nauitarū
opacione sepius illustrentur. qui in p̄fundum
misi misso ex ore oleo aquas sibi illustrant.
que multo rariores fuerint in principio
qm̄ m̄ sunt. q̄ non dum congregata fuerant
in uno loco. fca g̊ lux illa uices nocturni sol te
nebat que motu suo circumagitata noctem di
emq; discernebat. i g̊ p̄mū lucem apparuisse
ēu simile est ū sol cotidiano cursu cui conuē
tus apparet ut eodem tramite lux circuiens
ac p̄mo ad occasum discendens uespam fa
ceret deinde reuocata ad ortum auroram. i.
mane illustraret. et diuisit deus lucē a tenebris.
et appellauit lucem diem et tenebras noctem.
Hic notandum: q̄ dies diuersis modis
q̄ dies diuersis modis scriptura accipit.
accipit enim. Dicitur dies lux illa triduo
tenebras illuminabat. et dicitur dies illumina
cio sup̄a terras. et dicit̄ dies spacium. xx. iiij. orar.
qualiter accipitur cum ait. factum est. u. et m.
dies unus. q̄ ita distinguendum est. factum
est uespere prius et postea mane et ita fuit dies
unus expletus. xx. iiij. orarum dies. f. natal
qui h̄uit uesperam s; non mane. mane di
enim finis p̄cedentis et inicium sequentis di
ei quod est aurora que nō plenam lucem n̄
omnino tenebras h̄t. mane g̊ p̄mus dies
non h̄uit q̄ nec dies p̄cesserat qui sequentis
diei inicio terminaretur et eo p̄cipue et q̄ luce
apparente mox sup terram plenus atq; pre
clarus dies extitit qui non ab aurora s; a ple
na luce incoauit et i mane sequentes dies con
matus est. unde Beda sup genesim. Decebat
ut dies a luce inciperet et in mane sequentes
et in mane sequentis diei tenderet ut opa di

a luce incoasse et in lucem completa esse figuraret
Reliqui aut̄ dies mane h̄uerunt et uesperam q̄ re
quisq; a suo mane incipiens us; ad alterius diei
mane tendebatur ut distinguatur. de natali ordine
Hic est naturalis ordo distincti computationis
omnis dierum ac computantur a mane dierum et dellorum p̄xio reducat.
usq; ad mane. postea in misterio factum est ut
dies a uespera computarentur in uespam et iungerentur dies
p̄cedenti nocti in computatione cum iuxta
naturalem ordinem p̄cedens dies sequenti noc
ti adiungi debeat q̄ hō a luce p peccatum
corruit in tenebras ignorantie et peccatorum.
deinde p xp̄m a tenebris ad lucem redit. unde apls
eramus aliquando tenebre. nunc aut̄ lux in
dn̄o. p̄mus itaq; dies non ab aurora s; a plena
luce incipiens et post paullatim uesperam occi
dente luce excipiens et mane sequentis diei ex
pletus est. unde Beda occidente luce paulatim et
post spacium diurne longitudinis inferiores p
tes subeunte factum est uespe sic nunc usitato
cursu solis fieri solet. factum est autem ma
ne eadem sup terram redeunte et aliam diem
incoante et dies expletus est unus. xx. iiij. hora
rum. Fuitq; nox illo triduo omnino tenebrosa
que post creata sidera aliqua luce claruit. q̄re
Solet aut̄ queri quare factus ē sol si lux illa
factus: sol si lux illa fa sufficiebat.
ciendo diei sufficiebat. ad quod dici potest. qm̄
lux illa superiores partes illustrabat et ad illuminati
onem inferiorum solem fi oportebat uel potu
it dici sco sole diei fulgor auctus est. ampliori
si luce radiat aut̄ dies postea qm̄ an. Si q̄ ro q̄
de illa luce factum sit cum medio non appare
at. potest dici aū de ea corpus solis formatum aū
in ea p̄te celi esse in qua sol est. non q̄ ip̄a sit sol.
s; sit ei iuncta ut discerni non ualeat. qm̄ accipi sit illō
Preterea inuestigandum est. dixit deus an sono uocis
quomodo accipiendum sit. q̄ enim illud dixit an
dixit deus ytrum temporaliter uel sono alit.
uocis illud dixerit an alio m̄ aug. sup gen.

tradit nec temporaliter nec sono vocis deum fu-
isse locutum, quia si temporaliter diceretur so-
nuisse, vox dei nec lingua erat qua loqueretur,
nec erat quem oporteret audiendo intelligere.
Unde ergo vox dei ad materiam sibi per quod omnia
facta sunt refertur. Dixit ergo deus fiat et cetera non
temporaliter nec sono vocis, sed in verbo sibi coe-
terno genuit intemporaliter, in quo erat et
dispositum ab eterno ut fieret in tempore et
ideo factum est. **Quomodo accipiendum sit quod pater**
Hic queri solet quomodo **dicatur operari in filio vel**
accipiendum sit quod dicitur **per filium vel in spiritu**
sancto operari in filio vel per filium vel in spiritu sancto.
Hoc enim scriptura frequenter nobis proponit, ut
omnia in sapientia fecisti domine, id est in filio; et in
principio, id est filio, creavit deus celum et terram; et illud per quem fecit
secula; super illud quod psalmista loquitur: verbo domini
celi firmati sunt et cetera. Dicit Augustinus quod pater operatur
per verbum suum et spiritum sanctum. Quomodo ergo
accipiendum est hoc? Putaverunt quidam he-
retici quod pater velud auctor et artifex filio
et spiritu sancto in eorum operatione quasi instrumen-
to uteretur, ex predictis verbis errandi occasio-
nem sumentes, quod velud blasphemiam atque
sane doctrine contrarium abicit pia fides. Ne ergo
itaque intelligendum ideo scripturam frequen-
ter commemorare patrem in operari in filio vel per fili-
um, tamquam filius non posset facere nisi ei non
porrexisset pater dexteram, et tamquam aliquod
instrumentum patris operantis, sed potius illis
verbis patrem intelligi voluit cum filio et
spiritu sancto operari et sine eis nichil facere. Sed dicet he-
reticus: hac ratione posset dixisse filium operari
per patrem vel in patre et spiritum sanctum in utroque vel
per utrumque, quia filius cum patre et spiritus sanctus cum
utroque operatur. Cui breviter respondemus: ideo
illud dictum esse et non istud, ut in patre mon-
straretur auctoritas. Non enim pater a filio,
sed filius a patre operatur, et spiritus sanctus ab utroque.
Sed filius et per spiritum sanctum legitur operari, quia cum spiritu
sancto operatur. Hoc ipsum a filio habet ut operetur.
Potest autem et aliter. **Alia predicatorum**
[**P**]otest illud accipi ut dicatur **expositio**
pater in filio vel per filium operari quia genuit eum
omnium opificem, sicut dicitur per eum iudicare,
quia genuit iudicem. Et in vel per spiritum sanctum operari di-
citur sive pater sive filius, quia ab utroque pro-
cedit spiritus vel factor omnium. Unde Iohannes Cri-
sostomus in expositione epistole ad Hebreos sic ait:
non ut hereticus mente suspicatur, tamquam
aliquod instrumentum patris exstitit filius, neque
per eum pater dicitur fecisse tamquam ipse facere
non posset; sed sicut dicitur pater iudicare per fi-
lium quia iudicem genuit, sic et dicitur operari
per filium, quia eum constat opificem genu-
isse. Si enim causa eius pater est secundum
quod pater est, multo amplius eorum causa est que per
filium facta sunt. Hec de opere prime diei dicta sufficiant.
Dixit quoque deus: fiat **Hic de opere secunde diei**
firmamentum in medio **quid factum est** — D XIIII
aquarum et dividat aquas ab aquis. **Firmamentum**
divisitque aquas que erant sub firmamento
ab his que erant super firmamentum. Secundo
quod totius celi distribuitur creatio, sicut tradit Be-
da super Genesim, in quo fixa sunt sidera, cui suppo-
site sunt aque in aere, et inferius supposite alie, de
quibus dicitur: qui tegis aquis superiora eius.
In medio ergo firmamentum est, id est sidereum celum, quod
de aquis factum esse credi potest. Cristallinus
enim lapis, cui magna est firmitas et perspicui-
tas, de aquis factus est. Si quem vero movet quomodo
aque natura fluide et in ima labiles super
celum possint consistere, de deo scriptum esse
meminerit: qui ligat aquas in nubibus suis. Qui
enim infra celum ligat aquas ad tempus in cor-
poribus nubium retentas, potest etiam super celi
speram non vaporali tenuitate sed glaciali
soliditate aquas suspendere ne labantur.
Quales autem et ad quid condite sint, ipse novit
qui condidit. Ecce ostensum est hic ubi

quod celum factum sit, scilicet illud in quo fixa sunt sidera, vel quod extendit aerem et aquam materia[?], scilicet de aquis et quales sint aque que super illud celum sunt, scilicet ut glacies solidate. Alii putant celum esse illud igneae nature.

Quidam vero celum quod excedit aeris spatia dicunt esse igneae nature, asserentes super aerem purum ignem esse qui dicitur celum, de quo igne sidera et luminaria facta esse coniectant. Quibus Augustinus super Genesim ad litteram II consentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem, an ipse aer hic intelligatur, idem Augustinus querit nec solvit, sed magis aerem approbare videtur celum illud hic accipi quod spatia aeris excedit. De aquis autem que super celum sunt dicit vaporaliter ibi et levissimis guttis suspendi. Si enim aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporaliter ibi et stillaticias minutias suspendit, et postea corpulentius conglobatas pluvialiter refundit, sic et aque sicut videmus ad tantas minutias pervenire ut feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leviorem, cur non credamus et super illud levius celum minutioribus guttis et levioribus emanare vaporibus? Quomodo autem ibi sint, ibi esse non dubitamus. **Que sit figura firmamenti.**

Queri etiam solet cuius figure sit celum. Sed Spiritus Sanctus, quamvis auctores nostri scierint, per eos dicere noluit nisi quod prodesset saluti. Queritur etiam utrum stet an moveatur celum. Si movetur, inquiunt, quomodo firmamentum est? Si stat, quomodo sidera que in eo fixa creduntur circumeunt? Sed firmamentum dici potest non propter stationem sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. Si etiam stat, nichil impedit moveri et circumire sidera. **Hec tacuit Scriptura de**

Post hec queri solet **opere secunde diei** quare hic non est dictum **quod in aliis dixit** sicut in aliorum dierum operibus, scilicet: Vidit Deus quod esset bonum. Causam autem aliqui hic commendant. Ideo enim fortassis non est hic dictum, quia tunc sicut in alius est factum, quia binarius est principium alteritatis et signum divisionis. Sequitur: Dixit Deus: Congregentur aque in locum unum et appareat arida. **De opere tertie diei** Tertie diei opus est congregatio aquarum in locum unum. Congregate omnes sunt aque celo inferiores in unam materiem, ut lux que per triduo aquas clara luce illustraverat, in puro aere clarior fulgeret, et appareret terra que cooperta latebat, et que aquis limosa erat fieret arida et germinibus apta. Eodem die etiam produxit terra herbam virentem et lignum pomiferum faciens fructum. Si autem queritur ubi congregate sunt aque que totum terre spatium usque ad celum? potest fieri ut terra subsidens concavas partes preberet, ubi fluctuantes aquas reciperet. Potest et credi primarias aquas rariores fuisse que sicut nebula tegerent terras, sed congregatione esse spissatas. Non facile in unum posse redigi locum, cum maria multa constat esse et flumina. In unum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem omnium aquarum que in terris sunt, quia cuncta maria et flumina magno mari iunguntur. Ideo enim dixit aquas congregatas in unum locum, deinde dicit pluraliter congregationes aquarum propter multifidos sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

Sequitur: Dixit Deus **de opere quarte diei quam** **aque congregate in unum lo[cum]** D XV

Fiant luminaria in firmamento celi, et dividant diem et noctem. **Cum** in precedenti triduo disposita est universalis huius mundi machina et partibus suis distributa. Formata enim luce prima die qua universa illustrantur, duo sequentes dies attributi sunt suppreme et infime parti mundi, firmamento scilicet, aeri, aque, terre. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est, tertia vero aquarum molibus intra receptacula sua collectis revelata est terra atque aer serenatus. Quatuor

quia mundi elementa illis elementis diebus
locis suis distincta sunt et ordinata, tribus
autem sequentibus diebus ornata sunt elementa
illa. Quarta enim die ornatum est firmamen-
tum sole et luna et stellis. Quinta in volatili-
bus aer et aque in piscibus ornatum acceperunt.
Sexta terra recepit iumenta et reptilia et bestias. Quod
post omnia factus est homo de terra et in terra, non
tamen ad terram nec propter terram, sed ad celum et propter
celum. Ante alia de ornatu celi agitur. Sicut
enim celum ceteris elementis prius factum est,
ita et ipsum prius aliis factum est, ideo ante alia
ornatur in quarto die, quo fiunt sidera, que ideo
facta sunt ut per ea illustrentur inferiora, ne
esset habitantibus tenebrosa. Infirmitati quoque
hominum provisum est, ut circumeunte sole pa-
terentur homines diei noctisque vicissitudinem
propter dormiendi vigilandique necessitatem. Et
ideo ne nox indecora remaneret, sed luna ac sideri-
bus consolarentur homines quibus in nocte
operandi necessitas incumberet, et quia quedam
animalia sunt que lucem ferre non possunt.
Quod autem subditur: et sint in signa et tempora
et dies et annos, quomodo accipiendum sit queri solet.
Ita enim dictum videtur quasi in quarto die cepisset
tempora, cum per triduum sine tempore non
fuit. Sed tempora que fiunt per sidera non per spa-
cium morarum sed vicissitudinem aeris qua-
litatis debemus accipere, que talia motibus si-
derum fiunt, sicut dies et anni quos usita-
te novimus. Sunt autem in signa serenita-
tis et tempestatis, et in tempora, quia per ea distingui-
mus quattuor tempora anni, scilicet ver, estatem,
autumpnum, hiemem. Vel sunt in signa tem-
porum, id est in distinctione horarum temporis, quia prius-
quam fuerunt, ordo temporum nullis nota-
batur indiciis, vel meridiana hora vel qualibet
hora ut quarta die facta sunt. De opere quinti diei que cre-
Dixit etiam deus: Producant aque ... avit deus creavit
reptile anime viventis etc. volatilia et natatilia

volatile super terram etc. Opus quinti diei
formatio piscium et avium, quibus duo ele-
menta ornantur, et de eadem materia, id est de
aquis, pisces et aves creavit, volatilia levans
in aera et natatilia remittens in mari. De
Sequitur: Dixit deus ... opere sexti diei quando creata
Producat terra animam ... animalia et repti-
viventem, iumenta et reptilia et bestias terre
secundum species suas etc. Sexte diei opus
distribuitur, cum terra suis animalibus or-
nari dicitur. Utrum post peccatum venenosa animalia
Queri solet de venenosis ... noxia facta sunt ante vel post peccatum
et perniciosis animantibus, utrum nocere ceperint post pec-
post peccatum hominis creata sint ad vindictam, in ...
tam hominis, an potius creata innoxia pecca-
toribus nocere ceperint. Sane dici potest quod crea-
ta nichil homini nocuissent si non peccasset; punien-
dorum namque viciorum et terrendorum vel probande
vel perficiende virtutis causa nocere ceperunt. Fu-
erunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia.
De quibusdam etiam minutis animantibus quod est
...rum, an in primis condicionibus creata sunt, an
ex rebus corruptis postea orta sint. Plura quippe de
humidorum corporum viciis et exalacionibus sive
de cadaveribus gignuntur, quedam etiam de cor-
rupcione lignorum et herbarum et fructuum, quorum deus
auctor omnium est. Potest autem dici quod ea que de cor-
poribus animalium maxime mortuorum nas-
cuntur, cum animalibus creata non fuerint
nisi potencialiter et materialiter. Ea vero que ex terra vel
ex aquis vel ex his que terra germinante orta
sunt, tunc creata fuisse non incongrue dici potest.
Omnibus autem creatis. Quare per om-
atque dispositis, novissime nia factus
factus est homo tamquam possessor, qui est bo-
et omnibus prelatus erat. Unde sequitur: Vidit
deus quod esset bonum et ait: Faciamus ho-
minem etc. Sed antequam de creatione hominis trac-
temus, quod supra breviter tetigimus plenius
versantes clarius faciamus. In hoc ter terum

distinctione catholici tractatores differentie u-
sup(ra)dixerunt inveniuntur aliis dicentibus
res creatas et distinctas secundum species su-
as per intervalla sex dierum quorum sententie que
littera genesis magis inservire videtur atque
ecclesie magis approbatur. ideo attentius studio se do-
cuimus. quoniam ex illa communi materia pri-
us informiter facta postea rerum corporalium
genera per vi dierum volumina distinctionum sint
formata. aliis autem videtur quod non per intervalla
temporum facta sint sed simul informata ad
esse prodierunt. vero aug(ustinus) super gen(esim) pluribus mo-
dis nititur ostendere dicens elementa iiii. for-
mata apparent sicut ab initio extitisse et
celum sideribus ornatum fuisse. quedam vero
non formaliter sed materialiter tunc facta fuisse.
que post per temporis accessum formaliter dis-
tincta sunt ut herbe arbores et forte animalia.
Omnia ergo in ipso initio temporis facta esse dicunt.
sed quedam formaliter et secundum species quas habere cernimus.
ut maiores mundi partes. quedam vero materialiter
tantum. sic enim dicunt. moyses loquens rudi et car-
nali populo locutionis modum temperavit de deo lo-
quens ad similitudinem hominis qui per moras temporum op-
a sua facit. unde aug(ustinus). sed in quid moyses divi-
sim refert deum illa opera fecisse qui non potuit
simul ab homine dici quod a deo simul fieri potu-
it. ipsum potuit dividere scriptura loquendi tem-
poribus. et deus operandi temporibus non divisit. illi autem his auctoritatibus
et talibus huiusmodi inherentes dicunt iiii. elemen-
ta atque celi luminaria formata simul esse. hi il-
los sex dies quos scriptura commemorat sex
rerum genera i. distinctiones appellant que simul facte
sunt. partim formaliter partim causaliter. Quo-
niam de septime diei sequitur. quomodo intelligitur deum reque-
aliquid nos eloqui operis scripture. *visse ab omni*
quod complevit deus die in septimo opus suum *opere su-*
et requievit die vii. et requievit ab universo *o-*
opere quod patraverat. Requievisse dicitur die

vii. non quasi operando lassus sed ab universo
opere requievit quia novam creaturam facere
cessavit. Requiescere vero cessare dicitur. unde
in apocalipsi. non habebant requiem dicere.
sanctus. sanctus. sanctus. i. dicere non cessabant. Requievisse
ergo dicitur deus quia cessavit a faciendis gene-
ribus creature quia ultra nova non condidit usque
nunc. tamen ut veritas in evangelio ait operatur
pater cum filio secundum administrationem eorum
generum que tunc instituta sunt. Creatoris
enim virtus causa subsistendi est omni creature.
Unde dicitur pater meus usque modo operatur et
ego operor. illud universe creature continuam
administrationem ostendit. Die ergo vii. requi-
evit ut novam creaturam ulterius non faceret.
cuius materia vel similitudo non precesserit. sed usque
nunc operatur ut que condidit contineret et guber-
nare non cesset. *Qualiter intelligendum sit quod dicitur opus su[um]*

Sed queritur quoniam *in complesse deum die que*
vii. die dicatur deus complevisse *requievisse ab omni o-*
pus suum cum ab omni opere illo die *per se suo.*
requieverit non aliquod genus novum ut fecit
alia translatio habet. consummavit deus die vi.
opera sua quod nichil questionis affert quia manifes-
ta sunt que in celo facta sunt et omnis consumma-
cio eo die perfecta est sicut scriptura ostendit. Est
autem vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. omnia
quidem naturaliter bona erant. nichil quod in sua
natura vitii habuit et sunt bona que condidit
deus et singula simul vero universa valde bona
quia ex omnibus constat universitatis ad-
mirabilis pulcritudo in qua et illud quod ma-
lum dicitur bene ordinatum et loco suo positum
eminentius commendat bona ut magis placeant
et laudabiliora sint dum comparantur malis.
Sexta ergo die facta est omnium operum consum-
matio. Ideo premissa oritur questio quomodo di-
catur deus vii. die opus suum complevisse
quod hebraica habet veritas (uera). In quo tamen nichil novum

requievit ab omni opere non in-
telligendo requiem dicendo
per privationem motus sed cessa-
tionem operationis

Et complevit deus die septimo
opus [illegible] non
[illegible] hebraica veritatem
[illegible] respondendo.

creasse dicatur nisi forte dicatur die vii. con
plevisse opus suum quia ipsum benedixit et sanctifica
vit. Illum operis enim benedictio et sanctificatio sicut
Salamon aliquid operis fecit cum templum
dedicavit. Quid sit benedictio et sanctificatio
illum a. diem sanctificasse dicitur diei
et benedixisse dicitur quia mistica precellis benedictio
ne et sanctificatione donavit. Unde in lege
dicitur exod. Memento sanctificare diem sabbati et
inde et quia numerando dies usque ad vii. procedimus
et dicimus vii. esse dies quorum repetitione omne
tempus agitur non quia alius ab illis dies octa
vus et ix. et sic de ceteris. Sed quia in vii. diebus rerum
genera distincta sunt et in vii. licet non fuit
novum genus rerum institutum fuit tamen
in eo quasi quidam novus status sanctificatio
nis operum et requietionis opificis. Potest enim
et sic exponi illud. Complevit die vii. opus
suum i. completum et consummatum vidit. De

OPVI

his extrinsecus quod supra hominis creatione non co
de hominis creatione sideratur quia quamvis cre
perimus simul effectum maniciam sic homo et quare sic
pariter atque ordine explanare institutus que vi
mine suscepimus. Hec consideranda sunt. Circa creaturam
terrena videntur. Sed queritur creatione et qualis lapsus
sit homo et qualiter institutus et qualiter primo quomodo sit lapsus
et quomodo factus. Deinde qualiter sit lapsus quia diceret
postremo qualiter et per que sit reparatus. Causa sit.
horum autem primo et secundo posita i. causam creati
onis humane et modum institucionis supe
rius pro modulo nostre facultatis tractavimus
Nunc superest ut qualiter vel quomodo factus sit discu
tiamus. In genesi legitur. fa. ho. ad y. et s. n. in
eo quod dicit faciamus una operatio trium persona
rum ostenditur in hoc vero quod dicit ad y. et s. n.
una et equalis est substancia trium personarum
monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur
ad filium et spiritum s. non ut quidam putaverunt
angelis quia dei et angelorum non est una et eadem
et eadem ymago vel similitudo.

Ymago et similitudo. Quod ymago vel similitudo hic
in hoc loco in creatura divisis varie accipitur
intelligitur et trinitatis essencia modis aliquibus in cre
ad quam factus est homo et ipsa hominis creata ab aliis creata et
concreata. Increatam enim ymaginem increata vel creata
ginem quem deus intellexisse videtur tamen vel filii
Beda cum dicit non unam ymaginem spiritus s.
dei et angelorum sed trium personarum et ideo personis
non angelis fit sermo. In hoc tamen dicitur ymago
quia ymago relative ad aliud dicitur cuius simili
tudinem gerit et ad quod representandum fac
ta est sicut ymago cesaris que ipsius similitudi
nem preferebat ipsumque quodammodo represen
tabat. In hoc autem ymago dicitur id ad quod ad
sit sicut exemplum hic dicitur que simul exem
plari exemplari. Ex quo sumitur aliquid ponitur
tamen aliquando abusive alterum pro altero scilicet et in
cius hic accipitur ymago essencia trinitatis
Sicut ea nomine ymaginis in loco intelligitur
illius hic vero ymago patris. Opinio eorum qui putant
est dicitur sicut supra incurrit. Filium per similitu
tam de trinitate diximus. Omnem et ymaginem
Unde fuerunt non nulli qui hic accipi
i distinguerunt ut ymaginem in loco
intelligant filium hominem vero non yma
ginem sed ad ymaginem factum dicentes quos
repellit apostolus dicens. Vir quidem ymago
est et gloria dei. Hic namque ymago i. homo cum
dicitur sed ad ymaginem non quia ad filium dei
sed alioquin non diceretur ad ymaginem nostram
Quomodo pro nostram diceret cum filius ymago patris
solius sit. Fuerunt autem et alii perspicacius hoc tra
ctantes qui per ymaginem filium et per simili
tudinem s. spiritum s. intelligerent qui simili
tudo est patris et filii et ideo pluraliter putaverunt
dici nostram id referentes ad similitudinem
tamen ad ymaginem non intelligendum esse crediderunt et ymaginem ymaginis esse et similitu
dinis in ea hominem vero et ymaginem esse et ad
ymaginem et factum esse crediderunt et ymaginem

esse et similitudinis. si hoc sententiam approbat sic
Uerumptamen hec distinctio imaginis et simi
illius reprobabilis penitus non litudinis dei in
uidetur. quia de medio montium hic queritur
et auctoritatibus sanctorum non manat.
congruentius in christo homine ymagina atque ita
go et similitudo dei querenda et consideranda
est. Factus est ergo homo ad ymaginem dei et intellige
similitudinem secundum mentem qua
rationabilibus antecellit. sed ad ymaginem
secundum memoriam intelligentiam et
dilectionem. ad similitudinem secundum
innocentiam et iusticiam que in mente ra
tionali naturaliter sunt. Vel ymago conside
ratur in cognitione ueritatis. similitudo in
amore uirtutis. uel ymago in aliis
omnibus. similitudo in essentia quia immortalis
et indiuisibilis est. Unde aug. in li. de quantitate
anime. anima similis facta est deo quia immorta
lem et indissolubilem fecit eam deus. ymago
ergo pertinet ad formam. similitudo ad naturam.
Factus est ergo homo secundum animam ad yma
ginem et similitudinem non patris uel filii uel
spiritus sancti. sed totius trinitatis. et ita et secundum ani
mam dicitur homo esse ymago dei. quia ymago di
uina in eo est. sicut ymago dicitur et tabula et pic
tura que in ea est. sed propter picturam que in ipsa
est simul tabula appellatur. ita propter ymaginem
trinitatis etiam illud in quo est hec ymago no
mine ymaginis uocatur. Quare homo dicatur ymago
Quocirca homo et ymago et ad ymaginem. filius
dicitur et ad ymaginem et non ad yma
filius uero ymago non ad ymagi ginem. ooo
nem quia natus non creatus equalis oooooooo
et in nullo dissimilis. homo creatus adeo non
genitus non paritate equalis sed quedam
similitudine accedens ei. Unde aug. in li. vii.
de tri. In genesi legitur faciamus hominem ad ymaginem et
similitudinem nostram. faciamus ad nostram pluraliter dictum est. et
nisi relatiue accipi non oportet. nec facere

pater et filius et spiritus sanctus ad ymaginem patris et filii et spiritus sancti ut
subsisteret homo ymago dei. sed quia non omnino
equalis fiebat illa ymago tamquam non ab
illo nata sed ab eo creata. ideo ita ymago dicitur
quod et ad ymaginem quia non equatur
paritate sed accedit quadam similitudi
ne. filius autem est ymago sed non ad ymagi
nem quia equalis patri est. dictus est homo ad y
maginem propter imparem similitudinem et
ideo nostram ut ymago trinitatis esset homo intelliga
tur non tamen equalis sicut filius patri. Ecce osten
sum est secundum quid homo sit similis deo. scilicet secundum
animam. Sed et in corpore quandam proprietatem
habet que hoc indicat quia est ex ista statura.
et secundum quam corpus anime rationa
li congruit quia in celum erectum est. De cre
Hic de origine anime atione anime ubi et de
plura queri solent. scilicet aliquo fratres et quam gratia D XVII
unde creata fuit. et quando. et quam gratiam. et quam gratiam
habuerit in creatione. Sicut hominis habuerit in
formatio secundum corpus describitur. creatione
cum dicitur. formauit deus hominem de li
mo terre. ita eiusdem secundum animam factu
ra describitur. cum subditur. et inspirauit in fa
ciem eius spiraculum uite. corpus enim
de limo terre deus formauit animam inspi
rauit uel secundum aliam litteram flauit
uel sufflauit. non quod faucibus inflauerit
uel manibus corporeis corpus formauerit.
Spiritus enim deus est non liniamentis membro
rum compositus. Non ergo carnaliter putemus
deum corporeis manibus formasse corporaliter
faucibus inspirasse animam. sed potius homi
nem de limo terre secundum corpus formauit
iubendo. uolendo. id est uoluit uerbo suo iussit
ut ita fieret. et inspirauit in faciem eius spira
culum uite. id est substantiam anime in qua uiueret creauit.
non de materia aliqua corporali uel spirituali sed de
nichilo. Putauerunt autem quidam deum de sua
substantia animam creasse uerbis scripture putantes

inherentes quibus dicitur inspiravit vel fla-
vit et cetera. Cum flat inquiunt vel spirat homo
de se flatum emittit. Sic ergo cum dicitur deus
flasse vel spirasse spiraculum in faciem ho-
minis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur,
id est de substantia sua. Qui hec dicunt non capiunt secundum
tropicam locutionem dictum esse sufflavit
vel flavit, id est flatum hominis secundum a-
nimam fecit. Flare enim est flatum facere.
Flatum facere est animam facere. Unde dominus
per Ysaiam: omnem flatum ego feci. Non sunt
ergo audiendi qui putant animam esse partem
dei. Si enim hoc esset, nec a se nec ab illo de-
cipi posset, nec ad malum faciendum nec pa-
tiendum compelli, vel in melius vel deterius
mutari. Flatus ergo quo hominem animavit
factus est a deo, non de deo nec de aliqua mate-
ria sed de nichilo. *Hic oritur quedam questio scrupulosa.*

Sed utrum in corpore an *extra facta sit anima an in corpore.*
Set corpus, inter doctos scrupulosa *an in corpore*
questio est. Augustinus super Genesim tradit animam
cum angelis sine corpore fuisse creatam, sed
eam vero ad corpus accessisse, neque compulsa
est in corpore sed naturaliter illud voluit,
id est sic creata fuit ut vellet, sicut naturale no-
bis est velle vivere. Male autem velle vitie
non nature sed voluntatis est perverse. Alii vero
dicunt animam hominis in corpore fuisse cre-
atam, sic exponentes verba illa: inspiravit in
faciem eius spiraculum vite, id est animam in corpore creavit
que totum corpus animaret, faciem tamen spiritualiter,
quia hec pars sensibus ornata est ad inveniendum supe-
riora. Et quicquid de anima primi hominis esti-
metur, et de aliis certissime sciendum est quod in cor-
pore creentur. Creando enim infundit eas
deus et infundendo creat. Dicendum est quod a-
nimam illam non sic esse creatam ut prescia es-
set operis futuri vel iusti vel iniusti. *In qua eta-*

Solet etiam queri utrum et cetera *te deus homi-*
hominem repente in *nem fecerit.*

virili etate fecerit an perficiendo et etates au-
gendo sicut nunc format in utero matris.
Augustinus super Genesim ait quod Adam in etate virili
continuo factus est, et hoc secundum superiores non
inferiores causas, id est secundum voluntatem et
potentiam dei, qui non nature generibus alliga-
vit qualitates, et virga Moysi conversa est in dracone(m).
Sic talia contra naturam fiunt hominibus, quibus
aliter nature cursus innotuit; deo autem natura est
quod facit. Non ergo contra dispositionem suam il-
lud fecit deus. Erat in prima causarum disposi-
tione sic hominem posse fieri, sed non ibi erat necesse
ut sic fieret. Hoc enim non erat in condicione
creature sed in beneplacito creatoris, cuius
voluntas necessitas est. Hoc enim necessario
futurum est quod ille vult et prescit. Complura vero secundum
inferiores causas futura sunt, sed in prescientia dei
futura non sunt. Si in illa autem aliter futura sunt,
potius futura sunt sicut ibi sunt ubi prescit ille
qui non potest falli. Sic ergo factus est Adam non
secundum inferiores causas, quia non erat
inter causis naturalibus erat ut sic posset fieri.

Hominem autem ita formatum *quod homo*
habuit deus scriptura *extra paradisum creatus*
docet et posuit in paradyso voluptatis *in paradyso sit po-*
citus quem plantaverat a principio. *situs et est que-*
huius verbis aperte Moyses insinuat quod *ita factum*
homo extra paradysum creatus postmodum *sit*
in paradyso sit positus, quod factum dicitur
quia non erat in eo permansurus, vel non nature sed
gratie hoc assignaretur. Ut intelligitur autem paradi-
sus localis et corporalis in quo homo locatus est.
Tres enim generales de paradyso sententie sunt. Una
eorum qui corporaliter intelligi volunt tantum. Alia
eorum qui spiritualiter tantum. Tertia eorum qui utroque modo
paradisum accipiunt. Tertiam tamen placere fateor,
ut homo in paradyso corporali positus sit, qui
ab illo principio plantatus accipi potest, quoniam
omnem remotis aquis herbam et ligna producere iussit,
qui et si presentia esse vel future eius prudentia certa. Ad litteram

tum intelligendum est esse locum amenissimum fructuosis arboribus magnum et magno fonte fecundum. Quod autem diximus a principio antiqua translatio dicit ad orientem. Bene uolunt quidam in orientali parte paradisum esse longo interiacente spatio uel maris uel terre a regionibus quas incolunt homines secretum et in alto situm usque ad lunarem circulum pertingentem. Unde nec aque diluuii peruenerunt illuc. In hoc autem paradiso erant diuersi generis ligna. Inter que unum erat quod uocatum est lignum uite. Alterum uero lignum scientie boni et mali. Lignum uite autem dictum est sicut docet Beda et Strabus quia diuinitus hanc uim accepit ut qui ex eius fructu comederet corpus eius stabili sanitate et perpetua stabilitate firmaretur nec ulla infirmitate uel etatis imbecillitate in deterius uel in occasum laberetur. Lignum autem scientie boni et mali non quia hoc nomen accepit sed ab occasione rei postea secute arbor illa non erat mala sed scientie boni et mali ideo dicta est quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientie bonum et inobedientie malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde positum est illud nomen sed de re transgressionem secuta. Cognouit ergo homo prius quam tangeret hoc lignum bonum et malum. Sed bonum per prudentiam et experientiam, malum uero per prudentiam tantum. Quod et per experientiam non usurpato ligno uetito quia per experientiam mali didicit quid inter bonum obedientie et malum inobedientie. Sic uero primi parentes obedientes essent nec contra preceptum fecissent. Non ideo minus diceretur lignum scientie boni et mali quia hoc ex eius tactu accideret si usurparetur a ligno ergo homo prohibitus est quia malum non erat ut ipsa precepti conseruatio bonum illi esset transgressio malum. Nec melius consideratur quantum malum sit inobedientia quam hoc cum scilicet in

deo reus factus est homo esse intelligitur quia prohibitus rem tetigit quam si non prohibitus tetigisset non peccasset nec penam sensisset. Si enim uenenosam herbam prohibitus tetigeris pena sequitur et si nemo prohibuisset similiter persequeretur. Si enim prohibetur res tangi que non tangenti tantum sed prohibenti obest. Sicut alienam pecuniam ideo prohibito est peccatum quia prohibenti est dampnosum. Cum ergo tangitur quod non tangenti obest si non prohiberetur nec cuilibet si tangatur ideo prohibetur ut per se bonum obedientie et malum inobedientie monstretur. Sicut praemium homo a re bona prohibitus incurrit penam ut non ex re mala sed ex obedientia pena esse monstretur sicut ex obedientia palma. de formatione mulieris.

C XVIII

In eodem quoque paradiso mulierem formauit deus de latere uiri sicut prius plantatum paradisum hominemque in eo positum et post uniuersa animalia ad eum ducta suisque nominibus designata subiecte scripture. Inmisit deus soporem in Adam. Cumque obdormisset tulit unam de costis eius et formauit eam in mulierem. Hic attendendum est quare non creauit simul uirum et mulierem sicut angelos. Sed prius uirum deinde mulierem de uiro. Ideo scilicet ut unum esset generis humani principium. Quatinus in hoc et superbia diaboli confunderetur et hominis humilitas dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud a deo principium esse concupierat. Sed ut eius superbia retunderetur hoc homo in munere accepit quod diabolus peruerse rapere uoluit sed optinere non potuit. Et per hoc ymago dei in homine apparuit quia sicut omnibus rebus deus existit principium creationis ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideo et ex uno homine omnes esse uoluit homines ut dum cognoscerent se ab uno esse omnes se quasi unum amarent. Cum autem de his causis facta sit mulier nomine de qualitate preterii corporis

Lignum uite.

Lignum scientie boni & mali.

paradisus celest corporalis [illegible] celum empireum

un[illegible] ezechiel. de [illegible] paradisi [illegible] fructi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

sed de latere eius formata est, ut ostenderetur
quia in consortium creabatur dilectionis,
ne forte si fuisset de capite viri facta, viro
ad dominacionem videretur preferenda, aut
si de pedibus ad servitutem subicienda. Quia
ergo viro nec domina nec ancilla parabatur sed socia,
nec de capite nec de pedibus sed de latere fuerat
producenda, ut iuxta se ponendam cognosceret
quam de suo latere sumptam didicisset. Non sine
causa quoque dormienti viro quam vigilanti
potius detracta est costa de qua mulier ideo [?]
ut totum generacionis viro est forte [?]. Sed ut
nullam in eo sensisse penam monstraretur
et divine simul potencie opus mirabile osten-
deretur, quia hominis dormientis latus aper-
uit nec eum tamen a quiete soporis excita-
vit. In quo et opere sacramentum Christi et ecclesie figu-
ratum est, quia sicut mulier de latere viri
dormientis formata est, ita ecclesia de sacramentis
que de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt,
scilicet sanguine et aqua, quibus redimimur a penis atque
abluimur a culpis. Solet etiam queri utrum
de costa illa sine adiectione rei extrinsece fac-
ta sit mulier, quod quibusdam non placuit.
Ceterum ad perficiendum corpus mulieris
deus extrinsecus augmentum addidisse magis
illud credunt quam ipsa costa; ipsos [?] potius de illo quod
de costa mulier facta deberet dici, de quo
plures acceperunt quinque panes. Restat ergo ut de so-
la ipsius coste substancia sine omni extrinseco
additamento per divinam potenciam in semet
ipsa multiplicata mulieris corpus factum
dicatur, eo sane miraculo quo postea de
quinque panibus Ihesu celesti benediccione multi-
plicatis quinque milia hominum saciata sunt.
Illud quoque sciri oportet quod cum angelorum
ministerio facta sit mulieris formacio, non
est tamen eis tribuenda creacionis potencia. An-
geli enim nullam possunt creare natu-
ram, ergo nec formare costam in mulierem,
nec carnis supplementum in locum coste sine
quo nichil agant ut aliquid creaverint. Sed ut isti non cre-
atores sunt, sic nec agricole segetum vel ar-
borum. Solus deus, id est trinitas, est creator. Fac-
ta est ergo femina a deo etsi costa ministrata sit per
angelos. Si superiores an inferiores causas in creatura [?]

Sed queri solet, cum deus mulier an racio [?] hunc [?]
primis operibus condiderit, id habent [?] ut ita fieret [?]
id haberet ut secundum ipsam ex [illegible]
viri latere feminam fieri necesse foret [illegible]
an hoc tantum ut fieri posset. Ad quod sciendum est cau-
omnium rerum causas in deo ab eterno esse. Ut
enim homo sic fieret vel equus vel huiusmodi, in divina
potencia et disposicione ab eterno fuit, et hee
dicuntur primordiales cause esse, quia alie pre-
cedunt, sed iste alias, que cause sunt causarum.
Cum ergo unum sit divina potencia, disposicio
sive voluntas, ideo una omnium principalis causa;
cum sint effectus diversi, tamen principaliter dicit Augustinus
causas primordiales omnium rerum in deo esse,
inducens similitudinem artificis, in cuius dispo-
sicione est qualis futura sit archa. Ita et in deo sunt
cuiuslibet rei future causa precessit. In creaturis
vero quarundam rerum, sed non omnium cause
sunt, ut ait Augustinus, quia inseruit deus seminales
raciones rebus secundum quas alia ex aliis pro-
veniunt, ut de hoc semine tale granum, de hac
arbore talis fructus et huiusmodi, et hee quoque
primordiales dicuntur esse cause, etsi non adeo proprie,
quia habent ante se causam eternam, que proprie et
universaliter prima est. Ille vero ad res aliquas di-
cuntur primordiales, que scilicet ex eis proveniunt. Ideo etiam
primordiales dicuntur, quia in prima rerum con-
dicione rebus a deo insite sunt. Et sicut create
mutabiles sunt, ita hee cause mutari possunt,
que autem in immutabili deo est causa mutari non potest.

Quarum ergo rerum distinccio [?] capituli sive [?] primordiales
cause in deo sunt, scilicet quod quedam in deo et in crea-
turis quarundam cause et aliarum quedam in deo
in creaturis quarundam tantum. ooooooo

Nota pro his sacramenta prius [?] instituta ante mortem Christi in fluxu sanguinis et aque fuisse consummata et sacramenta baptismi et eucharistie suam materiam sumpserunt [?] ex fluxu sanguinis et aque a latere Christi [illegible] illa sacramenta plus [?] [illegible]

sed cause in deo tamen sunt et illarum cause rerum
dicuntur abscondite in deo quia ita est in diuina
dispositione ut sic uel illud fiat quod non est in se
minali creature ratione et illa quidem que se
cundum seminalem sunt dicuntur naturaliter
fieri quia ita cursus nature hominibus inno
tuit. Illa uero preter naturam quorum esse sunt tamen in
deo hec autem dicit augustinus illa esse que per gratiam fiunt
uel ad ea significanda non naturaliter fiunt
sed mirabiliter. Inter que mulieris factam
de costa uiri ponit dicens ut mulierem ita
fieri necesse foret non in rebus conditum set
in deo absconditum erat. Omnes namque cursus
naturales leges sed preter hunc naturalem cursum
creator habet apud se posse de omnibus facere
ad aliud quam eorum naturatio habet ut uirga scilicet ari
da repente floreat fructum gignat et in iuuen
tute sterilis femina in senectute pariat et asi
na loquatur huiusmodi dedit autem naturis ut
ex eis etiam hec fieri possint non ut in natu
rali motu habendo habeant quod in se absconditas
quorumdam futurorum causas quas rebus
condidit non inseruit easque implet non opere
prouidentie quo nature subsistunt ut sint sed
illas administrat ut uoluit quales ut uoluit
condidit. Omnium igitur que ad gratiam signifi
candam non naturali motu rerum sed mira
biliter facta sunt abscondite cause in deo fuerunt
quorum unum erat quod mulier facta est de latere
uiri dormientis. Non habuit prima rerum con
ditio ut femina sic fieret sed ut fieri posset
ne in causas quas deus uoluntarie instituit
mutabili uoluntate aliquid facere putaretur.

Quemadmodum De anima mulieris que
mulieris corpus de uiri non ex anima uiri
corpore traductum fuit ita putant ut quidam putaue
uerunt aliqui ipsius animam de uiri runt dicentes
anima propagatam et omnes animas preter esse et de
primam de traduce esse sicut corpora. Alii uero putaue
runt simul omnes animas ab initio esse creatas.

Catholica autem ecclesia nec simul nec ex traduce fac
tas esse animas docet sed in corporibus per coitum
seminatis atque formatis infundi et infundendo
creari. Unde in ecclesiasticis dogmatibus. Animas
hominum non esse ab initio inter ceteras
intellectuales naturas nec simul creatas sicut
origenes fingit dicimus neque cum corporibus
per coitum seminari sicut luciferianus et cirillus
et quidam latinorum presumptores affirmant.
Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam
seminari. Creationem uero anime solum crea
torem nosse eiusdemque iudicio corpus coagu
lari in uulua et compingi atque formari. Ac formato
iam corpore animam creari et infundi ut ui
uat in utero homo ex anima constans et
corpore. Egrediaturque uiuus ex utero plenus
humana substantia. Jeronimus et anathematis uinculo
illos condempnat qui animas ex traduce dicunt
inducens auctoritatem prophete. Qui finxit sigillatim
corda eorum. Hinc satis innuit propheta quod non
animam facit deus sed sigillatim eas de nichi
lo creat. De primo hominis statu ante pecca

Solent autem plura tum qualis fuit secun
de primo hominis statu dum corpus et animam **D XIX**
ante peccatum scilicet qualis fuit homo priusquam
peccaret in corpore et in anima mortalis an
immortalis passibilis an inpassibilis de transitu
inferioris uite et de transitu ad superiorem uitam
de modo propagationis filiorum et alia multa que
non inutiliter sciuntur. Licet aliquando curio
sitate querantur. Ac primum ad animi quali
tatem pertinentia prosequamur. De qualitate
eius secundum corpus et propagationis modo fi
liorum et de aliis quibusdam inspiciamus. Primus
igitur homo secundum naturam corporis terreni et im
mortalis fuit quodammodo secundum ionem aliquid quia
poterat non mori et mortalis quodammodo quia po
terat mori. In illo namque primo statu habuit posse
mori et posse non mori. Et fuit prima huma
ni corporis immortalitas scilicet posse non mori. Secundo

[illegible marginal note]

nouo statu post peccatum habuit posse mori et
non posse non mori quia in hoc statu moriendi
necessitas est. In tertio statu habebit posse non mori
et non posse mori quia ad illum statum pertinet
moriendi impossibilitas quod ex gratia erit non
ex natura. In primo statu fuit corpus hominis
animale id est egens alimentorum alimoniis. Unde
et homo factus dicitur in animam uiuen-
tem non spiritualem id est in animam corpus uiui-
ficantem quia adhuc erat animale non spiri-
tuale quod egebat alimentis ut per animam uiue-
ret. Factus est ergo in animam uiuentem id est uitam
corpori dantem tamen per sustentamenta ciborum
et tunc erat corpus mortale et immortale quia
poterat mori et poterat non mori. Post peccatum
uero factum est mortuum sicut dicit apostolus. corpus
propter peccatum mortuum est id est necessitatem
moriendi in se habet. In resurrectione uero erit spiritu-
ale scilicet agile et cibis non egens et immortale
non sicut in statu primo tantum fuit scilicet quia potuit non
mori sed quia non poterit mori. Unde Augustinus super Genesim.
Apostolus ait. Corpus quidem mortuum propter peccatum
est. primus de limo terre formatum est corpus
animale non spirituale cum quali resurge-
mus. renouabimur enim a uetustate non in
corpus animale quale fuit sed in melius id est
in spirituale cum hoc etc. In quod mutandus
erat adam nisi mortem corporis animalis pec-
cando meruisset. Non ait apostolus. corpus morta-
le est propter peccatum sed mortuum. Illud enim
ante peccatum mortale et immortale erat quia
poterat mori et non mori. Aliud est non posse
mori. Id factum est per peccatum non mortale quod
erat sed mortuum quod non fieret nisi peccaret.
Animale enim non est sed corpus sic primum hominis
sed iam deterius est. habet enim necessitatem morien-
di. Ecce hic euidenter aperit Augustinus quod cor-
pus hominis ante peccatum mortale et immorta-
le fuit. sed non quale fiet in resurrectione.
De hoc eodem beda super Genesim ait. Si non est credendum

ante peccatum homines fuisse mortalia corpora si-
cut modo ait apostolus. Corpus propter peccatum mor-
tuum est. sed licet fuissent animalia nondum
spiritualia non tamen mortua que scilicet necesse esset
mori. De immortalitate quam habuit ante peccatum utrum esset de conditione nature.

Solet hic queri cum homo primus mortale et immortale
corpus habuit utrum ex conditione nature ipsius corporis habuit utrumque, an ex gratie beneficio.
alterum beneficium esset gratie scilicet immortalitas
scilicet posse non mori. Ad quod dici potest quod
alterum habebat a natura corporis id est posse
mori. alterum scilicet posse non mori erat ei ex ligno
uite. scilicet ex dono gratie. Unde Augustinus super Genesim. Quod autem
creatus est homo immortalis quod ei erat
scilicet de ligno uite non de conditione nature.
mortalis erat conditione corporis animalis
immortalis beneficio conditoris. Non enim im-
mortale erat quod omnino mori non posset
quod non erit nisi cum fuerit spirituale. Aperte dicit quia
non ex natura sed ex ligno uite habebat posse
non mori. Propter hoc aliqui dicunt quod nisi illo
ligno uteretur non semper uiueret quia peccaret.
peccaret enim si ligno illo non uteretur
cui preceptum erat eo ut comederet de omni
ligno paradisi nisi de ligno scientie boni et mali.
Sicut ergo peccauit commedendo quod erat prohi-
bitum. ita et peccaret si non commederet quod
erat iussum. Sed adhuc queritur si non
esset preceptum ut de ligno uite ederet et nihilominus
et non illo uesceretur numquid non posset mori
si semper uiueret non utens illo ligno non erat
ei ex illo ligno posse non mori. Si uero non posset
semper uiuere id erat ei ex illo ligno. Aliqui
dicunt quod si non fuisset ei preceptum uesci illo
ligno et aliis et non illo uesceretur uiueret semper
sic determinantes illud quod supra dixit Augustinus
scilicet erat de ligno uite non de conditione na-
ture tantum scilicet ex conditione nature solummodo
erat ei. sed et ex illo ligno. Alii autem ...

quod ex ligno vitae erat ei posse non mori, non ex natura. Ideo enim dicitur potuisse non mori, quia poterat uti ligno illo, de quo edens non moreretur. Quomodo Augustinus quomodo immortalis

De hac vero hominis factus sit homo immortalitate qualis fuit Augustinus super Genesim quaestionem movens sic ait: Quaeritur quomodo immortalis factus sit homo pariter cum animantibus et quomodo cum illis communem acceperit alimoniam. Si alia est immortalitas carnis quam in Adam accepimus, alia quam in resurrectione speramus per Christum: ille factus est homo immortalis ut non posset mori si non peccasset, moreretur autem si peccaret; filii vero resurrectionis non poterunt ultra peccare nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectione ciborum, quia tunc nulla poterit esse defectio. Caro Adae ante peccatum ita immortalis creata est, ut per alimoniam adiuta esset mortis et doloris expers. Sic ergo immortalis et incorruptibilis condita est caro hominis, ut suam immortalitatem et incorruptionem per observantiam mandatorum Dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, ut de illicitis (?) lignis concessis comederet et ab interdicto abstineret, per horum edulium immortalitatis donum conservaret, donec corporalibus incrementis perductus ad aetatem quae conditori placeret, multiplicata quoque progenie, ipso iubente sumeret de ligno vitae, quo perfecte immortalis factus, cibi alimenta non ulterius requireret.

Ecce his verbis videtur quod ex praedictis Augustinus tradere quod vel consequi videtur caro primi hominis immortalis fuit hominem de naturalitatem in se habuit quae per virtute suae conditionis alimoniam ciborum quodammodo finisse in conservaretur usque ad mortalem sed non omnino tempus suae translationis fieret immortalis nisi in melius quam de ligno vitae participato ligni comederet et fieret omnino non vitae.

Bene declarat

immortalis, id est ut non posset mori. Ideo aliqui dicunt quod immortalitatem de natura habebat qua poterat non mori, quae aliorum lignorum esu poterat conservari, sed non poterat consummari nisi per assumptionem ligni vitae. Quod videtur Augustinus sentire super Genesim dicens: Hoc aliorum ad vitalem cibum illam arborem praestitisse, quod corpus hominis stabili sanitate firmaretur, non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videtur quod cum aliis cibis posset corpus sustentari, hoc cibo indeficiente sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur, sicut in natura sua habuit mortalitatem quandam, scilicet aptitudinem moriendi, vel aliquam immortalitatem quandam, scilicet aptitudinem moriendi vel aliquam immortalitatem in natura sua habuit, id est aptitudinem qua poterat non mori cibis adiutus; sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de ligno vitae. Sed qui hoc tradunt quomodo superiora Augustini verba quibus dicit quod erat immortalis ex ligno vitae sive non contradicant, diligenter inquirant. De modo

Post haec videndum est de propagatione filiorum, qualiter primi parentes orituri sunt si peccassent si non peccassent filios procreassent et quales nascerentur et quales filii ipsi nascerentur. Ceterum quidam putant ad gignendos filios hu- primos homines in paradiso misceri non potuisse nisi post peccatum, dicentes concubitum sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio nec macula in homine esse poterant, quae ex peccato hoc consecuta sunt. Ad quod dicendum: quod si non peccassent primi homines, sine omni peccato et macula in paradiso carnali copula convenissent, et esset thorus immaculatus et commixtio sine concupiscentia, atque genitalibus membris sicut ceteris imperarent, ut in nullum motum illicitum sentirent.

D XX

et sicut alia membra corporis sui admovent ut manum ori, sine libidinis ardore genitalibus uterentur membris suis sine aliquo pruritu carnis. Hec enim letalis egritudo membris humanis ex peccato inhesit. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum et sine corruptione. Unde Augustinus super Genesim: Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisse sicut ceteris in quolibet opere sine pruritu voluptatis imperamus? Incredibile enim non est deum talia fecisse illa corpora, que si non peccassent, illis membris sicut pedibus imperarent, nec cum ardore seminarent, nec cum dolore parerent. Sed post peccatum motum illum meruerunt quem nuptie ordinant et continentia cohibet. Infirmitas enim pena ad ruinam turpitudinis excipitur honestate nuptiali, et quod sanis esset officium, egrotis est in remedium. Dimissi quidem de paradiso convenerunt et genuerunt, sed in paradiso potuerunt esse nuptie honorabiles et thorus immaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi. Quare in paradiso non coierunt.

Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia creata muliere mox transgressio facta est et eiecti sunt de paradiso, vel quia deus nondum iusserat ut convenirent, et poterat divina expectari auctoritas ubi concupiscentia non urgebat. Deus quia non iusserat, quia certum eorum presciebat de quibus homo propagandus erat. Ecce expresse habes de modo propagationis filiorum. De termino illius inferioris vite.

De termino temporis si mansissent filii per successionem quo transferrentur ad ... an sit omnis transferendi spiritualem celestemque vitam certum ... scriptura non tradit, et ideo ambiguum est utrum parentes genuissent filios per facta que humani officii iustitia ad meliorem statum transferrent non per mortem sed per aliquam mutationem, aut parentes in aliquo statu vite manerent ligno vite vescentes donec filii ad eundem statum pervenirent, et sic impleto numero omnes ad meliora simul transferrentur ut essent sicut sancti angeli in celis. De quo Augustinus ambigue disserit super Genesim: Ita manentes potuerunt primi homines in paradiso filios gignere, non sic morientibus patribus succederent filii, sed in aliquo statu forme manentibus et de ligno vite sumentibus vigorem, et filii ad eum perducerent statum donec impleto numero sine morte animalia corpora in aliam qualitatem transirent in qua omnino regenti spiritui deservirent et solo spiritu vivificante sine corporeis alimentis viverent. Vel poterunt parentes filiis cedere non per successiones numerus impleretur, qui genitus filius per facta que humani officii iustitia ad meliora transferrentur non per mortem sed per aliquam mutationem. Ecce hic habemus de transitu hominis ad meliora. Sed incertum nobis relinquitur utrum simul transferrentur an per successiones. Qualis parere filios vel perfectos.

Sed hic queritur quales parerent filios vel perfectos. Si non peccasset homo filios circa staturam et usum genuisset, utrum videlicet sicut ipse membrorum habere et primus homo secundum staturam ... fuissent corporis et usus membrorum perfectus mox conditus extitit, ita et filii eius in ipso nativitatis exordio perfecti existerent, qui ambulare loqui et cuncta facere possent. Sed dici potest quod filios parvulos nasci oportebat ... necessitatem. Sed utrum mox nati perfectionem stature et membrorum usum haberent, an parvuli et in minori etate constituti uti posse sibi membrorum officiis, ac per intervalla temporum eo modo quo nunc fit perfectionem stature et usum membrorum recepturi essent, de auctoritatibus diffinitum non habemus. Ambigua Augustini.

At super hoc Augustinus illa ponit ubi tamen videtur innuere ambigue loquitur quod filii essent parvuli per sensus et usus ... officiis.

mortui non fuissent? Ad quod dicimus si primi homines non peccas-
sent utique filios tales genuissent qui nec
lingua nec pedibus nec manibus uterentur.
Nam propter uteri necessitatem forte necesse erat
parvulos nasci. Sed quamvis exigua corporis pars
sit costa, non tamen propter hoc parvulam viro con-
iugem fecit. Unde et eius filios poterat omnipoten-
tia creatoris mox natos grandes facere. Sed ut
hoc omittam, poterat certe eis praestare quod mul-
tis animalibus praestitit, quorum pulli quamvis
sint parvuli, tamen mox ut nascuntur currunt
et matres sequuntur. Econtrario homini nato nec ad in-
cessum pedes idonei sunt nec manus saltem
ad scalpendum habiles; et iuxta se mammis
positis nascentes magis possunt esurientes flere
quam sugere. Proinde infirmitati mentis congruit
haec infirmitas carnis. Huic sibi videtur insi-
nuari quod filii et parvuli essent et membrorum
valerent uti. Quibusdam videtur absurde placuisse quod
filii parvuli nascerentur

Sed enim Augustinus sed per accessum temporis
sub assertione de his incedit crescerent in quantitate
tionem nec irrationabiliter quibusdam non in qualitate
placuit primorum parentum filios natos sicut non perfecti
statim parvulos ac deinde per intervalla corporis ita nec perfecti essent
aetate neque intellectu, etc.
temporum eadem lege qua et nunc nativi-
tatem humanam ordinatam cernimus staturae
incrementum et membrorum usum recep-
turos, ut in illis expectaretur aetas ad ambulandum
et loquendum sicut modo in nobis. Quod utique non
esset vitio deputandum sed conditioni naturae,
sicut a cibo non penitus abstinere valebant.
Non tamen illud erat ex vitio sed ex naturali condici-
one. Ad hoc opponitur autem: ita si non peccarent,
non morerentur. Sed non peccarent et sine dogmate
decerent. Poterant quidem sine alimonia vivere. Accedit
sicut superius diximus non solum peccarent si de
ligno vetito ederent, sed et si concessis non ve-
scerentur: quia sicut erat eis praeceptum non illo ligno
uti, ita aliis vesci. Praeterea contra naturalem
rationem facerent, qua intelligebant

de illis esse edendum quod et naturaliter
appetebant. Item opponitur cum fames sit
pena peccati, si non peccassent fame non sentirent,
sed sine fame superfluum videretur comedere.
Unde putant quidam eos cibis non indigu-
isse ante peccatum quia non poterant esu-
rire si non peccassent. Ad quod dici potest quod
fames vere naturae defectus est et pena peccati.
Est enim immoderatus appetitus edendi cui
non idem vacuus homo si non peccasset. Sed pro-
culdubio peccavit non hunc defectum ci-
bo perveniret. Habebat enim naturalem appe-
titum et moderatum cui satisfaciendum
erat ne defectum famis sentiret.

Sicut ergo non ex vitio
sed ex naturae conditione
erat quod ante peccatum homo
cibis indigebat, ita non ex vitio esset
sed de natura si hominis conditio in principio
suo id est in primo parente a perfecto inchoata in
subsequenti propagatione a modico ad maio-
ra proficeret, ut scilicet per intervalla temporis staturae
corporee incrementa usumque membrorum
susciperet. Videtur sic staturam corporis et instrumentorum parvuli

Et cum de corpore hu- nascerentur et per accessum
mano non sit absurdum temporis proficerent
vel inconvenienter estimare; a sensu et notitia vel sapientia
animo non nati
Queritur solet utrum de sensu animae mihi essent
et cognitione veritatis eodem modo sentiendum
sit, ut scilicet hi qui sine peccato nascerentur
sensu et intelligentia mentis essent imperfecti ex-
isterent et per accessum temporis in his proficerent
usque ad perfectionem, an mox conditi per-
fectionem sensus et cognitionis haberent.

Illi autem qui sentiunt parvu-
los natos in statura corporis
et usu membrorum per accessum
temporis profecturos, non diffitentur
eosdem in exordio nativitatis sensu imperfectos
existere et per intervallum temporis in sensu

et conuictione proficere usque ad profectum
Ad quod quidam
opponunt dicentes.
Si mox nati non habemus perfectionem
sensus et intelligentie, in ignorantia sumus et
ignorantia autem peccati est pena. Sed qui hoc
dicunt non satis diligenter considerant quod
non omnis qui aliquid nescit vel minus perfecte
aliquid scit statim ignorantiam habere siue
in ignorantia esse dicendus est.
Quia ignorantia non
dicitur nisi tantum id quod
sciri non ignorari debet nescitur; que talis ig-
norantia pena peccati est, cum mens uitio
obscuratur ne cognoscere ualeat ea que sci-
re deberet. De hominis translatione.
Talis erat hominis institutio ante pecca-
tum secundum corporis conditionem.
De hoc autem statu transferendus erat cum uni-
uersa posteritate sua ad meliorem dignio-
rem statum ubi celesti et eterno bono in celis sibi
parato frueretur. Sicut enim ex duplici natura
compactus est homo, ita illi duo bona conditor
a principio preparauit, unum temporale, alterum
eternum; unum uisibile, alterum inuisibile;
unum carnale, alterum spirituale. Et quia prius est
quod est animale, deinde quod est spirituale, temporale
ac uisibile bonum prius dedit; inuisibile
autem et eternum promisit et meritis querendum
posuit. De hominis autem translatione in meliorem
Ad illud autem custo- statum et de duobus
diam quod dederat et ad bonis alio hoc dato
illud merendum quod promiserat altero promisso
tat naturali ratione in creatione anime ho-
minis indite qua posset inter bonum et malum
discernere, preceptum addidit obedientie,
per cuius obseruantiam datum non perderet, et
promissum obtineret, ut per meritum ueniret
ad premium. De inuidia diaboli qua ad hominem
temptandum accessit.

Videns igitur diabolus hominem per obedien-
tie humilitatem posse ascendere unde
ipse per superbiam corruit, inuidit ei, et qui prius
per superbiam fuerat diabolus, id est deorsum lapsus,
zelo inuidus factus est sathan, id est aduersarius.
Et ideo temptauit mulierem, in qua minus
quam in uiro rationem uigere nouit. Eius enim
malitia ad temptandam uirtutem eius, immo
humanam naturam in ea parte ubi debilior
uidebatur, aggressa est, ut si forte illic aliquatenus
preualeret, confidentius post ad alteram
que robustior erat pulsandam uel potius subuer-
tendam accederet. Primum igitur solitariam femi-
nam explorauit ut in ea primum omnem
sue temptationis uim experiretur. Sed quia ille per
uiolentiam nocere non poterat, ad fraudem se
conuertit, ut dolo hominem supplantaret, Quare in aliena forma uenit.
quem uirtute superare nequiret. Sed ne autem fraus
illius nimis manifestaretur, in sua specie non
uenit, ne aperte cognosceretur et ita repelleretur.
Iterum ne nimis occulta foret fraus eius quod caueri
non posset et homo simul uideretur iniuriam
pati, si taliter circumueniri permitteretur eum
deus ut preuidere non posset, in aliena quidem
forma uenire permissus est diabolus, sed in tali
in qua eius malitia facile posset deprehendi.
Et ut igitur in propria forma non ueniret uoluntate sua
factum est; ut autem in forma sue malitie con-
gruenti ueniret diuinitus factum est. Venit
igitur ad hominem in serpente, qui forte si permit-
teretur in columbe specie uenire maluisset.
Sed non erat dignum ut spiritus malignus
illam formam odiosam faceret in qua spiritus sanctus
appariturus erat. Si longe non per serpentem tempta-
re fuit permissus diabolus, ut illud quod foris
erat coniectando astutiam temptantis aduer-
tere femina. quamuis diabolus sit qui per serpentem
temptabat in quo loquebatur, ideoque serpens
dictus est eo callidior cunctis animantibus
terre, quia ut ait Augustinus mali angeli licet superbia

deiecti, natura cum sint omnibus bestiis excellentiores propter eminentiam rationis, animus serpens non rationabili anima sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. Non longe mirum si diabolus spiritu suo implens serpentem, sicut vates implebat, sapientissimum reddidit omnium bestiarum. Quem tamen ad temptandum non elegit diabolus, sed per quod animal permissus fuit, temptavit. Unde Augustinus super Genesim: Non est putandum quod diabolus serpentem per quem temptaret elegit; sed cum decipere cuperet, non potuit nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim voluntas inest cuique a se, sed potestas a Deo. Sic autem loquebatur per serpentem diabolus ignorantem, sicut per mergiminos vel phanaticos loquitur. Serpente vero illud organo est usus, movens natura ad exprimendos sonos verborum et signa quibus suam monstraret voluntatem. Serpens quoque non verba intelligebat, nec rationalis est factus, callidissimus tamen est dictus propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam. Sed hoc diabolicum, illud angelicum. Boni sunt enim et mali angeli similiter operantur. Hic quaeri solet quare mulier non horruit serpentem; quae cum nosset creaturam esse, etiam officium loquendi a Deo accepisse putavit. De modo temptationis.

Temptatio autem hoc modo facta est. Stans coram femina hostis superbus non audet in suba persuasionis extre metuens deprehendi, sed sub interrogatione eam aggreditur, ut ex responsione colligeret qualiter in malitia procedere posset. Cur inquit praecepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum quae sunt in paradiso vescimur; de fructu vero ligni quod est in medio paradisi praecepit nobis Deus ne comederemus et ne tangeremus illud, ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum temptandi, cum dixit ne forte moriamur. Unde mox diabolus dixit ad mulierem: Nequaquam moriemini. Sciebat enim Deus quod in quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum. Attende ordinem ac progressum conditionis humanae. Primo Deus dixerat: Quacumque die comedentis ex eo, morte moriemini. Deinde mulier dixit: Ne forte moriamur. Novissime serpens dixit: Nequaquam moriemini. Deus affirmavit, mulier quasi ambigendo, id est dubitando, illud dixit, diabolus negavit. Quae ergo dubitavit, ab affirmante recessit et neganti appropinquavit. Quomodo ad suam persuasionem plenius suffulciendam, id est ut malum quod intendebat libere persuaderet, et malum quod mulier timuit negando removit, et promissionem addidit, et ut eius persuasio citius reciperetur, promissionem duplicavit. Unam nempe comestionem suadens in praemio duo proposuit: similitudinem Dei, scientiam boni et mali proponens. Sic tribus modis hominem temptavit, scilicet in gula, in persuasione cibi, cum dixit: In quacumque die comederitis; in vana gloria, in promissione divinitatis, cum dixit: Eritis sicut dii; avaritia, in promissione scientiae, cum dixit: Scientes bonum et malum. Gula est immoderata cibi aviditas; vana gloria, amor propriae excellentiae; avaritia, immoderata habendi cupiditas, quae non est tantum pecuniae sed et altitudinis et scientiae, cum supra modum sublimitas ambitur. De duplici temptationis specie.

Porro sciendum est duas esse species temptationis, interiorem scilicet et exteriorem. Exterior temptatio est quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo, ut ille cui fit ad consensum peccati declinet; et talis temptatio tantum fit ab adversario. Interior vero temptatio est quando invisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur; et haec temptatio

Tribus modis in[...] temptavit.

Gula.
Vana gloria.
Avaricia.

aliquando fit ab hoste, aliquando a carne. Nam et diabolus invisibiliter mala suggerit, et ex carnis corruptione oboriuntur motus illiciti et titillationes prave. Sed temptatio que est ex carne non fit sine peccato; que autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum, sed est materia exercende virtutis. Temptatio enim carnis interior difficilius vitatur, quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur. Homo ergo qui sola exteriori temptatione pulsatus cecidit, tanto gravius plectendus erat quanto leviori pulsu fuerat prostratus. Et tamen quia aliquam licet modicam cadendi occasionem habuit, ideo per Dei gratiam iuvari potuit ad veniam, ut qui per alium ceciderat per alium erigeretur; qui ergo temptatorem habuit ad malum, non iniuste reparatorem habuit ad bonum. Diabolus vero quia sine alicuius temptatione peccavit, per alium insurgere et iuvari non debuit, nec per se potuit; et ideo irremediabile peccatum eius extitit. Peccatum vero hominis sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongrue habuit remedium. Preterea angelica natura quoniam non tota perierat, homo ne penitus perderetur ex parte est redempta, ut inde ruina suppleretur angelica. Unde Augustinus in Enchiridion: Placuit universitatis creatori et moderatori, ut quoniam non tota multitudo angelorum Deum deserendo perierat, ea que perierat in perpetua perditione remaneret; que autem cum Deo illa deserente perstiterat, de sua certissime cognita semper futura felicitate gauderet. At vero rationalis creatura que in hominibus erat, quoniam peccatis atque suppliciis tota perierat, ex parte deberet reparari, unde angelice societati suppleretur quod ruina illa minuerat. Promissum est enim sanctis quod erunt equales angelis Dei.

Hic etiam notandum est — **Quod non soli viro preceptum fuit datum.** — quod non soli viro preceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testetur sibi etiam esse mandatum, dicens: Precepit nobis Deus etc. Super quam legitur ante factam mulierem Deum dixisse: De ligno scientie boni et mali ne comedas; non dixit: ne comedatis. Forte quia futurum erat mulierem, sic preceptum per virum ad mulierem pervenire mandatum, quia mulier que subiecta viro fuit, non nisi mediante viro divinum debuit accipere preceptum. Unde Apostolus: Si que mulieres discere voluerint, domi viros suos interrogent. Sed queritur quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere qui non didicerant inter loquentes crescendo vel magisterio. Dicimus quod Deus eos tales fecerat qui possent loqui et discere ab aliis si essent.

D. XXII

De ordine illius peccati.

Hic videtur diligenter investigandum esse que fuit origo et radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis precessisse, ex qua diaboli suggestioni consensit. Et quod videtur Augustinus innuere super Genesim, ita dicens: Non est putandum quod homo deiceretur nisi precessisset in eo quedam elatio comprimenda, ut per humilitatem peccati sciret quam falso de se presumpserit, et quod non bene se habet natura si a faciente recesserit. Item in eodem: Quomodo verbis temptatoris crederet mulier dominum se a re bona et utili prohibuisse, nisi inesset eius menti amor ille proprie potestatis et de se superba presumptio, que mulier per temptationem fuerat convincenda atque reprimenda? Denique non contempta suasione serpentis aspexit lignum bonum esu, decorum aspectu, nec credens se inde posse mori, forte putavit dominum alicuius cause significatione illa dixisse: Si manducaveritis etc. Ideo manducavit et dedit viro suo, forsitan cum aliqua suasione quam scriptura intelligendam relinquit; vel forte non fuit suaderi necesse, cum eam mortuam esse illo cibo non videret vir. Sic ergo non est permissus diabolus temptare feminam nisi per

Pulchre

serpentem, nec uenit nisi per feminam. Ut sic
preceptum dei per uirum ueniret ad mulierem,
et diaboli temptatio per mulierem ad
uirum. In muliere uero que rationalis erat
non est ipse locutus uerum serpente, sed per illa
sio eius quamuis instinctu adiuuaret tentus
gerebat per serpentem exterius. Ex predic-
tis temptationis modus atque progressus
insinuatur. Sed non est quod possimus uerum
uidetur, scilicet quod temptationem predictam
precesserit quedam elatio et presumptio in
mente hominis. **Obiectio contra illos qui**
Quod si ita sit, **dicunt elationem precessis-**
erit non quidem alterius sugges**se in mente.**
gestione prius peccauit, cum auctoritas
tradat ideo peccatum diaboli insanabile esse
quia non suggestione sed propria superbia ce-
cidit; hominis uero curabile quia non per se sed
per alium cecidit, et ideo per alium surgere po-
tuit. Quo etiam potuit predicta Augustini uerba
prium ad diligentem lectorem efflagi-
tant, que sic intelligere sane quimus:
non deciperet homo scilicet in actum illius pec-
cati, ut scilicet lignum uetitum ederet, et in
has miserias per temptationem diaboli
nisi elatio comprimenda precessisset, non utique
temptationem sed opus peccati. Talis tamen fu-
it ordo processus. Diabolus temptando dixit:
Si comederitis, eritis sicut dii scientes bo-
num et malum. Quo audito statim menti
mulieris surrepsit elatio quedam et amor
proprie potestatis, ex quo ei placuit facere quod
diabolus suadebat, et ita facta suggestio-
ne enim precessit quia temptatio precessit,
sit ex qua in mente eius orta est elatio quam
peccatum operis secutum est et penitus peccati et
talis quidem elatio in mente mulieris fuit.
Pro certo qua credidit. **Que fuit ela-**
Voluit habere similitudi**tio mulieris.**
nem dei cum equalitate quam adam putauit.

esse illud uerum quod diabolus dicebat,
et ideo spiritualis Augustinus mulierem commemorat
inquiens: Quomodo crederet mulier dictum
non esset in eius mente de se superba presump-
tio, et quod in sequentibus ait: que per temptationem
fuerant conuincenda uel premenda, ad mu-
lierem referendum est, ut intelligatur que mulier
non elatio per temptationem est. **Que fuit ela-**
Solet queri utrum **Adam an uoluit et cre-**
ulla talis elatio **diderit quod mulier.**
amor proprie potestatis in uiro fuit ut in muliere.
Ad quod dicimus quod adam non fuit se-
ductus eo modo quo mulier: non enim putauit
esse uerum quod diabolus suggerebat. In eo tamen fu-
isse seductum credi potest quod commissum uenia-
le putauit quod peremptorium fuit. Sed nec potest
seductus fuit nec in eo in quo mulier ut cre-
deret deum illud lignum ideo tangere prohibuis-
se quia si tangerent fierent sicut dii. Unde tamen
preuaricator fuit adam ut testatur apostolus. Po-
tuit enim aliqua elatio menti eius inesse illo
post temptationem ex qua uoluit lignum
uetitum experiri cum mulierem non uideret
mortuam illa esca percepta. Unde Augustinus super genesim:
Cum apostolus adam preuaricatorem fuisse osten-
dat dicens: In similitudinem preuaricationis
ade, seductum tamen negat. Unde adam non est
seductus, sed mulier. Unde interrogatus non ait:
mulier seduxit me, sed dedit mihi et comedi. Mu-
lier uero inquid: serpens seduxit me. Hanc pro-
prie seductionem uocauit apostolus per quam id quod
suadebatur cum falsum esset uerum pu-
tatum est, scilicet quod deus lignum illud non tan-
gere prohibuit quia sciebat eos si tetigissent
sicut deos futuros, tamquam eis diuinitatem
inuideret qui eos homines fecerat. Sed etsi uir
propter aliquam mentis elationem que deum latere
non poterat sollicitatus aliqua experiendi cu-
piditate cum mulierem uideret accepta illa
esca non esse mortuam. Sed tamen enim arbitror.

liam spūali mente ꝑōit erat ullo modo
credidisse quod diabolus suggerebat. Q̄ plus
Ex quo manifeste peccauit adam ł eua.
animaduerti potest quis eorum plus
peccauit adam s. ł eua. plus enim uidetur
peccasse mulier qui uoluit usurpare diuini
tatis equalitatem ꝛ nimia ꝑsumpcione e
lata credidit ī ēē futurum. adam uō nec
illud ꝛ de pn̄ia ꝛ dī misericordia cogitauit
dum uxori morem gerens eius ꝑsuasioni
consensit nolens eam contristare ꝛ a se alie
natam relinquere ne periret arbitrans illō
ēē ueniale non mortale delictum. Vn̄ aug.
aplšinquid adam non est seductus quod
utiqꝫ ita accipi potest ut intelligatur n̄
ēē seductus ꝑor s. uł in eo in quo mulier
ut s. crederet illud ēē uerum eius sicut
dii. sꝫ putauit utrūqꝫ posse fieri ut ꝛ uxori mo
rem gereret ꝛ ꝑ penitentiam ueniam hēēt.
Minus ḡ peccauit qui de penitencia ꝛ dei
misericordia cogitauit. Postquam enim mu
lier seducta manducauit eiqꝫ dedit ut simul
ederet noluit eam contristare quam credebat
sn̄ suo solatio contabescere ꝛ a se alienatā
omnino interire. non quidem carnis uictus
concupiscentia quam nondum senserat
sꝫ amicabili quadam beniuolencia q̄ plerū
qꝫ fit. ut offendatur deus ne offendatur
amicus q̄ eum facē non debuisse diuine
sentencie iustus exitus indicauit. Ḡ alio
quodāmodo ipe ꝛ deceptus ē. Inexꝑtus enim
diuine seueritatis in eo falli potuit ut ueni
ale crederet ēē commissum. sꝫ dolo illo ser
pentino quo mulier seducta ē nullo modo
arbitror illum potuisse seduci. Ex his dat̄
intelligi quod mulier plus peccauit in q̄
maioris tumoris ꝑsumpcio fuit que ꝛ in se
ꝛ in proximum ꝛ in deum peccauit. Vir autē
tm̄ in se ꝛ in deum. Inde ꝛ colligitur. quod
mulier plus peccauit q̄ grauius punita est

cui dictum fuit. In dolore paries ꝛc̄. Quod
Sed huic uidetur predicte sn̄e aduersa
contrarium quod aug. ri uidetur.
sr̄ gen. De uiro ꝛ muliere peccatum suū
excusantibꝫ ait. dixit adam mulier quam
dedisti m̄. dedit m̄ ꝛ comedi. Non dicit pecca
ui. superbia enim habet confusionis defor
mitatem non confessionis humilitatem
nec etiam mulier confitetur peccatum set
refert ad alterum dicens. serpens decepit
me ꝛ comedi. In pari sexu. sꝫ pari fastu. Ecce
ce hic dicit aug. quia parem fastum hūit
mulier cum uiro. Ideo q̄ superbierunt ꝑpa
riter peccauerunt. sꝫ h̄ ita determinari pot
ut dicamus parem utriusqꝫ fuisse fastum
in excusatione peccati ꝛ etiam in esu lig
ni uetiti. sꝫ disparem ꝛ in muliere multo
maiorem in eo quod credidit ꝛ uoluit esse
sicut deus q̄ non uir. Verumptamen de uiro
legitur quod uoluit ēē sicut deus. dic̄ enim
aug. sup illum locum ps̄i. que non rapui
tunc exsoluebam. Rapuit adam ꝛ eua pre
sumpserunt diabolus de diuinitate rapere uo
luerunt diuinitatem ꝛ ꝑdiderunt felicita
tem. Item sup illum locum deus quis similis
ē. qui ꝑ se uult ēē ut deus. ꝑuerse uult ēē
similis dō ut diabolus qui noluit sb̄ eo ēē ꝛ
hō qui ut seruus noluit tenē ꝑcepto. sꝫ uo
luit ut nullo sibi dominante esset quasi
deus. Item sup illum ep̄le locum non rapi
nam arbitratus ē ēē se equalem dō. quia
non usurpauit quod suum non esset ut
diabolus ꝛ ꝑmus homo. Quorundam sentēcia
dēs quibusdam uidetur q. est q̄ adam ambigit
etiam adam ambierit ēē ut deus sꝫ non
ēē sicut deus. non tn̄ ē credidit possibile
didit id fieri posse ꝛ iō firmiē ēē quod diabo
lus ꝑmittebat cognouit ꝛ licet diuinitatis
equalitatem concupiuerit non tamen adō
exarsit nec tanta est affectus ambicione

sicut mulier que illud fieri posse putavit et id
magis illud ambigendo suspicatur. Viri autem
aliqua forte ambitionis surreptio movit, sed
non ita ut illud verum vel possibile fore pu-
taret. Alius autem videtur id distinctum esse
quod adam illud voluit et mulier de eo sup-
ta illud voluit per simile sicut in quantum peccatum
cum dicitur per unum hominem intrasse in
mundum, id est in humanam naturam, cum
tamen mulier ante virum peccaverit, quia per
mulierem intravit de viro factam vel potius.
Ideo per unum hominem dicitur intrasse quia
peccante muliere si vir non peccasset huma-
num genus minime peccatis corruptum
periret. Gravius ergo peccavit vir quam mulier.

Hic autem solet opponi. Obiectio contra id quod virum dicitur minus peccasse.
Hoc tamen tribus modis
ut ait Isidorus peccatum geritur. Casse
id est ignorantia, infirmitate, industria, et gra-
vius est infirmitate peccare quam ignoran-
tia, graviusque industria quam infirmitate. Eva
autem videtur ex ignorantia peccasse, quia seduc-
ta fuit; adam vero ex industria, quia non fuit
seductus, ut apostolus ait. Ad quod dicimus quod
licet mulier per ignorantiam deliquerit, quod
putavit verum esse quod diabolus suade-
bat, non tamen in hoc quod non noluit illud dei
mandatum et peccatum esse contra agere, et
ideo excusare a peccato per ignorantiam non po-
tuit. Quedam ergo que excusat peccantem,

Est enim ignorantia que non excusat.
Est ignorantia que excusat peccantem, et est
ignorantia talis que non excusat. Est autem
ignorantia vincibilis et est ignorantia in-
vincibilis. Excusatio omnis tollitur ubi man-
datum non ignoratur. De triplici ignorantia

Est autem ignorantia que excusat et que non.
Est autem ignorantia triplex, scilicet eorum qui scire nolunt cum
possint, que non excusat quia ipsa peccatum est;
et eorum qui volunt et non possunt, que excusat

et est peccati pena et non peccatum; et eorum
qui quasi simpliciter nesciunt, non temere se
ut proponentes scire, que neminem excusat
plene, sed sic fortasse ut mitius puniatur.
Unde Augustinus ad Valentinum: Non aufert excusa-
tio qui mandata dei noverunt, quam solent
habere homines de ignorantia, et licet gra-
vius sit peccare scienter quam nescienter, non
tamen ideo confugiendum est ad ignorantie tene-
bras ut in eis quisquam excusationem requi-
rat. Aliud enim est nescisse, aliud scire nolu-
isse. Quia in eis qui intelligere noluerunt ipsa
ignorantia peccatum est. In eis vero qui non
potuerunt, pena peccati. Ignorantia vero que
non est eorum qui scire nolunt, sed eorum qui tamquam
simpliciter nesciunt, nullum sic excusat ut
eterno igne non ardeat, sed fortasse ut mitius
ardeat. Secundum hoc mulier excusationem habuit de
ignorantia, cum et mandatum noverit et pec-
catum esse secus agere non ignoraverit. Ut

Solet etiam querere cum processerit consensus illius pec-
cati, cum non hominis esset in corruptione
sine vitio esset natura hominis. Unde ta-
lis consensus mali processerit? Ad quod responde-
mus: quia ex libero arbitrio voluntatis fuit
et in ipso enim et maxime causa extitit ut fie-
ret deterior. In alio quam in diabolo qui suasit
in ipso, quia voluntate liberi arbitrii consen-
sit, et cum liberum arbitrium sit bonum ex
re bona utique quia malus ille consensus
provenit, et ita ex bono malum manavit. De hoc
autem in sequenti plenius tractabimus, cum
origo mali et in qua re convalescat investiga-
bitur. An voluntas processerit illud factum.

Sed vero queritur utrum voluntas illud
peccatum precesserit. Dicimus quia peccatum
illud et in voluntate et in actu consti-
tit, et voluntas actum precessit, sed ipsam volun-
tatem alia hominis voluntas mala non prevenit,
atque ex diaboli persuasione et hominis arbitrio

illa voluntas mala prodiit qua iustitiam deseruit et iniquitatem inchoavit et ipsa voluntas iniquitas fuit.

Quare permisit deus hominem temptari sciens eum casurum.

D. XXIII

Preterea queri solet cur deus hominem temptari permiserit quem decipiendum esse presciebat. Sed non esset laudabile homini si ideo bene vivere posset quia nemo male vivere suaderet, cum in natura posse et in potestate haberet velle non consentire suadenti deo iuvante. Et est gloriosius non consentire quam temptari non posse. Commoventur quidam dicentes cur creavit deus quos futuros malos presciebat. Quia providit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit ut relinqueret eis unde aliquid facerent, et si quid culpabiliter aliquid facerent, illum de se laudabiliter operantem invenirent. A se habent voluntatem malam, ab illo naturam bonam et iustam penam. Frustra igitur dicitur non deberet deus creare quos presciebat malos futuros. Sciebat enim bonis profuturos et iuste pro mala voluntate puniendos. Aliud vero talem hominem deberet facere qui nollet omnino peccare. Concedimus quidem meliorem naturam esse que omnino peccare nollet. Concedant et ipsi non esse malam que talis facta est ut posset non peccare si vellet et iuste punitam que voluntate non necessitate peccavit. Cum ergo hec bona sit illa melior cur non utramque faceret ut liberius laudaretur de utraque? Illa enim de sanctis angelis, hec de hominibus est. Item inquiunt si deus vellet et illi boni essent. Et hoc quidem concedimus, sed melius voluit ut quod vellent essent, et boni quidem non infructuose, mali vero non impune. Item inquiunt posset deus voluntatem eorum vertere in bonum quia omnipotens est. Posset revera. Cur non fecit? Quia noluit. Ipse novit. Non debemus plus sapere quam oportet sapere.

h q̄t q̄ s̄ciam tag̃ de st̄a hōis an̄ pec̄m

Et quidem secundum animam rationalem homo habuit discretionem boni et mali, scientiam quoque rerum creatarum et cognitionem veritatis que prime conditionis perfectioni congruebat. Mox conditus non indiguit accepisse putatur et ad illam non studio vel disciplina aliqua vel per intervalla temporis profecisse, sed ab exordio sue conditionis divinitus illam percepisse.

Quam triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem scilicet rerum propter se factarum et creatoris et sui.

Fuit igitur homo primus ante lapsum triplici cognitione preditus scilicet rerum propter se factarum et creatoris et sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse perspicuum est, cum non ipse creator vel angelus aliquis sed homo omnibus animantibus nomina imposuit, ut ostenderetur quod singulorum notitiam homo ipse habuit. Que enim propter illum creata erant et ab illo regenda et disponenda erant, horum omnium dedit illi et scientiam et providentiam atque curam reliquid. Quia ut ait apostolus: Numquid cura deo de bobus? Quorum aliorumque animalium deus homini curam reliquid et providentiam, ut dominationi eius subiacerent et ratione illius gubernarentur, ut sciret illis providere necessaria a quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando non perdidit, sicut nec illam qua carnis necessaria providentur. Et ideo in scriptura homo de his non eruditur, sed de scientia anime quam peccando amisit.

De cognitione creatoris.

Cognitionem quoque creatoris primus homo habuisse creditur. Cognovit enim a quo creatus fuerat, non eo modo cognoscendi quo ex auditu solo percipitur, quomodo a credentibus absens queritur, sed quadam interiori aspiratione qua dei presenciam contemplabatur, non tamen tam excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, nec tamen ita in enigmate sicut in hac vita videmus.

De sui cognitione.

Prior tamen sui cognitionem eidem homo talem percepisse videtur, ut et quid deberet superiori et quid aequali et inferiori non ignoraret, conditionem quoque suam et ordinem, scilicet qualiter factus esset et qualiter incedere deberet, quid agere, quid cavere intellexit. Si enim horum notitiam non habuisset, non esset reus praevaricationis, neque se ipsum cognovisset. *Quare dicitur non habuisse*

futurorum praescientiam. Si autem quaeritur utrum praescientiam habuerit eorum quae circa eum futura erant, id est si ruinam suam praescivit et similiter si praescivit bona quae habiturus fuisset, si in obedientia perstitisset, Gaudeo probabiliter quod ei magis facienda indicata sunt quam futura revelata. Acceperat enim scientiam et praeceptum eorum quae facienda fuerant, sed non habuit praescientiam eorum quae futura erant. Non enim fuit praescius sui casus, sicut et de angelo diximus, quod Augustinus super Genesim asserit, ratione utens quam supra deposuimus. Haec de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet dixisse sufficiant. *Gratia homini data et potentia*

Nunc diligenter investiga *ante casum* quam gratiam vel potentiam homo habuit ante casum, et utrum per eam potuit stare vel non. Sciendum est igitur quod homini in creatione, sicut de angelis diximus, datum est per gratiam auxilium et collata potentia per quam stare poterat, id est non declinare ab eo quod acceperat, sed non poterat proficere in tantum ut per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per auxilium illud gratiae creationis resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene vivere quodammodo, quia vivere poterat sine peccato, sed non poterat sine alio gratiae adiutorio spiritualiter vivere quo vitam mereretur aeternam. Unde Augustinus in Enchiridion: Sic factus est homo rectus, ut et manere in ea rectitudine posset non sine divino adiutorio, et suo fieri perversus arbitrio. Utrumlibet horum elegisset, Dei voluntas fieret vel ab illo vel de illo; et quia voluntatem suam maluit facere quam Dei, de illo facta est voluntas Dei. Item in eodem: Sic oportebat prius hominem fieri ut et bene posset velle et male, nec gratis si bene, nec impune si male. Item in libro de correptione et gratia: Adiutorium sine quo in eo vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat ut sine divino auxilio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent; defuisset quippe adiutorium sine quo manere non possent. Item: Dederat homini Deus bonam voluntatem. In illa quippe fecerat eum qui rectum fecerat. Dederat adiutorium sine quo non posset manere in ea si vellet, et per quod posset. Ut autem vellet in eius dimisit arbitrio. Item in eodem: Acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset; nam si habuisset, perseverasset. His testimoniis evidenter monstratur quod homo rectitudinem et bonam voluntatem in creatione accepit atque auxilium quo stare poterat; alioquin non sua culpa cecidisse videretur.

Sed quomodo rectam *Qualis fuit illa* et bonam voluntatem *rectitudo et bona* habuit homo, si per eam nec mereri *talis voluntas* valuit, et nec ea stare voluit? *Ad quod est* dicendum quia licet non perseveraverit, sed tamen recta et bona fuit tunc voluntas hominis. *Quid sit quod dicitur*

Ad hoc autem quod diximus *hominem* hominem non posse proficere vel *non potuisse* mereri per gratiam creationis, solet *se proficere* opponi, si per illud auxilium gratiae creationis potuit stare in bono quod acceperat, poterat ergo resistere temptationi; sed resistere temptationibus vel suggestionibus malis meritum est ac bonum remunerabile. Omne autem bonum meritum perfectus est per gratiam, ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius gratiae. Ad quod dicimus quod resistere malo

et non consentiente temptationem non fecisset illi meritum et si non consensisset, quia nichil in eo erat quod ad malum impelleret; sicut angelis qui non ceciderunt non fuit meritum quod steterunt, id est quod non corruerunt. Nobis autem meritum est aliquando si malum non facimus, sed resistimus; ibi enim viget causa, scilicet que nos id facere movet, quia ex peccati corruptela proni sumus ad lapsum gressus nostri. Ille autem non inveniens causam nos ad malum impellentis non tenetur, sed ab eo declinamus. Declinare autem a malo semper vitat penam, sed non semper meretur palmam.

Hic considerandum est quid fuerit illud adiutorium homini in creatione datum quo stare poterat. **De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat.**

Adiutorium homini datum in creatione quo poterat manere si vellet, illud fuit virtus libertas arbitrii ab omni labe et corruptela immunis, atque voluntatis rectitudo et omnium naturalium potentiarum anime sinceritas atque vivacitas. **De libero arbitrio et gratia.**

Liberum vero arbitrium est facultas voluntatis et rationis qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente. Et dicitur liberum quantum ad voluntatem que ad utrumlibet flecti potest, arbitrium vero quantum ad rationem cuius est facultas vel potentia illa, cuius etiam est discernere inter bonum et malum. Et aliquando quidem discretionem habens boni et mali quod malum est eligit, aliquando vero quod bonum est. Sed quod bonum est nisi gratia adiuta non eligit, malum vero per se eligit. Est enim in anima rationali voluntas naturalis qua naturaliter vult bonum, licet tenuiter et exiliter nisi gratia adiuvet, que adveniens iuvat eam et erigit ut efficaciter velit bonum; per se autem potest velle malum efficaciter. Ita ergo omnis rationalis potentia que velle bonum vel malum potest utrumque discernens liberum arbitrium nuncupatur, quod bruta animalia non habent quia ratione carent; habent tamen sensum et appetitum sensualitatis. **Quod bruta non habent liberum arbitrium sed appetitum sensualitatis.**

Est autem sensualitas quedam vis anime inferior ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. Ratio vero anime est vis superior, que ut ita dicamus duas habet partes vel differentias, superiorem et inferiorem. Secundum superiorem supernis conspiciendis vel consulendis intendit; secundum inferiorem ad temporalium dispositionem perspicit. Quicquid enim in anima nostra nobis considerantibus occurrit quod non sit commune cum bestiis ad rationem pertinet; quod vero ibi reperis commune cum bestiis ad sensualitatem pertinet. Et ubi nobis in consideratione gradatim per partes anime progredientibus primum aliquid occurrit quod non est commune cum bestiis, ibi incipit ratio. Hoc autem Augustinus docet in XII libro de Trinitate dicens: Videamus ubi sit quasi quoddam hominis exterioris interiorisque confinium. Quicquid enim habemus in animo commune cum pecore, recte dicitur adhuc ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur, sed adiuncta quadam vita sua qua compages corporis et omnes sensus vigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda. Ascendentibus ergo introrsum quibusdam gradibus considerationis per anime partes, unde aliquid incipit occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis, inde incipit ratio ubi homo interior iam possit agnosci. Rationis autem pars superior eternis rationibus conspiciendis vel consulendis adheret; portio inferior ad temporalia gubernanda deflectitur. Et illa rationis intentio qua contemplamur eterna sapientie deputatur, illa vero qua bene utimur rebus temporalibus scientie deputatur.

D. XXIIII

Liberum arbitrium est quedam [illegible] voluntatis facultas [illegible]

id est quedam [illegible] potentia que [illegible] voluntate bonum [illegible] ut appetimus.

Hic [illegible]

Aliud [illegible]

Hic enim unus effectus liberi arbitrii [illegible] velle bonum vel malum quod quidam negant etc.

Illud quoque praeterea. Ostensum est supra secundum ordinem historiae qualiter serpens suasit mulieri malum, qualiter ipsa consensit et quid viro suggessit. Hic ostendit quid debeat dici spiritualiter mulier, vir, serpens. Inferior portio [illegible] sensualitas dicitur serpens, inferior portio rationis dicitur mulier, scilicet scientia; superior vero pars quae aeterna contemplatur dicitur vir [illegible] usque ad scientiam, a scientia usque ad sapientiam. Si eidem [illegible] inferior portio [illegible] et sic serpens consentit mulier, idem consentit ratio et sic mulier et vir comedunt [illegible] Illud quoque praeterea [illegible]
Triplici de causa surgunt in homine primi motus: scilicet ex fomite originali, debilitate complexionis, ex mala consuetudine. Unde dicunt quidam quod primi motus non sunt peccata, quia surgunt ex debilitate con[illegible] qui autem de mala consuetudine et [illegible] surgunt, illi peccata sunt [illegible] Primo serpens suggerit, id est sensualitas [illegible] non velle [illegible] de paradiso [illegible] de illo ordine dicendi [illegible] intelligitur de motu [illegible] quod dicitur Adam consensisse [illegible] dicit quod aliquod tale originale et quod dicitur de illo ordine dicendi [illegible]

[Margin: illegible note] officiales et potentiales.

cum quo discedimus de natura mentis humanae
ne de una quadam trinitate differimus eam in
his duo autem commemoravi non propter officia ge
minamus. Carnalis autem et sensualis ani
motus qui in corporis sensus intenditur nobis
pecoribusque communis est qui seclusus est
a ratione sapientiae, rationi autem scientiae vicinus.
Illud quoque praeterea. Qualis est ordo peccati et temptationis
mittendum non. Dicimus in nobis qualis fuit in primis.
Est quod talis nunc in uno homine. Hominibus
nunc temptationis est ordo et progressio qualis
tunc in primis processit parentibus. Tunc enim
serpens malum mulieri suasit, ipsa quoque conse
sit, deinde viro suo dedit, sicque consummatum
est peccatum. Ita et nunc in nobis pro serpen
te est sensualis motus animae, pro muliere in
ferior portio rationis, pro viro superior portio ra
tionis. Hic est vir qui secundum apostolum dicitur imago
et gloria Dei, et illa est mulier quae secundum eum
dicitur gloria viri. Atque inter hunc virum et
hanc mulierem est velut quoddam spirituale
coniugium naturalisque contractus quo
superior rationis portio quasi vir debet prae
esse et praedominari; inferior quasi mulier debet
subesse et obedire. Ideo vir secundum apostolum non
debet habere velamen, sed mulier. Et sicut in cunc
tis animalibus non est repertum adiutorium
simile sibi, sed de illo sumptum quod quod
ei formaretur in coniugium, ita in partibus
animae quas cum pecoribus habemus communes
nullum menti nostrae simile est adiutorium.
Unde Augustinus in eodem: Illud nostrum quod in actio
ne temporalium contrectandorum ita versatur
ut non sit nobis commune cum pecore, rati
onale est quidem, sed ex illa rationali mentis
qua subhaeremus intelligibili et incommutabili ve
ritati tamquam ductum et inferioribus trac
tandis gubernandisque deputandum est. Sicut
enim in omnibus pecoribus non est inventum
viro adiutorium simile sibi nisi de illo detrac

[Margin: Si ibi quoque serpens ad [illegible] dicitur [illegible] sibi mulier — ad [illegible]]

[Margin: In hoc apparet [illegible] excellentia [illegible] In hoc est mulier gloria viri quod ei subiecta est [illegible]]

tum in coniugium formaretur, ita menti
nostrae qua supernam consulimus veritatem
nullum est ad usum rerum temporalium
quantum naturae hominis satis est simile adiuto
rium ex animae partibus quas communes cum
pecoribus habemus. Ideo rationale nostrum est
ad unitatis divortium separatum, sed in adiutori
um societatis quasi derivatum in suo dispertitur
officio. Et sicut una caro est duorum in masculo et
in femina, sic intellectum nostrum et rationem
sive rationem et appetitum rationalem vel si
aliquo modo significantius dici possunt una
mentis natura complectitur, ut sicut de illis dic
tum est: Erunt duo in carne una, sic de
his dici possit: duo in mente una. Ecce ex
his potest intelligi qualiter in anima hominis
existat imago illius coniugii et qualiter in
singulis nostrum spiritualiter sint illa tria,
scilicet vir, mulier, serpens. Quod sicut per illa tria consu
matur temptatio in nobis.

Nunc restat ostendere quomodo per haec tria consummetur in no
bis peccatum non ignoscamus potius si diligenter
attendatur quid sit in anima mortale vel
veniale peccatum. Ut enim serpens suasit
mulieri et mulier viro, ita et in nobis sensualis mo
tus cum illecebram peccati cogitando conci
peret quasi serpens suggerit mulieri, scilicet infe
riori parti rationis, id est rationi scientiae. Quae si con
senserit illecebrae, mulier edit cibum vetitum.
Post de eodem dat viro cum superiori parti ratio
nis, id est rationi sapientiae, eandem illecebram
suggerit. Quae si consentit, tunc vir etiam cum
femina cibum vetitum gustat. Si vero in motu
sensualitatis tantum peccati illecebra teneatur, venia
le ac levissimum est peccatum. Si vero inferi
or pars rationis consentiat ita ut sola cogita
tionis delectatione sine voluntate sine volun
tate perficiendi teneatur, mulier sola mandu
cavit, non vir, cuius auctoritate prohibetur voluntas
ne usque ad opus perveniat. Si vero assit plena

uoluntas perficiendi ut si adsit facultas ad effectum perducatur: uir quoque manducat quia superior pars racionis illecebre consentit et tunc est dampnabile et graue peccatum. Solam autem mulierem sine uiro gustare aliquando est mortale aliquando ueniale peccatum. Ut enim dictum est: tunc mulier sine uiro gustat cum ita delectatione cogitationis peccati tenetur ut faciendum non proponatur. uel cum quidem committi et mensura perficit. Cohibetur peccato a uiro ut non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si enim peccatum nondum tenetur delectatione cogitationis sed statim ut mulierem tangit uiri auctoritate depellitur: ueniale est. Si uero diu in delectatione cogitationis teneatur et si uoluntas perficiendi desit mortale est. et pro eo simul dampnabitur uir et mulier id est totus homo quia et tunc uir sicut debuit mulierem non cohibuit: unde potest dici consensisse. **Repetitio summam restringens.**

Itaque breuiter summam perstringam quando peccatum ita in anima concipitur aliud facere disponat etiam faciat aliud frequenter uel semel uel etiam quando cogitationis delectatione diu tenetur mortale est. cum uero in sensuali motu tantum est ut prediximus tunc leuissimum est quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem dixi aliud frequenter aliud semel. quia nunc quibusdam placet quedam fiunt que si tantum semel fiant ut facienda disponantur displicent quedam uero non nisi sepius fiant ut facienda decernantur ut de ocioso uerbo et huiusmodi. Hanc autem Augustinus in xii. libro de trinitate tradit dicens. sicut in illo coniugio priorum hominum serpens manducandum persuasit. mulier autem non manducauit sola. sed uiro suo dedit et simul manducauerunt. Ita et in quodam secreto coniugio quod in uno homine geritur et dinoscitur cum racionis sue que in rebus temporalibus agendis racionandi uiuacitate uersatur a nimalis sensus ingerit quandam illecebram tunc uelud serpens alloquitur feminam. Huic autem illecebre consentire de ligno uetito est edere. Sed iste consensus si sola delectatione congustationis contentus est. superiori uero auctoritate ita retinentur membra ut non exhibeantur arma iniquitatis peccato. sic habendum estimo uelud lignum uetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo id est discernitur quodam peccatum ut si potestas sit peccatum per opere compleatur intelligenda est mulier dedisse uiro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim post peccatum non solum cogitandum suauiter uerum et perpetrandum efficaciter mente decernitur. nisi et illa intencio mentis penes quam summa potestas est membra in opus mouendi uel ab opere cohibendi mali actioni cedat.

Nec sane cum sola congustatione mens oblectatur illicitis. non quidem decernens esse facienda tenens tamen et uolens libenter que statim ut animum attigerunt respui debuerunt. negandum est esse peccatum. sed longe minus quam si et opere statuatur implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus uenia petenda est. pectusque percuciendum et dicendum. dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. nec sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat et ideo si sola mulier cibum edisset illicitum sola utique mortis supplicio plecteretur. Ita potest dici in homine uno si delectationibus illicitis a quibus continuo se deberet auertere cogitatio sola libenter pascatur nec facienda decernantur mala sed tantum suauiter in recordacione teneantur quasi mulierem sine uiro posse dampnari. absit hoc credere. Hec quippe una persona est unus homo est totusque dampnabitur. nisi hec que sine uoluntate operandi sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi solius

cogitationis sentiuntur esse peccata per mediatoris gratiam remittuntur. Ideo quorum in libro II contra Manicheos de hoc eodem sic ait: Apostolus ait principem potestatis huius aeris spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentie. Sicut enim quidam visibiliter eis apparet aut quasi corporeis locis accedit ad eos; separatur sed miris modis per cogitationes suggerit quicquid potest, quibus suggestionibus resistendum est. Non enim ignoramus astutias eius. Quomodo accessit ad Iudam ut Christum traderet? Numquid in locis aut per hos oculos ei visus est? Sed utique ut dictum est in cor eius intravit. Repellit autem illum homo si paradisum custodiat. Posuit enim Deus hominem in paradiso ut operaretur et custodiret illum. Qui enim talis est Ecclesia dicitur in Cantico canticorum: hortus conclusus, fons signatus; quo utique non admittitur perversitatis ille persuasor. Sed tamen per mulierem decepit. Non enim ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi que debet obtemperare rationi tamquam rectori viro. Etiam nunc in unoquoque nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisque delabitur quam tunc actum est in illis tribus: serpente, muliere et viro. Nam primo fit suggestio sive per cogitationem sive per sensus corporis, vel videndo vel tangendo vel audiendo vel gustando vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non movetur ad peccandum, excluditur serpentis astutia. Si vero mota fuerit, quasi mulieri iam persuasum erit. Sed aliquando ratio viriliter commotam cupiditatem refrenat atque compescit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquanta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat et quod libido commoverit faciendum esse decernat, ab omni beata vita tamquam de paradiso expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etsi non subsequatur factum.

Hec ita teneri in consensione conscientia. Recte hec de partibus anime et de partibus anime diximus, ut ipsius anime natura plenius cognoscatur, et secundum quam sui portionem in ea fit lex, intelligatur, scilicet secundum rationem, qua omne peccatum mortale geritur, sed non omne veniale; illud enim quod in solo motu sensualitatis existit. Quod sensualitas sepe in scriptura alio nomine accipitur.

Non est autem silentio pretermittendum quod sepe in scriptura nomine sensualitatis non id solum in anima quod est nobis commune cum pecore, sed et inferior portio rationis que temporalium dispositioni intendit intelligitur; quod diligens lector in locis Scripture ubi de ipsa fit mentio diligenter advertat. Redit ad liberi arbitrii considerationem.

Iam vero ad propositum redeamus, scilicet ad liberum arbitrium, quod philosophi diffinientes dixerunt liberum de voluntate iudicium, quia potestas ipsa et habilitas voluntatis et rationis, quam supra diximus liberum arbitrium esse, libera est ad utrumlibet, quia libere potest moveri ad hoc vel ad aliud. Liberum ergo dicitur arbitrium quantum ad voluntatem, quia voluntarie moveri et spontaneo appetitu ferri potest ad ea que bona esse vel mala iudicat vel iudicare valet.

D. XXV

Hoc autem sciendum est, quod liberum arbitrium ad presens vel ad preteritum non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim in presenti est determinatum est, non in potestate nostra ut tunc sit vel non sit. Quando est potest enim non esse vel aliud esse postea, sed non potest non esse dum est vel aliud esse dum est id quod est. Sed in futuro an hoc sit vel illud ad potestatem liberi arbitrii spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt, sed ea tantum que per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Siquis enim tale quid velit ac disponat

facere quod melius nullatenus sit potestate
uel quod sine eius dispositione eque fieret
nisi ipse non habeo li. ar. Ex supposito descripto li.
Et quidem secundum ar. non conuenit deo nisi huius
predictam assignationem et gloriati sunt
in his tantum uidetur esse li. ar. qui uoluntate
nutare et in contraria possunt
in quorum uidelicet potestatem est eligere bonum
uel malum uel utrumlibet secundum elec-
tionem facere uel dimittere. Sed secundum
quod in deo est nec in omnibus que tanta
beatitudinis gratia sunt roborati ut iam
peccare nequeant li. ar. esse nequid. Et quod
deus li. ar. habeat aug. docet in li. xxii. de ci-
uitate dei ita inquiens. Certe deus ipse num-
quam peccare non potest. ideo li. ar. habere negandus
est. Ambrosius quoque in li. de trinitate ait: plu-
ribus dicitur quia omnia hec operatur unus atque
idem spiritus diuidens singulis prout uult. id est pro libere
uoluntatis arbitrio non pro necessitatis obsequio.

Sed aliter accipitur
li. ar. in creatore quam in crea-
turis dei. Et enim diuinitas eius sapientissima et
omnipotens uoluntas que non necessitate
sed libera bonitate omnia facit prout uult. Si er-
go attenderis non est li. ar. in deo sicut est in
creaturis ab ipso uidetur li. ar. excludere in
omelia quadam de prodigo filio dicens. solus
deus est in quem peccatum non cadit nec
cadere potest. cetera cum sint li. ar. in utram-
que partem flecti possunt. dum ait cetera
indicat li. ar. sicut est in creaturis non in deo esse.

Angeli uero et sancti. Quod angeli sancti qui iam
qui iam feliciter beati sunt habebunt li. ar.
cum deo uiuunt. etiam in gratia beatitudinis
confirmati sunt ut ad malum flecti nec
uelint nec possint. li. ar. non carent. unde
aug. in li. xxii. de ciuitate dei. ait. Sicut
prima inmortalitas fuit quam peccando adam
perdidit posse non mori. ita primum liberum
ar. posse non peccare nouissimum non pos-
se peccare. sed in eunch. dicit oportebat primum
hominem sic fieri ut bene uelle posset et male.
postea uero sic erit ut uelle male non posset
nec ideo carebit li. ar. multo quidem liberius
erit arbitrium quod omnino non poterit ser-
uire peccato. Neque enim uoluntas non est uel
libera dicenda non est qua beati sic esse uolu-
mus ut esse miseri non solum nolumus.
sed nequaquam prorsus uelle possimus. Sicut ergo
anima nostra habet uelle infelicitatem ita nolle
iniquitatem semper habitura est. sed ordo seruan-
dus fuit quo deus uoluit ostendere quam
bonum sit animal rationale quod etiam
possit quamuis sit melius quod peccare non
possit. Ecce his uerbis euidenter astruitur
quod post beatitudinis confirmationem
erit in homine li. ar. quo peccare non poterit
et nunc in angelis est et in sanctis qui cum domi-
no sunt et tanto uerius liberius quanto a peccati
seruitute et ad bonum prius quo enim quisque ab
illa peccati seruitute de qua scriptum est
qui facit peccatum seruus est peccati longius
abscedit tanto in eligendo bono liberius habet
iudicium. Unde si diligenter inspiciatur
liberum uidetur dici ar. quia sine coactione et neces-
sitate ualet appetere uel eligere quod ex ratio-
ne decreuerit. De libertatibus ar. dicitur secundum

Et predicatis perspicimus diuersa tempora.
Est quod maior fuit libertas arbitrii pro
ma quam secunda et tercia multo maior quam
secunda uel prima. prima ergo libertas arbitrii
fuit in qua poterat non peccare. ultima uero erit
in qua poterit non peccare et non poterit pec-
care. media uero est in qua potest peccare et non
potest non peccare ante reparationem etiam
mortaliter post reparationem uero saltem
uenialiter. De instantibus li. ar.

Et possunt notari in homine iiii. status
Liberi arbitrii ante peccatum sine ad bonum

nil impediebat ad malum, nil impellebat. Nunc habet infirmitatem ad malum, et habet adiutorium ad bonum; tunc sine errore ratio iudicare et voluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum vero ante reparationem gratie premitur a concupiscentia et vincitur, et habet infirmitatem in malo, sed non habet gratiam in bono; et ideo peccare potest, et non peccare non potest damnabiliter. Post reparationem vero ante confirmationem premitur a concupiscentia sed non vincitur, et habet quidem infirmitatem in malo, sed gratiam in bono, ut possit peccare propter libertatem et infirmitatem, et possit non peccare ad mortem propter libertatem et gratiam adiuvantem. Nondum tamen habet posse omnino non peccare vel non posse peccare, propter infirmitatem nondum perfecte absorptam et propter gratiam nondum perfecte consummatam. Post confirmationem vero infirmitate penitus consumpta et gratia consummata, nec premi poterit nec vinci, et tunc habebit non posse peccare.

De corruptione liberi arbitrii per peccatum.

Unde manifestum est quod preter alias penalitates pro peccato illo incurrit homo penam in corruptione et depravatione liberi arbitrii. Per illud namque peccatum naturalia bona in homine sunt corrupta et gratuita detracta. Hic est enim ille qui a latronibus vulneratus est et spoliatus: vulneratus quidem in naturalibus bonis, quibus non est privatus, alioquin non posset fieri reparatio; spoliatus vero gratuitis, que per gratiam naturalibus addita fuerant. Hec sunt data optima et dona perfecta, quorum alia sunt corrupta per peccatum, id est naturalia, ut ingenium, memoria, intellectus; alia subtracta, id est gratuita; quamquam et naturalia sint ex gratia, ad generalem quippe Dei gratiam pertinent. Sepe tamen hec fit distinctio, cum gratie vocabulum ad speciem non ad genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitrii per peccatum et ex parte perdita. Unde Augustinus in Enchiridion: Libero arbitrio male utens homo et se perdidit et ipsum. Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato amissum est et liberum arbitrium. A quo enim quis devictus est, huic servus addictus est. Ecce liberum arbitrium dicit hominem amisisse, non quia post peccatum non habuit liberum arbitrium, sed quia libertatem arbitrii perdidit, non quidem omnem, sed libertatem a miseria et a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrii.

Est namque libertas arbitrii triplex, scilicet a necessitate; et ante peccatum et post eque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat, ita nec modo. Sed voluntas merito apud Deum iudicatur, que semper a necessitate libera est et numquam cogi potest. Ubi necessitas, non est libertas; ubi non est libertas, non est voluntas, et ideo nec meritum. Hec libertas in omnibus est tam in bonis quam in malis. Est et alia libertas a peccato, scilicet de qua dicit Apostolus: Ubi spiritus Domini, ibi libertas; et Veritas in Evangelio: Si Filius vos liberavit, vere liberi eritis. Hec libertas a servitute peccati liberat et servos iustitie facit. Unde Apostolus: Liberati a peccato servi facti estis iustitie. Et item: Cum servi essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Hanc libertatem homo peccando amisit. Ideo Augustinus dicit quod homo male utens libero arbitrio et se perdidit et ipsum, quia perdita est per peccatum libertas non a necessitate, sed a peccato. A quo enim facit peccatum, servus est peccati. Rubrica hanc

Istam libertatem que est a libertatem scilicet a peccato alii soli nunc habent peccato et per quem quos Filius per gratiam liberat et reparat, non ut quod penitus sint sine peccato in hac mortali carne, sed ut in eis peccatum non dominetur nec regnet. Et hec est vera et bona libertas que bonam parit servitutem, scilicet iustitie. Unde Augustinus in Enchiridion: Ad iustitiam faciendam non erit aliquis liber nisi a peccato liberatus esse ceperit iustitie servus. Et ipsa est vera libertas propter recti facti

leticiam famulus et pia servitus per preceptum o-
bedienciam. Est alia libertas non vera male
servituti adiuncta que est ad malum faci-
endum ubi racio differt a voluntate iu-
dicans non esse faciendum quod voluntas
appetit. ad bonum vero faciendum racio con-
cordat voluntati et non vera libertas et pia debili-
tate autem ad malum et servitute mala.
ait aug. in ench. servi addicti que potest esse lib-
ertas nisi quando eum peccare delectatur. Li-
beraliter enim servit qui sui domini voluntatem fa-
cit libenter ac per hoc ad peccandum liber est
qui peccati servus est. Quomodo deliberate ad malum
Hic queri potest an sit ipsa libertas li. ar. an
alterum libertas qua quis liber est. alia
ad malum sit libertas arbitrii. Si enim libertas
arbitrii est bonum est quidem quia libertas
arbitrii que semper bona est. sed per peccati ser-
vitutem ad malum facta liberior et pronior et
ideo dicitur non esse vera libertas quia ad malum
est. Aliis autem videtur quod hec libertas ad malum
quam supra commemoravit augustinus dicens
non sit ista libertas arbitrii sed sit quedam pro-
nitas peccandi ut cupiditas que ex pecca-
to est et mala est. Quomodo alia de libertate ad bonum
Similiter etiam non ad et ipsa libertas sit ar. an
queri solet utrum illa libertas non
que est ad iusticiam faciendam sit ipsa li-
bertas arbitrii. quidam dicunt illam eandem
esse sed reparatam per gratiam qua iuvante libera
est ad bonum sine qua non est libera ad
bonum. unde aug. in ench. ista libertas ad bene
faciendum unde erat homini addicto et vendito
nisi eum redimat a quo ille qui dicit si filius vos li-
beraverit vere liberi eritis. quia antequam in ho-
mine fieri incipiat quomodo quisquam de li-
bero arbitrio gloriatur qui nondum est liber ad operandum bon-
um. Ecce aperte ostendit li. ar. per gratiam liberari
ut per illud bene operetur quis. Alii dicunt illam
libertatem aliam esse que est ad benefaciendum

cuius supra meminit aug. esse libertatem ipsam
arbitrii gratia dei liberatam et adiutam. Alii vero
putant non esse ipsam arbitrii libertatem. sed
aliam quandam que ex gratia et libero arbitrio in mente
hominis deo operante incipit esse cum reparatur.
Verum nobis Certa determinacio utriusque ques-
magis placet tionis qua dicitur libertas ad bonum
et ut ipsa libertas ar. ad malum esse liber-
bitrii sit et illa qua quis liber tas arbitrii
est ad malum faciendum et illa qua quis
liber est ad bonum faciendum. Ex causis
enim variis sortitur diversa vocabula. dicitur enim
libertas ad malum faciendum antequam
per gratiam sit reparata. sed cum per gratiam fue-
rit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum
quia ante gratiam libera est voluntas ad malum
per gratiam vero libera fit ad bonum. Semper
ergo voluntas hominis aliquo modo libera est. sed
non semper bona est. Non enim est bona nisi
a peccato liberata sit. Est tamen a necessitate libera.
unde aug. in libro de gratia et li. ar. semper in nobis
voluntas libera est sed non semper bona est. aut
enim libera est iusticie quando servit peccato
et tunc est mala. aut a peccato libera est quando servit
iusticie et tunc bona est. De libertate et miseria.
Est vero libertas et miseria de qua apostolus
ait et ipsa creatura liberabitur a servi-
tute corrupcionis in libertatem glorie fili-
orum dei. hanc libertatem habuit homo ante
peccatum quia omni carebat miseria et
nulla tangebatur molestia et plenius habebit
in futura beatitudine ubi miser esse non pote-
rit. sed in hac vita que est inter primum peccatum
et ultimam confirmacionem nemo amisse-
na liber est quia peccati pena non caret.
Ex predictis Repetit de corrupcione
iam apparet li. ar. ut addat alia.
in quo per peccatum sit inminutum vel corrup-
tum li. ar. quia ante peccatum nulla erat
homini difficultas nullumque impedimentum

de lege membror ad bonum nulla qⁱ ipⁱus
sio uł instigatio ad malum. Sunt aut p le
gem carnis ad bonum impediuntur ⁊ ad ma
lum instigantur ut non possit uelle ⁊ pficere
bonum n p gr̃am libet ⁊ adiuuet. quia ut
ait aps. peccatum inhabitat in carne. Libe
rum g arbitrium cum semp ⁊ in singlis sit li
berum non est tn̄ pariť liberum in bonis et
in mal. ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberius est enim
in bonis ụ liberatum est. qm̃ in mal ụ libe
ratum non est ⁊ liberius est ad malum qd
p se potest qm̃ ad bonum quod n gr̃a libe
retur ⁊ adiuuetur. De libertate que fit ex

Libertas g a p gr̃a ⁊ que fit ex natura.
cato ⁊ a miseria per gr̃am est libertas
uo a necessitate p naturam est utramque
libertatem nat. s. ⁊ gr̃e notat apls. cum
ex psona hominis non redempti ait. Velle
adiacet m pficere aut non inuenio. ac si di
ceret habeo libertatem nature. sʒ non ha
beo libertatem gr̃e. ideo non est apud me p
fectio boni. Nam uoluntas homis qm̃ na
turalit ħt. non ualet erigi ad bonum effi
caciter uolendum uł ope implendum n
p gr̃am liberet ⁊ adiuuetur. Liberet quid
ut uelit ⁊ adiuuet ut pficiat. qⁱ ut ait ap.
Non est uolentis uelle neque currentis curre
re. ⁊ opari. sʒ miserentis dei qui opat i nob
uelle ⁊ opari bonum. cuius gr̃am non adiuo

C. XXVI.

cat uoluntas hominis uł opatio. sʒ ipa gr̃a
uoluntatem puenit pparando ut uelit bo
num ⁊ pparatam adiuuat ut pficiat. De
Hec est gratia gratia opante ⁊ coopante
opans ⁊ coopans. opans enim gratia p
parat hominis uoluntatem ut uelit. gr̃a
coopans adiuuat ne frustra uelit. Vn aug.
in li. de gratia ⁊ li. ar. cooperando deus i nob
pficit qd opando incipit. qⁱ ipe ut uelimus
opatur incipiens. qui uolentibus coopatur
pficiens. Vñ g uelim̃ opatur. Cum aut

uolumus ⁊ sic uolumus ut pficiam nobis
coopatur. tn̄ sine illo uł opante ut uelim
uł coopante ut pficiam ad bona pietatis
opa nichil ualemus. Ecce his uerbis satis
aperitur que sit opans ⁊ gr̃a ⁊ que coopans.
operans enim est que puenit uoluntate
bonam. Ea enim liberatur ⁊ pparat hois
uoluntas ut sit bona. bonum qʒ efficaciter ue
lit. Coopans uo gr̃a uoluntatem iam bo
nam sequitur adiuuando. Vñ aug. cont
iulianum hereticum qui bonam uolun
tatem ex li. ar. tantm̃ ee dicebat atque hom
nem p li. ar. posse bonum uelle ⁊ opari
sine gr̃a asserebat. ait. aptam de commen
datione gr̃e ap. ptulit sententiam
cum ait. Non est uolentis neque currentis
sʒ dei miserentis. ħ si attendes iuliane n
extenderes contra gr̃am merita uoluntatis
humane. Non ideo enim miseretur deus ali
cuius quia uoluit ⁊ cucurrit. sʒ ideo uoluit
⁊ cucurrit qʒ misertus est deus. parat
enim uoluntas hominis a do ⁊ a domino
gressus hominis diriguntur. Idem contra eundem.
Non est uolentis neque currentis sʒ dei mise
rentis non qʒ ħ sine uoluntate nr̃a agant
sʒ quia uoluntas nr̃a nil boni agit nisi di
uinitus adiuuetur. Vñ alibi ap. Non ego
ego sʒ gratia dei mecum. Non ideo dicit qʒ
nil boni agebat. sʒ quia nil boni ageret
si illa non adiuuaret. His testimoniis
aperte insinuatur qʒ uoluntas hominis gr̃a di
preuenitur atque pparatur ut fiat bona. n
ut fiat bona uoluntas quia ⁊ ante gr̃a
cum uoluntas erat. sʒ non erat bona ⁊
recta uoluntas. Quid sit uoluntas aug. ad

Voluntatem ipam aug. paulinum
in li. de duabus animabus i diffinit
uoluntas est animi motus nullo cogente
ad aliquid non ad mittendum uł adipis
cendum. ħ aut non amittat malum

& adipiscatur bonum preuentur & preparatur
dei gratia. Unde apostolus gratiam preuenientem
& subsequentem commendans, & operantem et
cooperantem vigilanter dixit: Non est uolentis
neque currentis, sed dei miserentis. Non est miserentis dei
sed uolentis & currentis, sicut iam ut quibusdam
placuit quod dictum est sic accipiatur: non
est uolentis neque currentis sed dei miserentis, tamquam
diceretur: Non sufficit sola uoluntas
hominis si non sit et misericordia dei. Ergo dicitur: Non suf-
ficit et misericordia dei si non sit uoluntas
hominis. Ac per hoc si recte dictum est illud: Quoniam
uoluntas hominis sola non implet, cur
non et e contrario recte dicatur: Non miserentis
dei sed uolentis est hominis, cum uoluntas dei misericordia
solo non implet? Homo enim sperare uel cre-
dere non potest nisi uelit, nec peruenire ad pal-
mam nisi uoluntate currat. Restat ergo ut
ideo recte dictum intelligatur ut totum deo
detur qui hominis uoluntatem bonam pre-
uenit & preparat adiuuandam & adiuuet pre-
paratam. Uolentem preuenit ut uelit, uolen-
tem subsequitur ne frustra uelit. Ecce his u-
bis & aliis premissis euidenter traditur quia ho-
minis uoluntas preparatur. Preuenit gratia dei
ut bonum uelit & adiuuatur ne frustra uelit.
Utrumque bona uoluntas contra. Quod uoluntas bona
mittatur gratiam non gratia comminuitur gratiam
uoluntatem. Unde aug. ad bonefacium scri-
bens, scilicet contra pelagianos ait: Cum fides
impetret iustificationem, sicut unicuique de-
us partitus est mensuram fidei, non gratiam dei
aliquid meriti precedit humani, sed ipsa meretur
aug. ut aucta mereatur & perfici uoluntate
comitante, non ducente, pedisseca, qua non
preuia. Ecce hic expresse habes quod gratia pre-
uenit bone uoluntatis meritum, & ipsa uoluntas
bona pedissequa est gratie non preuia. Quod sit gratia

Et si diligenter uoluntatem preuenient
attendas nichil est dies cum dilectione.

omnimus est demonstratur que sit ipsa gra-
tia uoluntatem preueniens & preparans, scilicet fi-
des cum dilectione. Unde aug. in eodem tractatu
quomodo iustificati simus ex fide & tamen
gratis. Utrumque enim ait apostolus dum quibusdam di-
cit iustificati ex fide, alibi ait: Iustificati gra-
tis per gratiam ipsius. Hoc ideo dixit ne fides ipsa
superba sit, ne dicat sibi: Si ex fide iustifi-
cati quomodo gratis? Quod enim fides meretur
cur non potius redditur quam donatur? Non dicat
iste homo fidelis, quia cum dixerit: Habeo fi-
dem ut merear iustificationem, respondetur
ei: Quid enim habes quod non accepisti? Fi-
des enim qua iustificatus es, est gratis data
est. Hic aperte ostenditur quod fides causa
iustificationis & ipsa est gratia & beneficium quo
hominis preuenitur uoluntas & preparatur.
Unde aug. in li. i. retractationum: Uoluntas
est qua & recte peccatur & recte uiuitur. Quod
uoluntas nisi ipsa non gratia dei liberetur a ser-
uitute qua peccati serua facta est & ut uicia
superet adiuuetur, recte que pie mula morta-
libus non potest & hoc beneficium quo liberetur
non eam preueniretur iam meritis daretur &
non est gratia que utique gratis datur. Preue-
niret ergo bona hominis uoluntas illo gratie
beneficio quo liberatur & preparatur. & illud bene-
ficium fides Christi recte intelligitur. Sicut aug. in
enchi. euidenter ostendit dicens: Ipsum ar-
bitrium liberandum est post ipsam rui-
nam a seruitute peccati, nec omnino per se
ipsam sed per solam dei gratiam que in fide Christi
posita est liberatur. Ut uoluntas ipsa preparatur
recte apte dicit gratiam per quam liberatur ar-
bitrium & preparatur uoluntas, positam esse
in fide Christi. Fides enim Christi ut in eodem ait
impetrat quod lex imperat. Quod bona uolun-
tas eadem uoluntas quod preuenit gratiam
tas tamen quedam. Quid dei dona preueniunt
gratie dona preuenit. Unde aug. in enchi.

precedit bona voluntas hominis multa dei
dona sed non omnia. que autem non precedit ipsa
in eis est. et ipsa iuvat. sicut ibi scriptum quod legitur
in sacris eloquiis. omnia eius preveniat me et
misericordia eius subsequatur me. nolentem enim pre-
venit ut velit. volentem subsequitur ne
frustra velit. Cur enim non monemur orare
pro inimicis nostris nolentibus pie vivere. nisi ut
deus in eis operetur velle. Item cur ammonemur
petere ut accipiamus nisi ab illo fiat quod volu-
mus a quo factum est quod ut velimus. Unde
apostolus ait. Non est volentis neque currentis. sed
dei miserentis. Ex his apparet quod bona
hominis voluntas quedam dei dona preve-
nit quod eam comitatur gratia cooperans ad iuvans.
et quibusdam prevenitur. que eam prevenit gratia
cooperans. scilicet fides cum caritate.

Non est tamen ignorandum
quod alibi Aug. significare videtur
quod cum ex voluntate sit fides. de illo verbo
apostoli. scilicet corde creditur ad iustitiam ore autem
confessio fit ad salutem. inquit super Iohannem trac-
tans. Item non simpliciter apostolus ait. creditur sed corde
creditur quod cetera potest homo nolens. credere
non nisi volens. intrare ecclesiam accedere ad altare
potest sed non credere. Item super genesim. Ubi
Laban et Batuel dixerunt. vocemus puellam
et queramus eius voluntatem dicit expositor
quia fides voluntatis est non necessitatis. ad
que respondentes dicimus non hic intelligendum
fore. ut ex hominis voluntate fides intelli-
gatur prevenire. cum ipsa sit ipse dei donum
ut ait apostolus. et ex ea bona hominis merita in-
cipiant. per hanc enim ut ait Aug. super spiritum
et litteram. Iustificatur impius id est fit de impio pi-
us. deinde ipsa fides incipiat per dilectionem op-
ari. unde omnia bona merita incipiunt. Sed
potius hec ideo dicta sunt quia non est fides nisi in
eo qui vult credere. cuius bonam voluntatem
fides prevenit non tempore sed causa et natura.

Unde Aug. super congruenter dicit quod bona
voluntas in eis donum est. que non precedit
sed ipsa iuvat quod ea iuvat quibus prevenitur dum
eis consentit ad effectum boni et meriti est quod
ab eis tempore non preceditur. Quedam ad

Ceterum hic addit que gravem fa-
ciunt questionem. scilicet quod cogitatio boni
fidem magis acuunt et precedant fidem
urgent illa Aug. quibus in libro de predestinati-
one sanctorum utitur pertractans illud verbum a-
postoli. non quod sufficientes simus cogita-
re aliquid quasi ex nobis. attendant inquid
hic et verba ista perpendant qui putant ex no-
bis esse fidei ceptum et ex deo esse fidei suppleme-
tum. Commendans enim istam gratiam que
non datur secundum aliqua merita sed efficit
omnia bona merita inquid. Non quod simus suf-
ficientes cogitare aliquid boni sed ex nobis. quis
autem non videat esse prius cogitare quam credere.
Nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitaverit
esse credendum. Si ergo cogitare bonum non est
ex nobis. ut hic ait apostolus tradit nec credere non aliud
est quam cum assensione mentis cogitare. Hic insi-
nuare videtur quod cogitatio bona precedat
fidem et ita bona voluntas preveniat fidem et vo-
luntas non prevenitur quod predictis adversari
videtur. Ad hec autem dicimus quod aliquando
cogitatio bona vel voluntas prevenit fidem
sed non est bona illa voluntas vel cogitatio
qua recte vivatur. Illa enim sine fide et carita-
te non est. Nam ut ait Aug. ad anastasium
sine spiritu non est voluntas hominis libera cum cu-
piditatibus vincatur non est libera ad bonum nisi
liberata fuerit. Non autem liberatur nisi per spiritum. cari-
tas diffundatur in cordibus. non est libera vo-
luntas nisi liberet eam gratia per legem fidei. id est
non est libera sine fide operante per dilectionem.
et illa sufficienter et vere bona est. Non enim
est fructus bonus qui de radice caritatis non
surgit. Si vero assit fides operans per dilectionem

Ista dilectio boni. De illa cogitacione boni
Illa autem cogitacio que precedit fidem plene
racio boni fidem que sine uo discernitur.
luntas et caritatem aliasque iustificaciones
precedit non sufficit ad salutem nec uiuitur
ex hac uoluntate concupiscentie. illa bona uo
luntas que est magnum bonum ista uero non
alia quam est illa uoluntas sine cogitacio alia est
ista. et sicut illa istam precedit. ita istam preuenit
intellectus. unde aug. ita distinguens super
illum locum psalmi. Concupiuit anima mea
d. iusti. t. ait. concupiuit desiderare quando
non desideram. Uidemus enim racione nos aliquando
quam utiles sunt iustificaciones dei. sed infirmi
tate prepediti aliquando non desideramus. preu
olat quam intellectus. sequitur tardus aut nullus
affectus. scimus bonum non delectat agere
et cupimus ut delectet. Sicut iste olim desiderare
concupiscebat que bona esse cernebat cupi
ens enim habere dilectionem eorum potuit ha
bere racionem. ostendit itaque quibus gradibus
ad eas preuenitur. prius enim est ut uidea
tur quam sint utiles et honeste deinde ut earum
desiderium concupiscatur. postremo ut profici
ente gracia delectet earum operacio quarum so
la racio delectabat. attende hunc ordinem
graciarum quam hic distincte assignat aug. quare
eorum scilicet intellectus bonorum precedit concu
piscenciam eorundem. et ipsa concupiscen
cia delectacionem que fit per fidem et caritatem
qua habita uere bona est uoluntas qua recte
uiuitur. ipsa quoque fidei comes est non preuia quo
ubi aug. premissa secundum hanc distincti
onem consideratur nullam in repugnanciam
fore animaduerterit. Non ignorans et ante gra
ciam preuenientem et operantem quod uoluntas
bona preparatur in homine precedere quedam
bona ex dei gracia et libero arbitrio quibus tamen uitam
non meretur neque graciam qua iustificatur
Illius enim gracie perprende que uoluntatem
hominis sanat ut sanatam legem imple
at nulla merita precedunt. ipsa est enim qua
iustificatur impius. id est fit iustus qui prius erat
impius. meritis autem impii non gracia sed
pena debetur. nec ista esset gracia si non da
retur gratuita. Dicitur autem gratuita quia nichil
boni ante feceramus unde hec mereremur. Non
negamus tamen multa ante hanc graciam et preter
hanc graciam ab homine fieri bona per li.
ar. ut tradit aug. in responsionibus contra
pelagianos quos dicebat per li. ar. agros colere
domos edificare et alia plura bona facere sine
gracia cooperante. Utrum una eadem que sit
Hic consideran Gracia que dicitur operans et coo
dum est cum predictum sit per perans
graciam operantem et preuenientem uolunta
tem hominis liberari ac preparari bonum ut
uelit et per graciam cooperantem et subsequentem
adiuuari ne frustra uelit utrum una uel
eadem gracia id est unum munus gratis datum
quod operetur et cooperetur an diuersa alterum
operans et alterum cooperans quibusdam tamen ra
cionabiliter uidetur quod una et eadem sit gracia
idem donum eadem uirtus que operatur et
cooperatur sed propter diuersos effectus eius et dicitur o
perans et cooperans. operans enim dicitur inquantum
liberat et preparat uoluntatem hominis ut
bonum uelit. cooperans inquantum
eandem adiuuat ne frustra uelit.
Ipsa enim gracia non est ociosa sed meretur
augeri ut aucta mereatur et perfici. Quid sit ipsa
Si uero queritur quid sit ipsa gracia et quomodo meretur augeri
ipsa gracia preueniens meretur au queritur.
geri cum nullum meritum sit sine libero ar.
et quid sit ipsa gracia. scilicet an uirtus an non
et si uirtus an actus an non uel habitus apte iusti
ficari ualeat. premittendum est ita esse ge
nera bonorum. alia namque sunt magna alia alia media
minima ut ait aug. in libro retractacionum
Uirtutes magne quibus recte uiuitur magna

bona sunt. potencie uero anime sine quibus recte uiui non potest media bona sunt. species quorumlibet corporum sine quibus recte uiui potest minima bona sunt. Virtutibus nemo male utitur. ceteris autem bonis. id est mediis et minimis non solum bene. sed etiam male quisque uti potest. Et ideo uirtute nemo male utitur. quia opus uirtutis est bonus usus istorum. quibus etiam non bene uti possumus. Nemo autem bene utendo male utitur. Non solum autem magna sed etiam media et minima bona esse prestat bonitas dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta. In quibus bonis

Ordinare autem magnis bonis sit liberum arbitrium continetur. L. i. ar. de hoc aug. triuum in .i. li. tractationum. ait. Itaque in mediis quidem bonis inuenitur liberum uoluntatis arbitrium quia et male illo uti possumus. sed tamen tale est ut sine illo recte uiuere nequeamus. bonus autem usus eius iam uirtus est que in magnis reperitur bonis quibus male uti nullus potest. Et quia bona et magna et media et minima sunt ex deo. sequitur ut ex deo sit etiam bonus usus liberi uoluntatis qui uirtus est. id est opus uirtutis et in magnis numeratur bonis. Attende diligenter que dicta sunt et confer in unum. Sic enim operetur quod supra querebatur. Dixit equidem opus uirtutis esse bonum usum illorum bonorum quibus etiam uti non bene possumus. id est mediorum magnis. id est mentem que posuit li. ar. cuius quorum usum bonum. Dixit enim uirtutem quod si est non est opus uirtutis quod supra dixit. quia aliud est uirtus aliud est opus eius. De uirtute

Hic uidendum est quid et que sit actus eius. Sit uirtus et quid actus siue opus eius. Virtus est ut ait aug. bona qualitas mentis qua recte uiuitur et qua nullus male utitur quam solus deus in homine operatur. Ideo opus dei tantum est sicut de uirtute iusticie. aug. docet super illum locum psalmi. feci iudicium et iusticiam. dicens. Iusticia magna uirtus est animi quam non facit in homine

D.XXVII

non deus. Ideo cum ait propheta ex persona ecclesie feci iusticiam non ipsam uirtutem quam non facit homo sed opus eius intelligi uoluit. Ecce aperte insinuatur hic quod iusticia in homine non est opus hominis sed dei quomodo et de aliis uirtutibus idem intelligendum est. De fide eadem dicit. De gracia fidei que non est ex homine sed de deo tantum.

Nam de gracia fidei. Nam et apostolus ephesiis scribens aperte de deo tantum similiter fidem non ex homine set ex deo tantum esse asserit inquiens. gracia estis saluati per fidem et hoc non ex nobis. Dei enim donum est quod a sanctis ita exponitur. hoc id est fides non ex ui nature mee est quia donum dei pure est. Ecce et hic manifeste traditur quod fides non est ex libertate arbitrii sui ex arbitrio uoluntatis quod superioribus consonat ubi dictum est graciam preuenientem uel operantem esse uirtutem que uoluntatem hominis liberat et sanat ut aug. in li. de spiritu et littera ait. Iustificati sumus non per liberam uoluntatem sed per graciam christi. non quod sine uoluntate nostra fiat. sed uoluntas nostra ostenditur infirma per legem ut sanet gracia uoluntatem et sana uoluntas impleat legem. De gracia

Sed gracia que sancta qui liberat uoluntatem sanat et liberat uero que sit uirtus et uirtus non est sanitatem hominis ex li. ar.

uirtus est uel una uel plures cum ipsa gracia non sit ex arbitrio uoluntatis sed eam potius sanat ac preparat ut bona sit sequitur ut uirtus non sit ex li. ar. et si non sit motus uel affectus mentis cum omnis motus uel affectus mentis sit ex li. ar. sed bonus ex gracia et li. ar. qualis uero ex li. ar. tantum ut enim ait aug. in li. i. tractationum. homo sponte ex li. ar. cadere potuit. non etiam resurgere. Item in li. de animalibus duabus. anime si libero ad faciendum et non faciendum motu carent. Si denique hiis abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur earum peccatum tenere non possumus. Ut aperte ostenditur.

q motus animi siue ad bonum siue ad malum ex li.
ar. est. idest uniuersus gratia motus mentis est ex
li. ar. est. suo ex libero ar. ut ex pre est iam no
solus deus sine homine eam facit. Spea quidem
non meruisse tradunt uirtutem esse bonam
mentis qualitatem siue formam que animam
informat et ipsa non est motus uel affectus animi
sed ea li. ar. iuuatur ut ad bonum moueatur et
erigatur. et ita ex uirtute et li. ar. nascitur
bonus motus uel affectus animi et exinde bonum
opus prodit exterius sicut pluuia irrigatur
terra ut germinet et fructum faciat. non plu
uia est terra nec germen nec fructus nec terra
germen uel fructus. nec germen fructus
in gratis tie mentis nostre. i. arbitrio uoluntatis
Infunditur pluuia diuine benedictionis
i. inspiratur gracia qua solus deus facit non
homo cum eo quia irrigatur uoluntas
hominis ut germinet et fructificet. i. sanatur
et preparatur ut bonum uelit. Et quod dicitur
operans et iuuatur quod bonum faciat secundum
quod dicitur cooperans et illa gratia uirtus non incongrue
nominatur quia uoluntatem hominis in
firmam sanat et adiuuat. Et quo sensu di

Cum quod ex gracia. cum ex gratia incipere
dicuntur esse bona merita et de gratia hoc
bona merita et maxime aut meritis intelligitur
gratis gracia gratis dans. i. deus uel pocius quod
est gracia gratis data que uoluntatem hominis
preuenit. Non enim esset magnum sed hoc
dicerentur esse a quo sunt omnia. Sed pocius est
gracia gratis data intelligitur ex qua incipi
unt bona merita que cum ex sola gracia
esse dicantur non excluditur liberum arbi
trium quod nullum meritum in homine quod
non sit per li. ar. Sed in bonis merendis cause
principalitas gratie attribuitur. quia principalis
causa bonorum meritorum est ipsa gracia qua
excitatur libe. ar. et sanatur atque adiuuatur
uoluntas hominis ut sit bona.

Que uero ipsa dona sint. Et bona uoluntas gratie principa
li est et hominis liberi et sit gratia et que et omne bonum
meritum immo gratie quia ex gratia et meritum
principaliter est et gratia est. Unde aug. ad sixtum
presbiterum quod est meritum hominis ante
graciam cum omne bonum meritum nostrum
non in nobis faciat nisi gracia. Ex gratia enim
que preuenit ut dictum est et sanat arbitrium
hominis et ex ipso arbitrio peragitur in anima
bonus affectus siue bonus motus mentis et hoc
est primum bonum meritum hominis. Sicut
uero quod ex fide uirtute et hominis arbitrio generatur
preueniente motus quidem bonus et remuneratur
et ipsum credere ita ex caritate et libero arbitrio
motus preuenit. s. diligere ualde bonus
sic de ceteris uirtutibus intelligendum est et
isti boni motus uel affectus merita sunt et dona
dei quibus meretur et ipsorum augmentacione
et alia que consequuntur. hoc et in futuro apponi
tur. Ex qua racione dicitur fides mereri iusti

Cum quod dicitur ficacionem et a.
fides mereri iustificationem et uitam
eternam ex ea racione dictum accipitur
quia per actum fidei meretur illa. similiter de
caritate et de iusticia et de aliis accipitur. Si
enim fides ipsa uirtus preueniens diceretur
mentis actus esse qui est meritum iam ipsa ex
li. ar. originem haberet quod quia non est di
sit esse meritum quia actus eius est meritum
ut tamen assit caritas sine qua nec credere nec
sperare meritum est uite. Unde apparet uirtus
quod caritas est spiritus s. que anime qualitates
informat et sanctificat ut eis anima informe
tur et sanctificetur sine qua anime qualitas non
dicitur uirtus qua non ualet sanare animam.

Et muneribus De muneribus uirtutum et de
his uirtutum Gracia que non est set
bonum suum et iuste uiuimus facit meritum.
et ex gratia que non est meritum sed facit non tamen
sine li. ar. preueniunt merita uirtutibus boni affectus.

eorum quam g[ra]tuis atque bona op[er]a que nobis re
muneratur et h[ec] ip[s]a sunt dei bona. Unde aug[ustinus]
ad sixtum p[res]b[ite]r[u]m. Cum coronat deus
merita n[ost]ra nichil aliud coronat quam
munera sua. Vi[ta] ergo vita eterna que in fine
redditur adeo meritis p[re]cedentibus quia et
eadem merita quibus redditur non a nob[is]
sunt s[ed] in nob[is] f[a]c[t]a sunt p[er] gr[aci]am. recte et
ip[s]a vita gr[aci]a nuncupatur quia gr[ati]s datur
nec ideo gr[ati]s quia non m[er]itis datur. S[ed] q[ui]a
data sunt p[er] gr[aci]am et ip[s]a merita quibus datur.

Ex p[re]missis liquet. Epilogus ubi alia
innotescere nob[is] addit.
aliquatenus s[cilicet] qualiter gr[aci]a p[re]veniens et meritum
augeri et aliatur quid ip[s]a sit. an virtus
an aliud. et si virtus sit actus vel non. osten
sum enim est sup[ra] ex p[ar]te quorundam quod
ip[s]a est virtus et virtus non est actus s[ed]
eius causa. et non t[ame]n s[ed] in l[i]b[er]o ar[bitrio]. Vn[de] quod
aug[ustinus] sup[ra] dixit bonum usum l[iberi] ar[bitrii] esse
virtutem s[ic] accipi potest i[d est] actum virtutis
alioquin sibi contradicere videntur qui
opus virtutis sup[ra] dixi esse bonum usum
eorum quibus non b[e]n[e] uti possumus in quibus
posuit l[iberum] ar[bitrium]. Si v[er]o bonus usus l[iberi] ar[bitrii] op[us]
virtutis est. iam virtus non est. Cum ergo
bonum usum eius virtutem esse dixit no
mine virtutis eius usum significavit.
Idem nempe usus. Quod idem usus est virtu
bonus ex virtute est tis et l[iberi] ar[bitrii]. S[ed] virtutum
et ex libero arbitrio ex virtute principaliter.
principaliter et bonus ille usus in magnis
bonis annumerandum est. Illa autem gr[aci]a
p[re]veniens que et virtus est non usus l[iberi] ar[bitrii]
est. s[ed] ex ea potius est bonus usus l[iberi] ar[bitrii]. q[ui]
nob[is] est. a deo non a nobis usus bonus l[iberi] ar[bitrii]
et ex deo est et ex nobis et id bonum meritum
est. Ibi vero solus deus operatur. hic deus et ho[mo].
Hoc meritum ex illa purissima gr[aci]a p[re]ve
nit quod apostolus notavit dicens. gracia
dei sum id quod sum. et gr[aci]a eius in me va
cua non fuit. Sup[er] quem locum aug[ustinus] i[n]t[er]
terte gr[aci]am nominat. primum enim so
lam gr[aci]am dat deus et non n[isi] gr[aci]am cum
non p[re]cedant n[isi] mala merita. S[ed] p[ost] p[er] gr[aci]am
incipiunt bona merita ut ostenderet ea
l[iberi] ar[bitrii]. addit et gr[aci]a eius in me vacua no[n]
fuit. et ne ip[s]a voluntas non fuit p[er]vertere
s[ed] gr[aci]a dei aliquid boni posse. Ideo subdit
Non autem ego solus. s[ed] sine gr[aci]a dei. sed
gracia dei mecum. i[d est] cum l[ibero] ar[bitrio]. plane cu[m]
data fuit gr[aci]a tunc incipiunt esse merita n[ost]ra
bona. p[er] illam t[ame]n quia si illa defuerit cadit ho[mo].

Alii vero dicunt virtutes Aliorum senten
esse bonos usus natura ciam hic osten
lium potenciarum non tam dit. hic dicit virtutes
omnes s[ed] tantummodo in esse bonos v[el] l[iberi] ar[bitrii] v[el] actus
teriores qui in mente sunt. Exteriores mitis.
vero qui sup[er] corpus geruntur non virtutes
esse dicuntur s[ed] opera virtutum. et id quod
aug[ustinus] dicat opus esse virtutis bonum usum
naturalium potenciarum de usu exteriori ac
cipiunt. Quod vero dicat bonum usum libe[r]i
arbitrii virtutem esse et in magnis numerari
bonis de usu interiori intelligunt. et virtu
tes nichil aliud esse quam bonos affectus vel mo
tus mentis asserunt quos deus in homine fa
cit non homo quia licet illi motus sint l[iberi] ar[bitrii]
non tamen esse queunt boni nisi deus ip[su]m libe
ret et adiuvet sua gr[aci]a op[er]ante et coop[er]ante
quando dei gratuitam voluntatem accipiunt
quia deus est qui op[er]atur in nob[is] velle et op[er]ari
bonum. Quibus auctoritatibus nituntur quod

Quod aut[em] virtutes sint mot[us] dicunt.
mentis testimoniis s[an]c[t]orum astruunt. dicit
enim augustinus sup[er] iohannem. quid est fides
credere quod non vides. credere aut[em] mot[us]
mentis est. Idem in l[ibro] iii. de doctrina x[ristia]na
Caritatem autem voco motum animi.
Si vero caritas et fides motus animi sunt.

D XXVIII

virtutes g animi motus sunt quibus alii
Attendentes premissa verba augustini ita intelligenda
fore inquiunt credere quod fidei est non videre. i.
fides est virtus qua creditur quod non videtur.
Item caritas est motus animi. i. gratia qua mo
vetur animus ad diligendum et quod hec
et hiis similia ita accipienda sint ex hiis co
mitatur que alibi aug. ait. Unde in li. questionum
evangelii ait. et est fides qua creduntur ea que
non videntur que proprie dicitur fides. Item
in. xiii. li. de trin. alia sunt ea que creduntur
aliud est fides qua creduntur. Ex hiis verbis
argumentando procedunt. aliud est crede
aliud illo quo creduntur. predictum est autem
fidem esse id quo creditur. Sed g credere non
est fides. quia credere non est id quo creditur
Addunt quoque virtus opus dei tantum est
quam ipse salus in nobis facit. Ipsa g non est
usus vel actus li. ar. sed credere est actus li.
ar. non est itaque virtus premissis aliis que
testimoniis ac rationibus innituntur. Utraque
istorum horum autem iudicium diligentis lec
toris examini relinquo ad alia properans.

Id vero inconcusse *Predicta repetit ut alia*
et incunctanter *addat difficilia assignans quomodo*
teneamus li. *tenent de gratia et li. ar. con*
ar. sine gratia preveniente et *pelagianos*
adiuvante non sufficere ad iustitiam et
salutem optinendam nec in meritis precedentibus
gratiam dei advocari sicut pelagiana he
resis tradidit. Unde ut ait aug. in li. i. contra
omnium. Novi heretici pelagiani liberum sic
asserunt voluntatis arbitrium ut gratie dei
non relinquant locum quam secundum merita
nostra dari asserunt. Pelagianorum heresis
omnium recentissima a pelagio monacho
est exorta hii dei gratia qua predestinati
sumus et qua eruimur de potestate tenebrarum
et in tantum inimici sunt ut sine hac credant
hominem posse facere omnia divina man

data. denique pelagius a fratribus increpatus
quod nichil tribueret gratie dei adiutorio ad
eius mandata facienda non eam li. ar. prepo
nebat sed infideli calliditate supponebat di
cens ad eam hoc dari hominibus ut que facere
per li. ar. iubentur. facilius possint imple
re per gratiam facilius dicendo etsi non per gratiam
implere possent voluit credi etiam si diffi
cilius tamen posse homines sine gratia iussa divi
na facere. Illam g gratiam dei sine qua nichil
boni possumus facere non esse dicunt nisi
in li. ar. quod nullis suis precedentibus meritis
ab illa accepit natura nostra. ipso ad hoc tan
tum iuvante nos per suam legem atque doctrinam
ut discamus que facere et que sperare debe
amus. Non autem ad hoc per donum spiritus sancti
ut que didicerimus esse facienda faciamus
ac per hoc divinitus dari nobis scientiam confi
tentur qua ignorantia pellitur. Caritatem in
vero negant divinitus dari qua pie vivitur
ut scilicet sit donum dei gratie scientia que sine caritate in
flat et non sit donum dei caritas ipsa que ut
scientia non inflet. edificat destruunt et
orationes quas facit ecclesia sive pro infidelibus et
doctrine dei resistentibus ut convertantur
ad deum sive pro fidelibus ut augeatur eis
fides et perseverent in ea. hoc quippe non ab ipso
accipere sed ab ipsis homines habere contendunt
gratiam dei qua liberamur ab impietate
dicentes secundum merita nostra dari parvu
los etiam sine ullo peccati originalis vincu
lo asserunt nasci. *Hic ponit ea quibus*

Quod vero dicunt *suum confirmant hono*
sine gratia homi*rem liberi augeri contra*
nem per li. ar. omnia vel *ipsum tenentes.*
sa implere huiusmodi inductionibus mu
niuntur si inquiunt non potest facere homo ea
que iubentur non est imputandum ei ad mor
tem sicut tu ipse augustine in li. de li. ar.
asseris quis in quo peccat in eo quod nullo

non cauere potest· peccatur enim cauere quod potest
sed testimonio augustini pelagius usus est
disputans aduersus eum· Immo adhuc grā
tiam sicut aug. in li. retractationum illud et
alia huiusmodi tractans commemorat di
cens· In his itaque huius libris meis quia grā
dei commemorata non est de qua tunc non
agebatur· putant pelagiani suam nos te
nuisse sententiam sed frustra hoc putant· Volun
tas quippe est qua peccatur et recte uiuitur
quod nihil ibi egimus· sed ipsa nisi grā liberetur
et ut uicia superet et ad uiuendum recte a morta
libus uiui non potest. citra apte determinat ex
quo sensu illa dixit inimicos gratie·

Similiter inime Aliud testimonium augustini pon
batur pelagius quo tunc pellagius pro se
ab aug. contra gratiam quum utebatur:
li. de duabus animabus dicit peccati reum
teneri quemquam· quia non facit quod
facere non potuit summe iniquitatis et insa
nie est· hus auditis exultat pelagius dicens
ait ergo paruuli et illi qui non habent grām sine qua
non possunt facere diuina mandata rete
nentur· hoc autem quia occasione dixit in li. retrac
tationum pelagio respondens ait· Id enim
contra manicheos dixit qui in homine esse
duas naturas contendunt· unam bonam
ex deo alteram malam ex gente tenebrarum
que numquam bona fuit ne bonum uelle possit
quod si esset non uideretur in putandum
esse si non bonum faceret Aliud quod uidetur

Alibi autem contradicere gratia dei
aug. dicit que huic gratie contradicere addit
uidentur qua iustificamur que in li. contra
adamantium manichei discipulum dixit
uoluntatem suam mutare bonum opera
ri non potest quod in nostra potestate esse
positum dominus docet ubi ait· aut facite
arborem bonam et cetera· quod aug. in retrac
tationibus non esse contra graciam dei quam predicamus
ostendit· In potestate quippe hominis est
mutare uoluntatem in melius· sed ea potestas
nulla est nisi a deo detur de quo dictum est
dedit eis potestatem filios dei fieri cum hic sit in potestate
quod cum uolumus facimus nichil tam in potestate
quam ipsa uoluntas sed preparatur a deo uolun
tas· eo ergo modo dat potestatem· Sic etiam intelli
gendum est quod in eodem ait· scilicet in nostra
potestate esse ut uel inseri possit bonitate
dei uel ex tumidi eius seueritate mereamur
quia in nostra potestate non est nisi quod nos
tram sequitur uoluntatem que cum pre
paratur a domino facile fit opus pietatis
quod impossibile et difficile fuit·
In expositione quorumdam
quarumdam propositionum epistole
ad romanos quecumque aug. inseruit que ui
dentur huic doctrine obuiare· ait enim quod
credimus nostrum est quod autem bonum operamur
illius est qui credentibus dat spiritum sanctum· et paulo
post· nostrum est credere et uelle illius dare cre
dentibus et uolentibus facultatem bene operan
di per spiritum sanctum· que qualiter intelligi debeant
aug. in libro retractationum aperit dicens·
Verum est equidem a deo esse quod operamur bo
num sed eadem uerius est regula et uolendi
scilicet faciendi et utrumque ipsius est quia ipse pre
parat uoluntatem et utrumque nostrum
quia non fit uolentibus nisi nobis· Illa itaque
profecto non dixissem suam scirem ipsam fidem
inter munera spiritus sancti reperiri·

Illud quoque est diligenter inspiciendum quod
aug. in li. sententiarum prosperi ait· scilicet quod posse
habere fidem sicut posse habere caritatem natura
est hominum habere autem fidem sicut posse ha
bere caritatem gratia est fidelium quod non
ita dictum est tamquam ex libero arbitrio possit ha
beri fides uel caritas· sed quia aptitudinem
naturalem habet mens hominis ad credendum
uel diligendum que dei gratia preuenta credit

It diligit quod sine gratia non ualet. Testi
mo g' de gratia. Iouino ieronimo asserere astruit
et libero arbi. Quod tenendum de gratia et li
bero arbitrio in dubi ar. Sic triplex heresis uidetur
cauere ieronimus iouiniani manachei pela
gii. Ieronimus in expositione fidei ca
tholice ad damasum papam iouinianum et
manichei ac pelagii errores eludens docet
liberum in quo sic confitemur ar. ut di
camus semper nos indigere auxilio dei. Tam
illos errare qui cum manicheo dicunt ho
minem peccatum uitare non posse quam
illos qui cum iouiniano asserunt homi
nem non posse peccare. Vterque tollit li
bertatem arbitrii. Nos uero dicimus hominem
semper peccare et non peccare posse ut semper
nos liberi confiteamur arbitrii esse. Hec est fi
des quam in catholica ecclesia didicimus et quam
semper tenuimus. Vtrum homo ante pecca

XXIX

Post hec considerandum est utrum eguerit gratia operante et cooperante.
Utrum primus homo ante peccatum eguerit
gratia operante et cooperante. Ad quod breui
ter dicimus quod non cooperante tamen sic ea
dem gratia operante indigebat. non quidem
per omnem modum operandi operantis gratie.
operatur enim liberando et preparando uolun
tatem hominis ad bonum. Egebat igitur ho
mo ea: non ut liberaret uoluntatem suam
que peccati serua non fuerat; sed ut prepa
raret ad uolendum efficaciter bonum quod
per se non poterat. Non enim poterat bonum me
reri sine gratia. Sicut aug. in enchiridion euidenter
tradit. Illam inquid inmortalitatem
in qua poterat non mori natura humana
perdidit per li. ar. hanc uero in qua non po
terit mori acceptura erat per gratiam quam fu
erat si non peccasset acceptura per meritum quoniam
sine gratia nec tunc ullum meritum esse potu
isset quia per peccatum in solo erat li. ar. con
stitutum non tamen iustitie habende uel retinende
sufficiebat li. ar. nisi diuinum preberetur
adiutorium. Ecce ex his euidenter satis osten
ditur quod ante peccatum homo indige
bat gratia operante et cooperante non enim
habebat quo pedem mouere posset sine gratie
operantis et cooperantis auxilio habuit tamen in
quo stare potuit. Si homo ante lapsum

Preterea queri solet utrum uirtutes habuit.
Utrum homo ante lapsum uirtutes
habuit. Quibusdam uidetur quod non habuit adi
probare conantibus iusticiam inquiunt non
habuit quia preceptum dei contempsit nec pru
denciam quia sibi non prouidit neque tempe
ranciam quia alienam appetiuit. nec fortitudinem
quia prauae suggestioni cessit. Quibus respon
dentes dicimus eum quidem tunc has habuisse
uirtutes quando peccauit sed ante et tunc amisisse
quod multis sanctorum testimoniis comprobatur.
Ait enim aug. in quadam omelia. Adam
perdita caritate et nullus inuentus est. Idem
princeps peruersus uitiorum dum uincit adam de li
mo terre ad imaginem dei factum pudici
cia armatum temperancia compositum.
caritate splendidum. primos parentes
illis bonis ac tantis bonis expoliauit per
quem periit et de hoc eodem ambrosius ad sabi
num ait. Quando adam solus erat non est
preuaricatus. quia eius mens deo adhere
bat. Super psalmum quoque dicit quod homo ante
peccatum beatissimus uitam ducebat
etheream. Et quomodo sine uirtute beatissi
mus erat. aug. quoque super gen. dicit Adam ante
peccatum spirituali mente preditum fuisse. Item aug.
Non est dubitandum hominem ante
peccatum uirtutibus fulsisse sed illis per peccatum
expoliatum fuisse. De eiectione homi
nis illius quod post peccatum de paradyso.
Post penam eiectus est homo de paradyso
in istum miserie locum sicut in gen. legitur.

Nunc ergo ne forte mittat manum suam
et sumat de ligno vite et comedat et vivat
in eternum. Et misit eum deus de para
diso voluptatis. Hiis verbis insinuari vi
detur quod numquam moreretur si postea
de illo sumpsisset ligno.

Quomodo intelligendum sit illud ne sumat de ligno vite et comedat et vivat in eternum.

Sed quia per peccatum iam
mortuum corpus habebat,
illa verba ex tali sensu accipi
possunt. Deus modo nostris loquens de ho
mine superbo ait: Videte ne forte mittat ma
num suam et cetera, id est cavete vos angeli ne co
medat de ligno vite quo indignus est. De quo si
prestitis comederet et viveret in eternum. Sed
ut prius inobedientiam indignus est comedere,
et sicut verbo dixit ita opere exibuit. Emisit
enim eum deus de paradiso voluptatis in
locum congruum, sicut plerumque malus
cum inter bonos vivere ceperit, si in melius
mutari noluerit, de bonorum congregatione pel
litur pondere prave consuetudinis pressus.

De flammeo gladio ante paradisum posito.

Ne ideo posset ad id accedere,
collocavit deus ante para
disum cherubyn et flam
meum gladium atque versa
tilem ad custodiendam viam ligni vite. Quod
visibiliter tamen potest et mistice accipi, quia per ministerium
angelorum ignea custodia ibi constituta fuit.
Hoc enim per celestes potestates in paradiso
visibili factum esse credendum est, ut per angeli
cum ministerium ibi esset quedam ignea
custodia. Non tamen frustra, sed quia aliquid significat
de paradiso spirituali. Cherubim enim interpre
tatur plenitudo scientie, hoc est caritas, quia ple
nitudo legis est dilectio. Gladius autem fla
meus, id est plena legis impletio, temporales sunt
que versatiles sunt, quia tempora volubilia
sunt. Illa ergo ad custodiam ligni vite ideo
posita sunt ante paradysum quia ad vitam
non reditur nisi per cherubin, id est plenitudinem
scientie, id est caritatem, et per gladium versatilem,
id est tollerantiam passionum temporalium.

An homo ante peccatum comederit de ligno vite.

Potest autem queri
utrum ante peccatum
comederit homo de hoc ligno vite. De hoc
autem Augustinus in libro de baptismo parvulorum sic ait: Ex hoc
profecto intelligitur primi homines ante
malignam diaboli persuasionem absti
nuisse a cibo vetito atque usi fuisse conces
sis. Hiis verbis ostenditur quod de ligno vi
te ante peccatum sumpserunt quibus pre
ceptum erat ut de omni ligno paradi
si comederent, non de ligno scientie boni et
mali.

Quare non sunt facti immortales si comederunt de ligno.

Quare ergo predita soliditate et bea
ta immortalitate vestiti non sunt, ut
nulla infirmitate vel etate in deterius
mutarentur? Hanc enim virtutem natu
raliter illud lignum habuisse dicitur, sed for
te non hoc conferebat nisi sepe de illo sumeret,
semel et non sepius quia parvam moram
fuisse in paradiso intelligitur. Cum scrip
tura dicat eum sic soporatum fuisse quando
costa de costa eius latere assumpta est
et inde formata mulier et animalia ante
eum ducta quibus nomina imposuit. Ex

hiis superioribus insinuatum

Per Adam peccatum transiit in posteros.

est liquido et aperte, non enim
perfecte sufficimus qualiter primus
homo deliquerit et quam pro peccato penam
subierit, quibus adiciendum est peccatum
simul ac penam per eum transisse in posteros,
sicut apostolus ostendit inquiens: Sicut per
unum hominem intravit in mundum pec
catum et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors
pertransiit.

Verum illud peccatum quod transiit fuit originale an actuale.

Hic primo videndum
est quod fuit illud peccatum, origina
le an actuale. Et si de originali intelligatur,
consequenter quid sit originale peccatum
et quare dicatur originale et quomodo pertransierit.

Quare non fuit facti immortales, beata vero ad statum immortalitatis ... de ... labor ... in finem.
Ut supra dixit ... in hoc pa
diso ... d. 19 ... c. 3 ... solis hic ...

ut prosequatur in omnes diligenter investigandum est.

Quidam illud acceperunt de actuali.

Quibusdam placuit de peccato actuali Ade id accipere, asserentibus hoc apostolum sensisse cum inferius ait: Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti multi sunt etc. Et videntes quod in ipso nomine exprimit apostolus peccatum quod per unum hominem intravit in mundum, scilicet inobedientiam. Inobedientia peccatum actuale est.

Quomodo intrasse in mundum dicunt.

Hoc autem dicunt intrasse in mundum non traductione originis sed similitudine prevaricationis, quia in illo uno peccasse dicuntur omnes quibus ille unus peccandi exemplum exstitit. Hoc male senserunt quidam heretici qui dicti sunt pelagiani, de quibus Aug. in libro de baptismo parvulorum commemorat dicens: Sciendum est in quo hereticos quosdam qui nominati sunt pelagiani dixisse peccatum prime transgressionis in alios homines non propagatione sed imitatione transisse. Unde et in parvulis nolunt credere per baptismum solvi originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed eis dicitur quia si apostolus peccatum imitationis non propagationis intelligi voluisset, potius eius principem non Adam sed diabolum diceret, de quo in libro Sap. dicitur: Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Et quia non vult intelligi hoc esse factum propagatione sed imitatione, continuo subiunxit scriptura: Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius. Imitantur et Adam quicumque per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Non est ergo accipiendum peccatum Ade transisse in omnes imitationis tantum exemplo sed propagationis et originis vitio.

Hic aperit illud esse peccatum originale quid sit secundum priores.

Et est illud originale peccatum, ut aperte Aug. testatur, quod per Adam transiit in omnes per eius carnem viciatam concupiscentiali generatos.

Quid sit originale peccatum hic igitur.

Hic diligenter investigandum est quid sit originale peccatum. De hoc enim sancti doctores subobscure locuti sunt atque scolastici lectores varia senserunt. Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pene pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem qua obnoxii, id est addicti sumus pene temporali et eterne pro primi hominis actuali peccato, quia pro illo ut aiunt omnibus debetur pena eterna nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici originale peccatum nec culpam esse nec penam. Culpam non esse ipsi fatentur; penam quoque secundum eos esse non potest, quia si debitum pene originale peccatum est, cum debitum pene non sit pena, nec originale peccatum est pena. Quod et quidam eorum admittunt, dicentes in scriptura originale peccatum sepe nominari reatum, et reatum ibi intelligunt, ut dictum est, obnoxietatem pene. Et ita ratione asserunt peccatum originale dici esse in parvulis, quia parvuli pro illo primo peccato rei sunt pene, sicut pro peccato iniquorum parentum aliquando exulant filii secundum iustitiam fori.

Quod originale peccatum culpa sit auctoritatibus probat.

Sed quod originale peccatum culpa sit et culpa sit pluribus sanctorum testimoniis edocetur. Super Exodum namque dicitur: Primogenitum asini mutabis ove. Omnes autem in peccato nati sumus, et ex carnis delectatione concepti culpam originalem nobiscum contraximus. Unde et de voluntate nostra peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dicit nos trahere. Unde constat peccatum originale culpam esse. Aug. quoque in libro de natura et gratia de hoc eodem sic ait: Omnes, ut ait apostolus,

peccaverunt utique vel in se ipsis vel in adam. quia sine peccato non sunt vel quod originaliter attraxerunt vel quod malis moribus addiderunt. peccatum vero primi hominis non solum ipsum sed omne nocuit genus humanum quia ex eo dampnationem simul et culpam suscepimus. Idem super psalmum L. Ecce de corpore mortis seminatur cum vinculo peccati originalis nascitur et mortis. Ideo ergo se iniquitatibus conceptum david dicit. quia in omnibus trahitur iniquitas ex adam et vinculum mortis. Nemo enim nascitur nisi trahens peccatum et meritum pene. Meritum autem pene peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatum trahit. peccatum ergo originale culpa est. quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Unde et in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est. Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci impietati subditum mortique subiectum et ob hoc natura nasci filium ire. unde nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominum. His aliisque auctoritatibus evidenter ostenditur peccatum originale culpam esse et in omnibus concupiscentialiter genitis trahi apparentibus.

Quid sit quod dicitur peccatum originale scilicet fomes peccati id est concupiscentia.

Nunc super est videre quid sit ipsum originale peccatum. Quod cum non sit actuale non est actus sive motus anime vel corporis. Si enim actus est anime vel corporis actuale utique peccatum est. Sed actuale non est. Non est ergo actus vel motus. Originale ergo peccatum dicitur fomes peccati. scilicet concupiscentia vel concupiscibilitas que dicitur lex membrorum sive langor nature sive tyrannus qui est in membris nostris sive lex carnis. Unde augustinus in libro de baptismo parvulorum. Est in nobis concupiscentia que non est permittenda regnare. Sunt et eius desideria que sunt arma diaboli que veniunt ex langore nature. languor autem iste tyrannus est qui movet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyranni atque mecum eum inimicum invenire non obedias concupiscentie male. His verbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Quod nomine concupiscentie intelligitur quod dicitur fomes peccati.

Nomine autem concupiscentie non actum concupiscendi sed vitium primum significavit cum eam dixit legem carnis. Unde idem in tractatu de verbis apostoli ait. Semper pugna est in corpore mortis quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus finiri non potest quam diu vivimus. cotidie minui potest finiri non potest. Que autem est concupiscentia cum qua nati sumus. Vitium utique quod parvulum habilem concupiscere facit. adultum enim concupiscentem reddit. Sicut in oculo ceci in nocte vitium cecitatis est sed non apparet nec discernitur nisi videre et cecum insilucescente mane. sic in puero vitium esse non apparet donec etatis puericioris occurrat.

Quod per adam originale peccatum in omnes transivit id est concupiscentie.

Ex hiis datur intelligi quod originale peccatum scilicet vitium concupiscentie quod in omnes concupiscentialiter natos per adam intravit eosque commaculavit. Unde augustinus in libro de baptismo parvulorum. Adam preter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentie sue tabificavit in se quasi de sua stirpe venturos. Unde apostolus recte ait. In quo omnes peccaverunt. Circumspecte et sine ambiguitate dixit hoc apostolus. Sed ut intelligatur in quo homine sive in quo peccatum sanum. In adam enim omnes peccaverunt ut sit non solum eius exemplo ut dicunt pelagiani. Omnes enim ille unus homo fuerunt id est in eo materialiter erant. Manifestum est omnes in adam peccasse qui in massa ipse enim per peccatum corrupit quos genuit omnes nati sunt sub peccato.

Cave hic et in libro de fide ad petrum. pte. 7. c. 73.

fere per eadem verba habetur ab aug. de ... alia ut morbidus affectus.

Ex eo ergo constituti sunt peccatores, quia in illo uno peccato quod intravit in mundum, recte omnes dicuntur peccasse. Et sicut ab illo uno homine, sic ab eodem uno peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absolvantur. Alia quippe sunt propria peccata in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc unum in quo omnes peccaverunt, id est ex quo omnes peccatores constituti sunt. De originali peccato. Hoc est originale peccatum culpa sit auctoritati. Hoc est originale peccatum quo peccatores omnes nascuntur, concupiscentialiter procreati. Quod ex Adam sumptum ex eius inobedientia emanavit et in posteros devolvitur. Unde apostolus consequenter per inobedientiam unius hominis multos dicit constitutos esse peccatores, quod est actuale peccatum. Cum autem dixit per unum hominem peccatum intrasse in mundum et in eo omnes peccasse, de originali peccato dictum est oportere accipi. Ex quo sit dictum: per inobedientiam unius multi. Quod vero ait: Per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores, eo sensu dictum esse intelligendum, quia ex inobedientia Ade, scilicet ex peccato actuali Ade processit originale peccatum quo omnes peccatores nascuntur, ut et in illo esset et in omnes transiret. Quod peccatum in Adam fuit et in nobis. Unde Augustinus Iuliano heretico nullum peccatum in parvulis esse contendenti, evidenter aperte asserit peccatum originale ex voluntate Ade processisse ac per eius inobedientiam in mundum intrasse. Querit enim Iulianus per quid peccatum invenitur in parvulo, ita inquiens: Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui condidit; per quas ergo rimas inter tot presidia innocentie peccatum fingis ingressum? Cui respondit: Sacra pagina: Per unum hominem intravit in mundum peccatum, per unius inobedientiam, ait apostolus. Quid queris amplius? Item inquid Iulianus: Si per unum hominem peccatum intravit in mundum, aut ex voluntate aut ex natura est. Si ex voluntate est, mala voluntas est que peccatum fecit; si ex natura, mala natura. Cui respondeo: Ex voluntate peccatum est. Querit forte utrum originale peccatum ex voluntate sit. Breviter respondeo: et originale peccatum ex voluntate esse, quia ex voluntate primi hominis seminatum est, ut et in illo esset et in omnes transiret. Ad hoc autem quod diximus in Adam fuisse omnes homines, quidam insolentium sectatores sic obviant dicentes: Non omnis caro que ab Adam traducta est in eo simul existere potuit, quia multo maioris quantitatis est quam fuerit corpus Ade, in quo nec tot athomi fuerunt quot ab eo homines descenderunt. Quo circa verum non esse asserunt substantiam universorum in primo fuisse parente. Responsio. Quibus responderi potest ut accipitur qualiter fuit materialiter atque causaliter in Adam sed ratione non formaliter dicitur fuisse seminalem, id est quomodo ex eo descendit in primo homine omne quod in humanis corporibus naturaliter est, descenditque a primo parente lege propagationis et in se auctum et multiplicatum, nulla extrinsecus substantia in id transeunte, et ipsum in futuro resurget. Fomentum quidem habet a cibis, sed non convertitur cibus in humanam substantiam que scilicet per propagationem descendit ab Adam. Transmisit enim Adam modicum quid de substantia sua in corpora filiorum quando eos propagavit, id est aliquid modicum de massa substantie eius divisum est, et inde formatum corpus filii, suique multiplicatione sine rei extrinsece adiectione auctum est, et de illo ita augmentato aliquid inde separatur, unde formantur posterorum corpora. Et ita procedit procreationis ordo lege propagationis usque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac perspicue intelligentibus patet omnes secundum corpora fuisse in Adam per seminalem rationem, et ex eo descendisse propagationis lege. Auctoritate ratione probatur nichil extrinsecus transire in humanam substantiam que ab Adam est.

Quod uero nisi ex concubitu in humanam corporis naturam transeat, uitalis in euangelio significat dicens: Omne quod intrat in os, in uentrem uadit, in secessum emittitur. Quod et ratione ostendi potest hoc modo. Puer qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget quam habiturus erat si uixeret usque ad etatem xxx. annorum nullo uicio corporis impeditus. Unde hoc illa substantia que parua a deo fuit in ortu in resurrectione tam magna erit, non sui in se multiplicatione. Unde apparet quod et si uiueret non aliunde sed in se augmentaretur illa substantia. Sicut costa de qua facta est mulier, et sicut panes euangelii. Non inficiamur tamen quin et cibi et humores in carnem et sanguinem transeant, sed non in ueritatem humane nature que a primis parentibus descendit, que sola in resurrectione erit. Reliqua uero caro in quam cibi transeunt, tamquam superflua in resurrectione deponetur. Que tamen ciborum aliorumque rerum fomentis coalescit. Quomodo peccatum originale.

D. XXXI

Nunc superest uel a patribus transeat ad filios inuestigare qualiter, an secundum solam animam an secundum carnem. Illud peccatum a parentibus traducatur in filios, scilicet an secundum solam animam, an secundum carnem, an secundum utrumque. Putauerunt quidam secundum animam tantum originale peccatum, non solum secundum carnem sed et animam ex traduce esse arbitrati sunt, sicut et in generatione prolis de carne patris substantialiter trahitur caro, ita et de gignentis anima anima geniti essentialiter deduci ab his estimatur. Sed sicut de corrupta seminatur, ita et de anima peccatrice anima peccatrix, corruptione originali infecta, abit, tamen dicunt. Predictam opinionem.

Hoc autem fides catholica respuit, et tamquam ueritati aduersum damnat. Que non animas sed carnem solam sicut supra ostendimus ex traduce esse admittit. Damnat quod per carnem traducatur peccatum, dicit et probat et ostendit.

Non igitur secundum animam, sed secundum carnem solam peccatum originale trahitur a parentibus. Est enim originale peccatum, ut supra diximus, concupiscencia, non quidem actus sed uicium. Unde Augustinus ad Valerium: Ipsa concupiscencia est lex membrorum uel carnis, que est morbidus quidam affectus uel langor qui commouet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscenciam, que lex peccati dicitur, que dicitur manere in carne, non quin in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima fit. Causam corruptionis carnis ostendit.

Ratio enim propter quam in anima peccatum fit. Peccatum corrupta fuit in Adam. Adam enim uero ante peccatum uir et mulier sine incentiuo libidinis et concupiscencie feruore possent conuenire, esset thorus immaculatus. Iam post peccatum non ualet fieri carnalis copula absque libidinosa concupiscencia, que semper uicium est et etiam culpa, nisi excusetur per bona coniugii. In concupiscencia igitur et libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Unde caro ipsa que concipitur in uiciosa concupiscencia polluitur et corrumpitur. Ex cuius contactu anima cum infunditur maculam trahit qua polluitur et fit rea, id est uicium concupiscencie, quod est originale peccatum. Quod corruptionem trahitur.

Itaque ipsum peccatum dicitur manere in carne, quia ex carne. Unde quare dicitur peccatum esse in carne, in qua est causa peccati. Ceterum caro, que in concupiscencia libidinis seminatur, nec culpam habet nec actum culpe, sed causam, in eo quod seminatur corrupta est. In eo autem quod nascitur concupiscencia uicium non. Unde Ambrosius de uerbis apostoli: Sicut cum habitat peccatum in carne, cum non sit substancia sed priuacio boni. Ecce primum hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaque per offensionis condicionem corruptio manet in corpore.

robur tenens divine sententie date in Adam. Ex corporis consortio anima maculatur peccato. Pro eo quod facti causa manet in habitante, dicitur peccatum in carne, hoc est lex carnis, esse. Non habitat peccatum in anima, sed in carne. Quare peccati causa ex carne est, non ex anima. Quia caro est ex origine carnis peccati et per ducem omnis caro fit peccati, anima vero non traducitur, et ideo in se causam peccati non habet. Augustinus. Quod ex carne peccatum anima contrahere, in sermone quodam de verbis apostoli ostendit dicens: Vitium concupiscentie est quod anima non ex se, sed ex carne contraxit. Natura quippe humana non opere Dei cum vitio primitus est instituta, sed ex voluntatis arbitrio priorum hominum venienti vitio sauciata, ita ut non sit in carne bonum, sed vitium quo inficiatur anima. De causa originalis peccati

Hic queri solet utrum sit in carne peccatum. Utrum causa peccati sit culpa an pena.

Hic queri solet, cum causa peccati originalis que dicta est esse in carne, culpa sit vel pena, seu aliquid aliud. Culpa esse non potest, quia culpa non est in irrationabili. Si enim culpa esset in carne ante infusionem anime, actualis esset vel originalis. Sed actualis non est, nec originalis culpa est, quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem pena est, que est illa? Passibilitas vel mortalitas vel alia corruptio. Hos enim defectus carnis inesse constat. Hic aperitur quid sit illa feditas contracta ex libidine coeuntium que vitium vel corruptio.

Ad quod dici potest quod multiplex defectus carnis et pestifera pollutio que ex fervore coitus parentum et concupiscentia libidinosa contrahitur, dum concipitur, causa est originalis peccati, que recte vitium sive corruptio carnis appellari potest, que feditas maior esse videtur in carne concupiscentialiter traducta quam in ea nunc traducatur. Et quod vitium vel corruptio sit in carne ante coniunctionem anime, effectu probatur, cum anima infunditur, que ex corruptione carnis maculatur, sicut in vase dinoscitur vitium esse, cum infusum vinum acessit. Inductio similium ostendit non ab re dici filios generare a parentibus eo mundatis.

Hec autem mitem et intellectui credibilem audientes peccatum originale filios traducere a parentibus, etiam per baptismum ab illo peccato mundatis, diversarum similitudinum inductione ideo posse fieri insinuat Augustinus in libro de baptismo parvulorum, inquiens: Quemadmodum preputium per circumcisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerint circumcisi, et palea que opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico, ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in eis quos genuerint. Generant enim hi qui gignunt, quod adhuc vetustum trahunt, non ex hoc quod lex in novitate promovit eos inter filios Dei. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem qua denuo sunt nati, sed potius secundum eam qua carnaliter ipsi primum sunt generati. Quare dicatur hic originale. Hic dicitur cum epilogo.

Iam ostensum est quid originale peccatum, et qualiter a parentibus in filios et per carnem in animam transeat, ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum, scilicet quia ex vitiosa lege originis nostre in qua concipimur, scilicet carnis libidinosa concupiscentia traducitur, ut supra dictum est. Non vero quia ex carne tracta ab Adam concepti sumus, ideo peccatum traximus, quia et corpus ex eadem carne formatum est que ab Adam descendit. Conceptus est

conceptus non lege peccati id est concupiscentia
carnis. Unde et caro eius peccatrix non fuit immo
operatione spiritus sancti. Hos vero conceptus non fit
sine libidine et ideo non est sine peccato. Quod
Augustinus evidenter ostendit in libro de fide ad Pe-
trum sic dicens. Cum enim sibi invicem vir
et mulier commiscentur sine libidine non est
parentum concubitus. Ob hoc filiorum ex eorum carne
nascentium non potest sine peccato esse conceptio.
Ubi peccatum in parvulos non transmittit propagatio
sed libido. Nec fecunditas naturae humanae fa-
cit homines cum peccato nasci sed foeditas
libidinis quam homines habent ex iustissima
condemnatione peccati. Idcirco beatus David propter
originale peccatum quo naturaliter obstricti fuimus tre-
dicit. In iniquitatibus conceptus sum et in
peccatis concepit me mater mea. Ex his itaque apparet ex le-
ge conceptionis traduci originale peccatum quia nisi cor-
ruptio sic fieret in carne anima ex con-
iunctione vitium non traheret.

Obiectio quorumdam nitentium probare peccatum
non tradi ex lege coitus. Sed ad hoc op-

ponitur hoc modo. In ipso conceptu vel dicitur
transmitti peccatum quo propagatur caro nec tamen tunc
infunditur anima secundum physicos sed iam ef-
figiato corpore. Quod et Moyses in Exodo aperte
significat ubi agit de percussura mulieris praeg-
nantis. Si quis inquid percusserit mulierem
praegnantem et abortivum fecerit si adhuc infor-
me fuit puerperium multabitur pecu-
nia. Si autem formatum fuit reddat animam
pro anima. Formatum vero intelligitur propria anima.
Animatum et informe quod nondum habet animam.
In ipso igitur conceptu cum caro propagatur non-
dum infunditur anima quomodo igitur ibi peccatum
transmittitur cum peccatum non possit ubi anima
non possit. Ad quod dici potest quod in illo con-
ceptu dicitur peccatum transmitti non quod
peccatum originale ibi sit sed quia caro ibi trahit
id ex quo peccatum fit in anima cum infun-

ditur et ultimum vocatur conceptus id est cum
caro propagatur formamque corporis humani recipit
et cum anima infunditur quod et aliquando
dicitur nativitas. Unde quod natum est in te ex spiritu sancto est. Proprie
autem nativitas dicitur in lucem editio.

D XXXII

Quomodo originale peccatum dimittatur in
baptismo cum et post sit illa concu-
piscentia quae dicitur originale peccatum.

Post originale peccatum esse
vitium concupiscentiae assignatum quo a parentibus
trahatur et originale dicatur. Superest investi-
gare quomodo in baptismo dimittatur cum et post
baptismum remaneat concupiscentia
quae ante fuerat. Unde videtur vel peccatum originale non
esse concupiscentiam vel non remitti in baptismo.
Manet quippe ut ait Augustinus in corpore mortis
huius carnalis concupiscentia cuius vitiosis desi-
deriis non obedire praecipimur. Quae tamen concu-
piscentia cotidie minuitur in proficientibus
et continentibus. Sed licet remaneat concu-
piscentia post baptismum non tamen dominatur
et regnat sicut ante. Immo per gratiam bapti-
smi mitigatur et minuitur ut post dominari non va-
leat nisi quis reddat vires hosti eundo
post concupiscentias. Nec post baptismum re-
manet ad reatum quia non imputatur
in peccatum sed tantum poena peccati est. Ante baptismum vero
poena est et culpa.

Quomodo originale peccatum duo-
bus modis dimittitur in baptismo scilicet extenuatione
et solutione reatus.

Solutio. Unde peccatum
originale dicitur dimitti in baptismo quod per gratiam
baptismi vitium concupiscentiae debili-
tatur atque extenuatur ita ut iam non
regnet nisi consensu reddantur ei vires et
quia reatus ipsius solvitur. Unde Augustinus in libro
de baptismo parvulorum. Gratia baptismi id agi-
tur ut vetus homo crucifigatur et cor-
pus peccati destruatur. Non ita ut in ipsa vi-
vente carne concupiscentia repsa et in-
nata repente absumatur et non sit sed ne

obsit mortuo que uiceat nato nam si post
bapt'm uiuit in carne hit concupiscentiam
cum qua pugnet eamq; adiuuante d'o superet
frustra non in uacuum graciam eius suscepit
Non i' h' prestatur in baptismo n' forte mirac'
lo ineffabili creatoris ut lex pcti que est i' mē
bris prorsus extinguatur & non sit. s; ut quicquid ma-
li ab homine fcm̄ dictum uel cogitatum est
totum ab oleatur ac uelud fcm̄ non fuit ha
beatur. Ipsa uo concupiscencia soluto reatus
uinculo quo per illam diabolus animam retine
bat & a suo creatore separabat. maneat in certami
ne. Ecce hic aperte ostendit ea racione dimitti
in bapt'o aboleri. Deinde idem ipse ostendit
eo modo ꝑ dimitti in bapt'o q' ꝑ baptismi gra
ciam concupiscencia ipsa mitigatur & minuitur
in eodem li. ita dicens. lex carnis quod apls
appellat peccatum cum ait. non regnet pec
catum in uro mortali corpore non sic manet
in membris eorum qui ex aqua & spū s. sunt re
nati tanquam non sit eius facta remissio q'
omnino plena fit remissio peccatorum s; ma
net in uetustate carnis tanquam superatum &
peremptum nisi illicito consensu quodammodo
reuiuiscat & in regnum proprium dominacione q'
reuocetur. h' aperte insinuat in bapt'o concu
piscentiam debilitari ex q' t'dr dimitti non
solum ideo quia reatus i' soluitur q' remissi
onis modum aliis ꝑ pluribus testimoniis scp
tura edocet. Ait n' aug' cont' iulianum. lex
q' in membris: uicium carnis: q' ex pena pcti
est & ex dulce mortis ꝑuenit. s; lex ista que e'
in membris remissa est regeneracione spūali
& manet in carne mortali. remissa: q' reatus
solutus: sacramento quo renascuntur fide
les manet aut' quia operatur desideria cont'
que dimicant & fideles. Idem in sermone
quodam de concupiscencia carnis. per graciam
baptismi & lauacri regeneracionis solutus ē
ipse concupiscencie reatus & quo eras natus
& quicquid āma consensisti male concupiscēcie

sū cogitacione sū locucione sū actione. Idē
mis. de nupciis & concupiscencia. Concupiscē
cia carnis l; in regeneratis iam non deputet'
in peccatum quecumq; tn̄ proles nascitur obli
gata: originali pcto. Idem dimitti concu
piscencia carnis in bapt'o n' ut n' sit. s; ut nō
imputetur in peccatum. h' est non hīe pec
tum non eē reum peccati quomo' g' alia p'
cata preteriunt actu & remanent reatu ut ho
micidium & similia i' eo' ꝑ. ut concupiscencia
preteat reatu & maneat actu. Ex predictis eui
denter monstratur quomo' p'. orig'. in bapt'o
remittatur. De feditate quam caro ex libidine
Solet autem contrahit utrum in bapt'o di
hic queri utrum & ipsa caro luatur.
in baptismo ab illa feditate purgetur quam
in concepcione ex concupiscencia libidino
sa contraxit. Quibusdam uidetur quod sicut
anima a reatu purificatur: ita & caro ab il
la pollucione purgatur. ut sic duobus cō
pleatur ministerium baptismi. s. aqua &
spū. q' i' duo purgentur anima s. a reatu &
caro ab illa contagione quod quidem ꝑ
babile. Alii uo putant tm̄ animam ibi
mundari carnem uo non ab illa feditate
purgari. Si uo remanet illa feditas usq;
ad procreacionem filiorum que fit in concupiscē
cia carnis ut' natura carnis magis ac mag'
corrumpi & mag' corrupta uidetur caro pl's
quam parentis q' de carne pollucionem quam ha
buit a conceptu retinenti contrahitur pollu
ta & in concupiscencia concipitur ini & polluit'
ut ex duplici causa contaminetur. Vn̄ ma
ior uidetur pollucio carnis impie quam fu
it parentis. Ad quod illi dicunt. Q' l; caro pl's
ex carne feda seminetur. in concupiscencia
concipiatur non tamen maiorem feditatem
contrahit quam caro unde seminatur habuit.
Responsio. Si fedior sit caro pl's & ideo mag' cor
rupta quam caro parentis. non tn̄ iccirco
sub periudicium uitatis q' n' absurdum esse

diunt sic carnis natura magis in posterioribus
corrupta trahatur. Neque ex ipsa magis corrup-
ta anima magis inficitur. Ex quo auctore
Preterea queri solet sit illa concupiscentia
uel fomes utrum concupiscentia deo sit uel alio.
penalitas que post baptismum remanet et tamen penali-
tas est et ante baptismum non pena erat et culpa ex deo
auctore sit uel ex alia. Ad quod breviter respon-
dentes dicimus quia in quantum pena est deum habet auc-
torem in quantum uero culpa est diabolum siue
hominem habet auctorem. Qua iustitia anime
Solet etiam queri mundi ex creatione in p.
qua teneatur imputetur et non potest uitare
iustitia illo peccato anima innocens creata
a deo cum non sit in potestate sua illud uitare.
Non ex persona illud committit quia non pos-
est anima quam illi peccato est obnoxia. Ad hoc
quidem dicunt ideo animam illam teneri reatu
illius peccati licet munda a deo sit creata quia
cum infirmitur corpori condelectatur car-
ni ex qua peccatum contrahit quod si esset tam
non originale sed actuale diceretur peccatum
uel quod id recte potest dici illi imputari anime
illud peccatum quod ex corruptione corpo-
ris ineuitabiliter trahit. Quare, uerum aug. in
li. de ciuitate dei. Si fuit corruptio corporis
que aggrauat animam causam primi peccati
sed pena. Nec caro corruptibilis animam
peccatricem fecit sed peccatrix anima car-
nem corruptibilem fecit. Utrum illud peccatum
Illud etiam non immerito sit uoluntarium an
queri potest utrum necessarium.
peccatum originale debeat dici uoluntarium
an necessarium. Et necessarium potest dici quia
uitari non potest. Unde et propheta dicit de necessi-
tatibus meis eripe me. Et uoluntarium non in-
congrue appellatur quia ex uoluntate primi ho-
minis processit. Unde aug. in i li. retractationum
ait dicens illud quod in paruulis dicitur originale
peccatum cum adhuc non utantur arbitrio uoluntatis

non absurde uocatur uoluntarium quod ex
primi hominis mala uoluntate contractum
factum est quodammodo hereditarium. Quare deus
Si uero queritur cur animam corpori in-
deus qui fecit animam misit sciens eam inde
animam ipsam sine uitio maculari et inde dampna-
ri et fecit eam ex corporis coniunctione ri-
maculam peccati contrahere et aliquando ante
baptismum seiungi ab ipso corpore et sic damp-
nari eam corpori coniungit. Respondemus ex
auctoritate iudiciorum dei prouenire et non iniuste
sed a deo fieri. Ipse enim non mutare humane
conditionis modum quem a principio insti-
tuit licet peccata hominum intercesserint
sine sui mutatione seruat continue. Corpora
de materia a principio sine uitio facta fingens
animasque de nichilo creans eorumque coniunc-
tione hominem perficiens. Cum ergo utraque
hominis natura a deo sine uitio sit instituta
a se licet peccato sit uiciata non ideo inmu-
tabilis deus humane conditionis primam
nam legem mutare debuit sed ab homi-
num multiplicatione desistere. An anima
Hic a quibusdam queritur sit talis qualis
solet. Utrum tales animam a deo creatur.
ma sit ante baptismum qualis a deo creatur.
Quod non esse probare conantur hoc modo. Anima
in corpore creatur in cuius coniunctione
peccato maculatur. Maculata ergo est pecca-
tum habet nec prius fuit quam peccatum habuit.
Non ergo est talis qualis a deo creatur. Creatur enim
a deo innocens et sine uitio et numquam talis est
a deo quod dici potest quod non omnino talis est qualem
eam deus fecit. Deus enim bonam eam fe-
cit et bonitatem ei sine corruptione in-
didit et dicitur illa naturalis bonitas
quam in creatione a conditore suscepit.
Quam bonitatem per peccatum penitus non a-
misit sed uiciatam habuit quam deus tamen sine
uitio fecit. Si enim res bona non esset anima

tricat malum esse nequit. cum non possit malum esse nisi in bono ut supra dictum est. Non igitur eo ideo rea est anima quia a deo est creata. sicut quia polluitas habens manus non tale habet pomum quale ego dedi mundis manibus. ego enim dedi mundum. An anime ex creatione sint equales. Illud quoque non incongrue in donis naturalibus queri potest. utrum omnes anime ex creatione equales sint. an alie aliis excellentiores. Pluribus videtur. non irrationabiliter. videtur quod ex creatione ipsa alie aliis excellant in naturalibus donis. ut in essencia alia aliis subtilior. et ad intelligendum memorandumque habilior. ut potest acutiori ingenio et perspicatiori intellectu predita. quod non improbabiliter dicitur in angelis fuisse. ostenditur et licet in naturalibus donis alie prevalent. possunt tamen cum baptismo a corpore discedentes parem penam pro peccatum statim equalem coronam sortiuntur. Varia ingenii acumine vel tarditas premium vel penam in futuro non collocet.

D. XXXIII

Predictis addendum. An peccati omnium patrum precedentium parvulorum originaliter etiam in parvulo — — — — videtur. an peccata precedentium patrum ad parvulos transeant sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. et si peccata parentium transierunt in parvulos. utrum omnium qui fuerunt ab adam usque ad ipsos an aliquorum et non omnium. Wel hoc Augustinus in Enchiridion ambigue disserit. Videtur tamen approbare peccata parentium precedentium imputari parvulis non omnium tamen qui fuerunt ab adam ne importabili nimia fortuna in pena eterna gravarentur parvuli. sed tamen eorum parentes qui eos a quarta generatione precesserunt. Id confirmari dicit illis quibus in exodo dominus ait. Ego sum deus visitans iniquitates patrum usque in terciam et quartam generationem. Alii patrum parentium primorum tamen parvulis imputentur. et non alia. quia hoc est per moderacione divine miseracionis. Ex hoc non illud solum primi hominis delictum parvulos teneant. sed et alia illi quibus ita videtur ex eo confirmant. quod parvuli non in maiores dicuntur baptizari in remissionem peccatorum per pluralitatem numeri non per singularitatem numerum in remissionem peccati. Et quod de legitimo initio peccatorum dicit. In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Non dicit iniquitate vel peccato. Unde putant non tamen illud unum peccatum originale. sed et plura que in peccato ade reperiri possunt. et alia parentium peccata parvulis imputari. Quod in illo uno primo peccato plura reperiuntur.

Quod vero in actuali per uno primo peccato ade plura non peccata reperiuntur. tamen naleant peccata. Augustinus in Enchiridion insinuat dicens possunt in eo intelligi plura peccata in una transgressione ade. si in sua quasi membra dividatur. Nam et superbia est illic. quia homo in sua pocius est quam in dei potestate dilexit et sacrilegium quia deo non credidit et homicidium quia se in mortem precipitavit et fornicacio spiritualis. quia integritas mentis humane serpentina suasione corrumpitur. et furtum quia cibus prohibitus usurpatus est. et avaricia quia plus quam illi sufficere debuit. appetivit et si quid aliud in hoc uno invenire potest. Deinde de parentium precedentium peccatis utrum parvulis imputentur. magis opinando quam asserendo disceptat inquiens. Parentum peccatis parvulos obligari non solum primorum hominum sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina sententia reddam peccata parentium in filios tenet eos antequam per regeneracionem usque quaque de legittimo initio peccatis dicat. In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Non dixit in iniquitate vel peccato. Cum et hoc recte dici possit. sed iniquitates et peccata dicere maluit. Quia et in illo uno quod in omnes pertransiit homines.

atque tam magnum est ut eo mutaretur humana natura. reperiuntur sicut supra disserui plura peccata et alia parentum que non ita possunt mutare naturam reatu obligant filios nisi gratia dei subveniat. de peccatis aliorum parentum quibus ab ipso adam usque ad patrem suum per generationibus suis quisque succedit non immerito disceptari potest. utrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur. ut tanto peius quanto posterius quisque nascatur. an propterea deus in tertiam et quartam generationem de peccatis parentum posteris eorum comminetur. quia iram suam quantum ad progenitorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis sue. ne illi quibus regenerationis gratia non confertur nimia sarcina in ipsa eterna dampnatione premerentur. si cogerentur ab ipso initio generis humani omnium precedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere. et penas pro eis debitas pendere. an aliquid aliud de re tanta in scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis valeat reperiri temere affirmare non audeo. Ecce perspicuum fit lectori augustinum superiora dixisse non asserendo sed diversorum opiniones referendo. alioquin sibi ipsi contraire ostenderetur. qui in eodem libro omnium mitissimam dicit esse penam parvulorum qui originali tenentur peccato huiusmodi. mitissima sane pena erit eorum qui preter peccatum quod originale traxerunt nullum insuper addiderunt. et in ceteris qui addiderunt tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit dampnationem quanto hic minorem habuit iniquitatem. Ecce hic aperte dicit parvulorum penam omnium aliarum esse levissimam. Qui sicut est non pro peccatis patrum precedentium obligantur nisi ade. sic nec pro peccatis actualibus parentum eternaliter puniuntur sed pro suo originali non tamen minus sed forte magis quam ipsorum parentes puniuntur. Non igitur pro peccatis parentum actualibus. nisi forte pro actualibus primi parentis sed pro originali quod a parentibus contrahitur parvuli dampnabuntur. pro eo nullam aliam ignis materiam vel conscientie vermis penam sensuri. nisi quod dei visione carebunt in perpetuum. Uno igitur et non pluribus peccatis parvuli obligati sunt. Unde et ea quibus illa opinio muniri videtur. scilicet quod peccata et iniquitates in parvulis alicubi scriptura significat. ut ecce plurali numero ita determinat aug. in eodem li. Quia in scriptura per singularem numerum pluralis numerus sepe significari solet. ut ibi. Ora ad dominum ut auferat a nobis serpentem. Non ait serpentes quos patiebatur populus. et e converso per pluralem numerum significatur singularis numerus ut in evangelio. Mortui enim sunt qui querebant animam pueri. non ait mortuus est. cum loqueretur de herode. in exodo. Fecerunt deos aureos cum unum fecerint vitulum de quo dixerunt. Isti sunt dii tui israel. Ita et illud originale unum plurali numero significatur cum dicimus parvulos in remissionem peccatorum baptizari. et in peccatis vel iniquitatibus concipi.

An actuale peccatum ade sit gravius ceteris.

Hic queri solet utrum peccatum ade transgressionis ex quo processit originale et in quo plura sunt superius notata peccata gravius fuit ceteris peccatis. Quibusdam enim esse videtur quod illud peccatum totam humanam naturam mutavit. sicut aug. dicit in enchiridion. Illud unum peccatum in loco et habitu tante felicitatis admissum tam magnum est ut in uno homine originaliter et ut ita dixerim radicabiliter totum genus humanum dampnaretur. Item in li. de civitate dei. Tanto maiori iniustitia violatum est illud mandatum quanto facilius poterat observantia custodiri.

Non dum voluntati cupiditas resistebat. Quod de pena transgressionis postea secutum est. His aliisque multis auctoritatibus quibus illud peccatum ceteris aliorum hominum peccatis gravius esse dicitur. Quod et ratione ostendere laborant hoc modo. Magis nocuit illud peccatum quam aliquod aliorum, quia totum genus humanum vitiavit ac morti illud subdidit. Quod nullo alio peccato factum est. Maiorem ergo effectum mali habuit peccatum quam aliquod aliud. Ad quod dici potest quia licet illud peccatum humanam naturam mutaverit ut in necessitatem mortis et in totum genus humanum reatum refunderit, non tamen putandum gravius fuisse peccato in spiritum sanctum, quod nec hic neque in futuro ut veritas ait dimittetur. Quod vero totam humanam naturam corrumpit non ideo est quia gravius fuit ceteris aliis peccatis, sed quia ab homine commissum est quando in homine uno tota humana natura consistebat et ideo tota in eo corrupta est. Maiorem quoque effectum mali intulit quantum ad multiplices defectus qui ex eo manaverunt, sed nunquam tamen ad penam eternam quam graviorem non meruit quam plures postea meruerunt per alia peccata. Immo alios graviorem credimus promeruisse penam quam Adam meruit. An illud peccatum

Si vero queritur utrum sit primis parentibus illud peccatum dimissum.

Primis parentibus fuit dimissum dicimus eos per penitentiam veniam consecutos. Unde Augustinus de baptismo parvulorum. Sicut illi primi parentes postea iuste vivendo creduntur dominum sanguinem ab extremo liberati supplicio. Non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum revocari. Sic et carne peccati et remissis peccatis si hominum ea iuste vixerint non continuo meretur eam mortem non perpeti quam traxit a propagine peccati. Quomodo peccata parentum visitantur in filios et quod non sit adversum quod dicitur in exodo et in ezechiele.

Et licet peccatis parentum non ideo parvuli non obligentur, non est tamen diffitendum peccata parentum in filios redundare sicut dominus in exodo ad moysen ait. Ego sum deus fortis zelotes visitans iniquitates patrum in filios usque in terciam et quartam generationem his qui oderunt me. His verbis aperte insinuatur quod deus reddidit peccata patrum super filios et nepotes. Huic autem videtur adversari quod dominus ait in ezechiele. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud dicentes. Patres comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupescunt. Vivo ego dicit dominus si erit vobis ultra parabola hec in proverbium. Omnes anime mee sunt ut anima patris ita et anima filii mea est. Et anima que peccaverit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filii. Iusticia iusti super eum erit et impietas impii super eum erit. His verbis videtur deus corrigere per prophetam quod maledixit in lege. Si enim peccata patrum reddit in terciam et quartam generationem in iusticia videtur esse dei ut alius peccet et alius puniatur. Quomodo enim iustum est alium peccare et alium peccatum lugere. Sed ut ait Ieronimus sibi scilicet propheta idest exodus et ezechiel immo ipse deus qui et hic et ibi locutus est in sententia sua discrepare videantur. Attendamus finem illius auctoritatis exodi. Dicto enim reddo iniquitates patrum in filios addit: his qui oderunt me, per quod evidenter ostendit non ideo puniri filios quia peccaverunt patres, sed quia eis similes quodam hereditario malo deum oderunt. Illud ergo quod in exodo dominus dicit sic intelligendum non id sonant quod multi estimant. Nec est simile huic proverbio: patres comederunt uvam acerbam etc. Illud enim exodi Ieronimus super ezechielem et Augustinus super psalmum: Deus laudem meam ne tacueris, de filiis peccata patrum imitantibus exerceri fatetur. Quos dicit dominus reddere

Consent

peccata patrum que puniuntur in eos, id est quia imitantur
peccata patrum, non quia patres peccaverunt.
Non ergo corrigit dominus in propheta quod ante dixerat in lege,
sed quomodo intelligendum sit aperit. Unde et illos qui
prave intelligebant arguit qui dixerunt: patres
comederunt uvam acerbam etc. Verumptamen si de imitatoribus
malorum illud accipitur, quare tertiam et quartam ge-
nerationem tantum commemoravit, cum et in qua-
libet generatione rei teneantur qui peccata pa-
trum imitantur, et quare patres commemoravit
cum et illi omnes mali sint quorumlibet malorum
peccata imitantur. Sed ideo patres specialiter nomi-
navit quia maxime patres filii imitari so-
lent quos precipue diligunt, et tertiam et quartam
generationem ideo memoravit, quia solent parentes
in tantum tamdiu vivere donec filios tertios et quartos
habeant. Qui patrum iniquitates videntes eorum
impietatis heredes per imitationem efficiuntur.
Secundum hunc modum recte intelligitur
ad litteram quod in Exodo dicitur. Quod et mistice in-
telligendum esse ostenditur, ex eo quod parabola
esse dicitur. Sicut parabola, ut ait Ieronimus,
aliud verbis sonat, aliud sensu continet. Unde
aliqui ita edisserunt. Patrem in nobis esse dicunt le-
vem sensum pruritum, id est primum motum sug-
gestionis vel cogitationis, filium eius si cogitatio
conceperit peccatum, in quo notatur consensus
et delectatio mulieris. Nepotem siquidem co-
gitatus atque conceptus opere completus vel com-
plere decrevit. In quo notatur consensus viri
sive pactio peccati. Pronepotem vero si non solum
fecerit sed in eo gloriatus sit, et hec est quarta genera-
tio, non quod tres precesserint, sed quarta dicitur quia
quarto loco a primo motu qui est quasi pater
enumeratur. Deus ergo primos et secundos stimulos
cogitationum quos greci propatheos vocant,
sine quibus nullum hominum esse preter Christum non pu-
nit eternaliter. Sed si cogitata facere quis decre-
verit et que fecit corrigere noluerit, quasi in mor-
talia peccata, et tertia et quarta generatio. Ad
probandum vero ut ait Ieronimus quod primus pul-
sus cogitationis non puniatur a Deo eternaliter,
illud de Genesim asserendum: Cham
enim peccavit irridens nuditatem patris et sen-
tentiam non ipse sed filius eius Chanaan acce-
pit: Maledictus Chanaan servus erit fratrum su-
orum. Que enim iustitia est ut pater pecca-
verit et filius punitus sit? Sed in mysterio
dictum est illud. Que de peccato actuali

D. XXXIIII

Post predicta de peccato actuali tractanda sunt.

Peccato actuali diligenti indagine que-
dam consideranda sunt, scilicet que fuit origo et cau-
sa primi peccati, utrum res bona an res mala, et
in qua re sit peccatum. Deinde quid sit
peccatum et quot modis fiat peccatum et
de differentia ipsorum peccatorum. Que fuit origo et causa primi peccati.

Causa et origo peccati fuit
res bona extitit, quia ante primum peccatum
non erat aliquod malum unde oriretur. Cum
enim originem et causam habuit aut ex bono
aut ex malo habuit, sed malum ante non erat.
Ex bono ergo ortum est. Prius enim in angelo or-
tum est peccatum et postea in homine. Et
quid erat angelus nisi bona natura Dei? Non ex
Deo ortum est malum quod fuit in angelo.
Ex bona ergo ortum fuit. Unde Augustinus in responsio-
nibus contra Iulianum hereticum qui dixerat:
Si ex natura peccatum est, tunc mala est
natura, ait: Queso ut si potest respondeat.
Quam manifestum est ex voluntate mala tamquam
ex arbore mala fieri omnia opera mala tamquam
quasi fructus malos, sed ipsam malam volun-
tatem unde dicit exortam nisi ex bono. Si enim
ex angelo, quid est angelus nisi bonum opus
Dei? Immo quid erant hi duo antequam in eis
oriretur mala voluntas nisi bonum opus
Dei et bona et laudanda natura? Ecce ex bono oritur
malum, nec fuit unde oriri posset nisi ex
bono. Dico ergo quod voluntatem malam nul-
lum malum precessit, sed ex bono originem

habent. Hic aperte primam causam et originem mali bonam fuisse naturam, et nichilominus ostenditur cuius peccati fuit causa, scilicet male voluntatis. *Quod mala secundaria causa fuit.*

mala voluntas

Mala autem voluntas illa *malorum* angeli et hominis causa est et malorum subsequentium, scilicet malorum operum et malarum voluntatum. Unde Augustinus in Enchiridion: Et quidem dubitare non debemus rerum bonarum que ad nos pertinent causam non esse nisi bonitatem Dei. Malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, postea hominis. Hoc primum est creaturarum rationalium malum, id est prima privatio boni. Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis, id est angeli vel hominis, deficientem ab immutabili bono, vel a Deo, malarum causam esse rerum ad nos pertinentium, scilicet causam tam peccatorum quam penarum quibus premitur humana natura. Prima igitur origo et causa peccati bonum fuit, et secunda malum quod ortum est ex bono. *In qua re sit peccatum, an in bona.*

Ostensa origine *an in mala, et dicitur quia in bono est.* origine mali, superest videre in qua re sit malum, scilicet an in re bona an in re mala. Quod recte acute que sapit, non nisi in bono malum esse intelligit, id est in natura bona. Malum enim est corruptio vel privatio boni. Quod autem bonum non est, non potest esse corruptio vel privatio boni. Peccatum igitur non potest esse nisi in re bona. Sicut enim morbis aut vulneribus corrumpuntur corpora, que ut ait Augustinus in Enchiridion, sunt privationes eius boni quod dicitur sanitas et animorum quecumque sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum. Quod autem aliud quod malum dicitur nisi privatio boni? Bonum enim minui malum est, quamvis quantumcumque minuatur necesse est ut aliquid remaneat, si adhuc est natura. Non enim consumi potest bonum quod est natura nisi et ipsa consumatur. Cum vero corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam qualitercumque privat bono. Nam si nullo bono privat, non nocet. Nocet autem. Adimit igitur bonum. Quamdiu itaque natura corrumpitur, inest bonum quo privetur. At per hoc nullum est quod dicitur malum si nullum sit bonum. Sed bonum omnino malo carens integrum bonum est. Cum vero inest malum, viciatum vel viciosum bonum est. Nec malum umquam potest esse ullum ubi est bonum nullum. Unde res mira conficitur, ut quia omnis natura inquantum natura est nil aliud dici videatur cum viciosa natura esse dicitur nisi malum esse quod bonum est, nec malum esse nisi quod bonum est. Hac connexione evidenter insinuatur malum non posse esse nisi in re bona. Quod et licet absurdum videatur, manifestum dicitur esse malum quod bonum est. Ex quo colligitur nichil aliud significari cum dicitur homo malus nisi bonum malum. Unde Augustinus in eodem: Quisquis dicit est malus homo, id est mala natura, quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonum est, quia natura est, quid aliud est malus homo nisi malum bonum? Tamen cum duo ista discernimus, invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum quia iniquus est; sed quia bonum homo, malum quia iniquus. Omnis itaque natura etsi viciosa sit, inquantum natura est bona est, inquantum viciosa est mala est. *De regula dialecticorum de contrariis qui fallit in his, scilicet bono et malo.*

Dein his contrariis que bona et mala vocantur, illa dialecticorum regula deficit qua dicunt nulli rei duo simul esse contraria. Nullus enim potest aer simul esse tenebrosus et lucidus, nullus cibus simul dulcis esse et amarus, nullum corpus simul ubi album ibi nigrum. Et hoc in multis ac pene in omnibus invenitur contrariis, ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat

ambigat esse contraria non solum omnino
simul esse possunt sed mala omnino sine bonis
et nisi in bonis esse non possunt. Et hoc modo contra
ria simul sunt ut si bonum non esset
in quo esset malum prorsus nec malum esse
potuisset. Quia non solum ubi consisteret sed unde
oriretur corruptio non haberet nisi esset quod cor
rumperetur. Quod nichil est aliud corruptio
quam boni exterminatio. Ex bonis ergo mala
orta sunt et nisi in bonis non sunt. Nec erat
prorsus unde oriretur ulla mali natura nisi
ex angeli et hominis natura bona unde
primitus orta est voluntas mala. Ex his
aperte quod primo loco supposuimus investigando
scilicet que sit origo mali et in qua re sit. Ex
bona enim re oritur et in bona re consistere
premissis testimoniis comprobatur. Sententia illius

Ad hoc autem quia dictum est bonum et
quod dictum est malum, opponitur de propheta
malum esse qui ait: Ve his qui dicunt
quod bonum est quidam bonum malum.
Sic opponunt: Si bonum malum esse di
camus incidimus in illam sententiam prophe
ticam ubi legitur: Ve his qui dicunt bonum
malum et malum bonum. Ergo si hanc ma
ledictionem vitare volumus nullatenus
dicere debemus bonum esse malum et econverso.
Hoc autem Augustinus in eodem libro determinat dicens:
Illud quod dictum est in propheta intelligendum
est de ipsis rebus quibus boni sunt homines, non de ho
minibus. Unde qui adulterium dicit esse bonum
merito in eum cadit illa prophetica detestatio et
in eum qui dicit malum esse hominem
vel bonum esse iniquum. Qui vero dicit ho
minem inquantum homo est malum esse et bo
nitatem esse iniquitatem, opus dei cul
pat quod est homo et vicium hominis lau
dat quod est iniquitas. Quid sit peccatum.

D. XXXV

Post hec videndum est quid sit pecca
tum. Peccatum est ut ait Augustinus omne
dictum vel factum vel concupitum quod fit
contra legem dei. Idem in libro de duabus
animabus: Peccatum est voluntas retinendi
vel consequendi quod iusticia vetat. In utraque
assignatione de actuali peccato agitur
in mortali non in veniali. Ex prima des
cripcione ostenditur peccatum esse volun
tas mala sive locutio vel operatio prava, id est
actus malus tam interior quam exterior. Ex
altera vero tantum ostenditur esse actus in
terior, voluntas scilicet, ut in superioribus dic
tum est motus animi est actus quidem interior.
Ambrosius quoque in libro de paradyso ait:
Quid est peccatum nisi prevaricatio legis di
vine et celestium inobediencia preceptorum.
Ergo in prevaricante peccatum est. Sed in mandante
culpa non est. Non enim consisteret pecca
tum si interdictio non fuisset. Non consiste
ret autem peccatum, non solum malicia sed etiam
virtus fortasse non esset, que nisi alia ma
licie semina fuissent vel consistere vel
eminere non posset. Ecce prevaricationem
legis et inobedientiam diffinit Ambrosius
esse peccatum. Quocirca huius diversita
tis verborum occasione de peccato plurimi diversa
senserunt. Alii enim dixerunt volunta
tem malam tantum esse peccatum et non actus
exteriores. Alii voluntatem et actus. Alii
neutrum, dicentes omnes actus esse
bonos et a deo et ex deo auctore esse. Malum
autem nichil esse, ut ait Augustinus super Iohannem:
Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil,
id est peccatum, quia nichil est et nichil fiunt homines
cum peccant. Super et de pater Augustinus: Quia malum
est privatio vel corruptio boni. Quod et in libro
lxxx iii questionum ait: Summum malum
nullum modum habet; caret enim omni
bono. At modus ad bonum est. Sed longe quia
nulla specie continetur totum hoc nomen mali
de speciei privatione repertum est. Iste in cogitationibus

ecclesiasticus dicatur malum vel malitiam non
esse a deo creatam, sed a diabolo inventam, quia
et ipse bonus creatus est. Idem etiam in libro contra manicheos
quid sit peccare ostendit dicens. Peccare
quid aliud est nisi in veritatis percipiende vel ipsa
veritate errare. Sed si non voluntate faciunt,
peccatores iniuste iudicantur. Quid igitur in hac
tanta varietate tenendum sit quod dicendo?
Sane dici potest et libere tradi deberet pec
catum esse actum malum interiorem et exteri
orem, scilicet malam cogitationem locutionem
et operationem. Precipue tamen in voluntate
peccatum consistit ex qua tanquam ex arbore
mala tanquam fructus mali procedunt. Quidam autem
diligenter attendentes illa ab quibus supra
et malius scripture locis scribitur non indoc
te tradiderunt voluntatem malam et actus
malos in quantum sunt vel in quantum actus
sunt bona esse. In quantum vero mala sunt
peccata esse quia voluntatem et actum quemque
bonam. dicunt vero esse dicunt in quantum actus est et
voluntas et ex deo auctore esse. Indicium
ubi sine ordinate et contra legem fit et fine
debito caret. peccatum est et in quantum peccatum
est nichil est. nulla enim substantia est. Quod autem
voluntas omnis et actio bonum sit in quantum
est: ex eo probant quod ait augustinus in libro lxxxiii questionum
omnis boni tamen causa est. Deus igitur auctor
mali non est. Deus omnium que sunt auctor
est que in quantum sunt in tantum bona sunt.
Idem probant quod casu fit in mundo aut in eodem:
Quicquid casu fit temere fit. Quicquid te
mere fit non fit providentia. Si igitur casu aliqua
fiunt in mundo non providentia universus
mundus administratur. Si non universus mundus
a providentia administratur est natura vel substantia est
que ad opus providentie non pertinet. Omne
autem quod est in quantum est bonum est. Summum
enim est illud bonum cuius participatione sunt
cetera bona. et omne quod mutabile est

non est per se sed boni illius participatione
in quantum est bonum est quod divinam et provide
ciam vocamus. Nichil igitur casu in mundo fit.
Huius testimoniis nituntur ad ostendendum
omne quod est in quantum est bonum esse. Unde idem augustinus
in libro de doctrina christiana ait: Ille summe ac
primitus est qui omnino incommutabilis est et
cetera que sunt nisi ab illo esse non possunt et in
tantum bona sunt in quantum acceperunt ut sint.
Ex predictis colligitur atque infertur quod sicut ma
la voluntas et mala actio in quantum est bona
est. Sed quis est qui diffitetur malam volunta
tem esse et malam actionem. Cum igitur voluntas
vel actio in quantum est bonum est et in quantum
voluntas est vel actio bonum simpliciter est.
Si ex vicio mala est et quod vicium ad non est
nisi aliquid est. Quod augustinus notasse videtur in libro
lxxxiii questionum dicens: Vicium est voluntatis
quo est homo deterior. Quod vicium longe
abest a voluntate dei ut ratio docet. Ex hoc
loco probant voluntatem in quantum viciosa
est non esse a deo et in quantum viciosa est peccatum
est et peccatum est ut autem in quantum non habet or
dinem debitum. Ita et actio in quantum ex ma
lo procedit et ordinem non habet et ad malum
tendit. Item et aliter probant omnem actum inte
riorem vel exteriorem in quantum est esse bo
num. Quod non esset actus malus nisi esset res bo
na. Quia non est alia res mala nisi eadem res sit bona.
Unde augustinus in enchiridion: Omnis natura bona est. nec
res alia mala esset si res ipsa que mala est
natura non esset. Non igitur potest esse malum nisi
esset aliquod bonum. Quod cum dici videtur
absurde connexio tamen ratiocinationis vos
compellit hoc dicere. Ex premissis testimoniis
asserunt omnes actus in quantum sunt esse
res bonas nisi aliquid esse malum, id est peccatum
nisi idem quod secundum ad bonum fit et omnia que
sunt in quantum sunt deum auctorem predicant
et eius voluntate omnia esse quecumque sunt vel fiunt.

Hic opponit et solvit

Quibus opponitur: Si omnia que sunt in quantum sunt bona sunt et a Deo sunt, ergo adulterium homicidium et similia in quantum sunt bona sunt et a Deo sunt et Deo volente fiunt. Quod si est, tunc illi qui faciunt illa bona agunt, quod penitus absurdum est. Huic vero sic illi respondent. Dicunt equidem adulterium, homicidium et huiusmodi non simpliciter actus denotare, sed actus viciatos, et actusque ipsos adulterii et homicidii in quantum sunt vel in quantum actus sunt a Deo esse et bonos naturaliter esse, sed non in quantum adulterium et homicidium sunt, et ideo non sequi dicunt, si actus qui homicidia et adulteria sunt, quod homicidia et adulteria a Deo sint. Item aliter eis opponitur: Si aliquid non est malum quod non sit in re bona, quomodo ergo peccata sunt non credere in Deum, non ire ad ecclesiam et huiusmodi, cum ista non sint nature, immo omnino non sint? Non est aliquid vel res aliqua non ire ad ecclesiam vel non credere in Deum et huiusmodi. Ad quod dicunt huiusmodi atque his dictionibus que videntur privationes simpliciter notare, non ponere, que per negationem dicuntur, vere aliqua poni actus qui per eas significari. Non credere enim in Christum incredulitatem dicunt, et nomine incredulitatis malum mentis actum significari, ita et cum dicitur: Non ire ad ecclesiam malum non euntis contemptus significatur, id est voluntas mala vel propositum. Hoc enim est declinare a bono et non malum; sicut econtra declinare a malo bonum est. Sicut ergo declinatio a malo aliquid ponit, id est voluntatem et propositum vitandi malum. Non enim potest esse bonum quod omnino nichil est. Ita declinatio a bono quod est significat, scilicet voluntatem et propositum mali, et secundum hoc vera est generalis illa peccati mortalis descriptio quam supra posuit Augustinus.

Utrum malus actus in quantum peccatum sit privatio vel corruptio boni.

Potest etiam queri ab eisdem, cum peccatum sit, ut supra dictum est, privatio vel corruptio boni, et omnis actus malus sit peccatum, utrum sit privatio vel corruptio boni in quantum peccatum est vel non. Si vero in quantum peccatum est corruptio boni est, cum corruptio vel privatio boni pena sit boni, in quantum ergo peccatum est pena est. Quod si est, tunc in quantum peccatum est corruptio est. Quod si secundum quod corruptio fit, si vero corruptio est et non in quantum peccatum est, cum non sit nisi bonum per se, quomodo in eo quod peccatum est, in quantum bonum est corruptio vel privatio boni est? Ad quod ipsi dicunt actum malum non in quantum est, nec in quantum bonum est, esse privationem vel corruptionem boni, sed in quantum peccatum est; non tamen in quantum peccatum est pena est, vel aliquid quod a Deo sit. Sic vero ex verbis Augustini premissis colligitur peccatum dici corruptio vel privatio active vel passive. Nam malum vel peccatum dicitur corruptio boni, quia naturam bonam qualitercumque privat bono. Nam si non privat alio bono, non nocet, ut supra Augustinus ait. Nocet autem. Dominus ergo bonum non autem nocet in quantum peccatum. Ergo in quantum est peccatum privat bono. Ita in quantum peccatum est privatio est vel corruptio boni.

Quomodo in quantum peccatum possit corrumpere bonum cum nichil sit.

Sed cum nil sit in quantum peccatum, quomodo potest bonum corrumpere vel adimere? Augustinus hoc docet in libro de natura boni dicens: Abstinere a cibo non est aliqua substantia, tamen substantia corporis si omnino abstineatur a cibo languescit et frangitur. Sic non est substantia peccatum, et tamen natura anime corrumpitur. Peccatum vero, id est culpa, fit anime corruptio. Si autem queritur in quo possit corrumpi anima, in parabola illius qui incidit in latrones, qui eum spoliaverunt et vulneraverunt, clarescit. Incidit enim homo in latrones, quando per peccatum in potestatem diaboli traditur.

Hugo sent. li. 4 c. 57

et tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis
id est virtutibus et in naturalibus bonis vulneratur
que sunt scilicet intellectus memoria et ingeni
um et huiusmodi que per peccatum obtenebrantur et viciantur.
Per peccatum etiam privatur illo bono cuius participatio
ne cetera bona sunt quo tanto magis pri
vatur quanto magis se ab eo elongat. Qualiter
A deo autem homo se elongat a deo scilicet per
se elongat dissimilitudinem quam facit
per peccatum non loci distantia. Ut peccatum.
Quia ubique et totus presens est omnibus et omnia
in ipso sunt, ut ait Augustinus in libro lxxxiii questionum.
Nec tamen locus non est, tamen deus abstinere dicitur
templum dei. Non quod eo contineatur
sed quod ei presens sit et inhabitans. Ideo et anima
minima intelligitur per peccatum quasi non secun
dum locum aliquis longe fit a deo et in eo
longe fit quia ab eius similitudine recedit.
Et tanto longius quanto fit dissimilior. Illa
autem ut ait Augustinus in libro lxxxiiii questionum que
participatione similia sunt deo recipiunt
dissimilitudinem. Nullo modo ex aliqua parte
potest esse dissimilis. Unde fit cum similitu
do patris filius sit ex nulla parte patri sed
sit esse dissimilis. Que participatione similia
sunt que tamen deo similia sunt et illa possunt
recipere dissimilitudinem. Nichil est
ergo quod hominem a deo dissimilem facit quem
admodum peccatum. Cum autem peccatum
sit corruptio vel privatio boni quod est
in anima est etiam privatio et corruptio boni cor
poris. Sicut corpus hominis privatur bene
ficio illius immortalitatis et impassibilita
tis quam habuit ante peccatum. An pena sit priva
Queri autem solet utrum et pe tio boni.
na sit privatio vel corruptio boni. Ad quod
facile responderi potest. Si predicta revocentur.
Diximus enim supra privationem vel corrup
tionem boni accipi active non passive vel
secundum efficientiam vel effectum. Sequitur

privatio vel corruptio boni dicitur et peccatum
et pena. Sed peccatum secundum efficientiam
quia privat vel corrumpit bonum. Pena autem
secundum effectum id est secundum passionem quam ef
fectus peccati. Aliud enim est culpa, aliud pena.
Alterum dei est id est pena, alterum diaboli vel
hominis est id est culpa. Quod quedam simul sunt

D XXXVI

Sciendum est etiam simul peccata et pena peccati quod
quedam sunt dum peccati et causa peccati
et peccata ut sit. Alia vero peccata et etiam pena
et pene peccatorum. Unde Augustinus super illum peccati
psalmi lvii. Supercecidit ignis et non vide
runt solem ait: Ignis superbie et concupiscen
cie et ut intelligatur istas penas peccati videtur
ideo eas maxime commemorat apostolus in epistola
ad romanos et enumerat multa que peccata sunt
et pena peccati. Inter primum enim pecca
tum apostasie et ultimam penam ignis eterni
que et media peccata sunt et pene. Gregorius super
ezechielem ait: Contempnenti quando
nunc penitere ponit deus offendiculum
ut scilicet gravius impingat. Peccatum enim quod per
penitentiam citius non deletur aut peccatum
est et causa peccati aut et peccatum et
pena peccati aut peccatum simul et causa
et pena peccati. Unde Moyses. Nondum
sunt completa peccata amorreorum. Et
David inquit: Appone iniquitatem super in
iquitatem eorum. Et alius propheta. Sanguis sangui
nem tetigit id est peccatum peccato additum
est. Paulus quoque ait: Propterea tradidit illos deus
in passiones ignominie et cetera. Item ut
impleant peccata sua semper. Iohannes quoque
per angelum dicitur. Qui in sordibus est sor
descat adhuc. Ex his testimoniis colligitur
peccatum aliquid et peccatum esse et penam peccati.
Et ideo merito queritur Ex predictis constat
utrum iniquitatem quod orta scilicet an in quantum
peccatum est sit pena peccatum est sit pena
peccati. Quod non videtur cum omnis peccati

pena peccati iusta sit. Unde Aug. in libro retractationum:
Omnis pena peccati iusta est et supplicium nominatur.
Si ergo peccatum quod est peccatum et pena pecca-
ti, manifestum peccatum est pena peccati est. Cum
omnis pena iusta de iusticia dei ueniat,
uidetur in quantum peccatum est iustum esse et a deo
peruenisse. Ad quod illi respondent pec-
catum sic dici penam peccati quia per peccatum in quo
merito precedentis peccati homo labitur dese-
rente deo corrumpitur bona natura.
Sic ignis eternus dicitur pena maiorum quia
eo cruciantur. nec tamen ipse cruciatus malo-
rum ignis est. sed semper ignem sit in homine.
Quia per peccatum corrumpitur natura et minuitur
bonum nature et ipsa minutio et corruptio
boni passio et pena est et non est essentialiter ip-
sum peccatum per quod fit. Sed ideo peccatum
dicitur ut premissum est quia per peccatum
illico ut peccat homo fit in homine illa
corruptio. que tamen fit deo auctore. illa
enim pena siue passio que est corruptio
boni a deo est. Illius tamen ut sic dicam ma-
teria et causa est peccatum quod a deo non est. Quod
uidetur Aug. notasse et iuxta hunc sensum
intellexisse cum ait in libro de predestina-
tione sanctorum: predestinatione deus ea presci-
uit que fuerat ipse facturus. Sed prescivit
deus et que non est ipse facturus id est omnia ma-
la. que et si sunt quedam que ita sunt peccata
ut et pene sint peccati secundum illud apostoli:
Tradidit illos deus in passiones etc. Ideo
tamen peccatum dei est sed iudicium est et pena.
In scriptura namque sepe nomine iudicii pena
intelligitur. Hic namque diligenter intendentibus
insinuare uidetur ea que peccata sunt
et pene peccati non in quantum peccata sunt
sed in quantum pene dici esse. Nam cum dixe-
rit sed deum facturum mala esse id est peccata
quia possit ei obici quedam peccata esse
penas peccati et pena peccati omnis iusta est.

et ideo a deo est. quasi determinando secundum
quid faciat ea. uel secundum quid non faciat
addit reliqua. Iuxta ideo predictam intelli-
gentiam peccata sane dicuntur pene.
Unde apostolus appellat ea passiones igno-
minie. Quia ut ait Augustinus licet quedam
peccata sint que delectent sunt tamen
passiones quadam non nominande quia
per ea corrumpitur natura. Et cum omne pecca-

[E]t licet ex hiis tum possit dici pena non
[C]ensui esse tamen omne est pena peccati.

peccatum mortale possit dici pena. non
tamen omne potest dici pena peccati. Pena
enim peccati ut predictum est illud cui
est aliud precedens peccatum. nam pec-
catum sic dicitur pena peccati respectu
precedentis sic dicitur causa peccati respec-
tu sequentis. Quo fit ut idem peccatum
causa sit et pena peccati. si alterius peccati
pena et alterius causa. Unde Gregorius in mo-
ralibus ait: Peccatum quod penitencia
non diluitur suo pondere mox ad aliud
trahit. Unde fit ut non solum peccatum
sit sed et causa peccati. Ex illo quippe cul-
pa subsequens oritur. Peccatum ideo quod
ex peccato oritur non solum peccatum
sed et pena peccati quia iusto iudicio deus cor
peccantis obnubilat ut non precedentis pec-
cati merito et in alia cadat. Quem namque labo-
rare noluit deserendo percussit. Per inde
ut Aug. ait precedenti est pena peccati
et tamen et ipsa peccatum est. Iudicio enim iu-
stissimi dei traditi sunt ut ait apostolus de qui-
bus dam siue deserendo siue alio modo explicabi-
li uel inexplicabili in passiones igno-
minie ut eiusmodi criminibus iudicaret
et supplicia non tamen sunt tormenta sed
et uitiorum incrementa. Illa ergo peccata
que enumerat apostolus que de superbia sunt
non solum peccata sed et supplicia sunt.

Ecce ex his iam fit perspicuum quedam peccata esse penas et causas peccati. et illud peccatum esse penam peccati quod aliquod precedentem habet peccatum habet peccatum. atque illud peccatum esse causam peccati quod est initium sequentis. Post hec cum aliter contra in dicatur uidetur insinuare ea ipsa que peccata sunt essencialiter esse penas peccati, id est puniciones peccatorum. Hoc autem in quibusdam illis et similia dicta esse secundum racionem positam et ideo intelligenda fore secundum premissam exposicionem. Intelligencia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi. Sed illo tamen premendi **Quod non obuiat ueritati sicut illi ueritati qui dicit ipsa peccata esse** putatur. Siquis dicit **pena peccati essencialiter** dicatur ipsa eadem que peccata sunt essencialiter, ut id dicam esse penas id est puniciones peccatorum precedentium que iuste sunt et a deo sunt. non tamen in quantum peccata sunt pene peccati sunt. et tamen in quantum peccata sunt punaciones bone sunt sed ut supra dictum est causaliter et effectiue dicuntur punaciones. **Aperte ostenditur peccata** Quod autem quedam **quedam esse penam** peccata sunt et ipsa **peccati penam esse** pena iusta sit et a deo **ipsam iustam esse** sic euidenter tradit Augustinus in libro I retractationum dicens. Quedam de necessitate fieri ab homine que mala sunt et eadem iusta pena peccati fuit. Sunt inquid necessitate facta improbanda ubi uult homo recte facere et non potest facere. Unde est illud apostoli. Non quod uolo facio bonum sed quod odi malum hoc ago. et illud. Caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. Hec enim aduersantur ut non ea que uelitis faciatis. Sed hec omnia illa ex mortis dampnatione sunt. Nam si non est pena hominis sed natura nulla ista peccata sunt. Si enim non recederetur ab eo modo quo naturaliter factus est homo

cum hec ea faciat utique que deberet. Si autem hoc quia non est bonus non habet in potestate ut sit bonus, siue non uidendo qualis esse debeat siue uidendo et non ualendo esse qualem se esse debere uidet, penam istam esse quis dubitet? Omnis autem pena si iusta pena est iusta est et supplicium nominatur. Si autem iniusta est pena quoniam penam esse nemo ambiget iniusto alio dominante homini imposita est. Porro quia de omnipotencia dei et iusticia dubitare dementis est, iusta est hec pena et pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquam iniuste dominans aut surripere hominem potuit uelud ignoranti deo aut torquere inuito tanquam inualidiori ut hominem iniusta pena cruciaret. Relinquitur ergo ut hec pena iusta de dampnatione hominis ueniat. His atque aliis pluribus testimoniis docetur quedam esse peccata et penas peccati.

Preterea notandum **De quibusdam que sunt dubia an ambo sint peccata et pene** perpendendum est quedam **ut ira inuidia** peccata absque ullo scrupulo penas esse, ut inuidia que est dolor alieni boni et ira. Que et non inquantum pene sunt peccata sunt. Id est de cupiditate et timore et aliis huiusmodi sentiendum est. Unde Augustinus in libro lxxxiii questionibus. Omnis perturbatio passio. omnis cupiditas perturbacio. Omnis cupiditas passio. Omnis uero passio cum est in nobis ipsa passione patimur. Omnis ergo cupiditas cum est in nobis ipsa cupiditate patimur inquantum cupiditas est ea patimur. Omnis autem passio inquantum ipsam patimur non est peccatum. Id est de timore. non enim consequens est ut si patimur timorem id non sit peccatum, quia multa sunt peccata que patimur sed inquantum patimur ea. Illud autem diligenter est adnotandum quod supra posuimus ubi Augustinus dicens quedam necessitate

scta ee implenda et mala uitet obuiare quod Ierz ait in explanacione fidei. Qui licet sup sit po situm tamen ut presectius sciat iterare non piget. Execramur inquid eorum blasfemiam qui dicunt impossibile aliquid homini a deo ee preceptum et mandata dei non a singulis sed ab omnibus in commune posse seruari. et paulo post. et tam illos errare dicimus qui cum manicheo di cunt hominem uitare non posse peccatum quam illos qui cum ioniniano asserunt hominem non posse peccare. Ecce ieronimus dicit errorem ee siquis dicat hominem uita re peccatum non posse. Quod autem dicit quedam necessitate quedam dicit non posse uitari. Cum ergo et aug. dicat uidetur aliquis errasse quia contrarius aliquis non ee uerum quod iero. ait. Id quod dici pot quod aug. Determinacio contraria ter sentencie de statu medio secundum sta tum hominis miserie ad quam peccatum ignorancia et difficultas ut idem ait in li. de libero ar. q ex iusta dampnacione descendunt illud tradidit ubi et uenalia peccata inclusit. Iero uero de mortalibus tantum loquitur peccatis. que nusquisque gracia illuminatus uitare ualet uel de homine secundum statum li. ar. ante peccatum illud ait. Epilogum facit ad alia transiturus. Satis diligenter eorum possumus sentenciam qui dicunt omnes actus naturales ee inquantum sunt bonos ee. In quo tractatu quedam in terserimus que non exeorum tamen accipien da sunt quia ab omnibus catholice sapientibus absque hesitacione tenentur atque auctori tatum testimoniis et racionibus eorundem tra dicionem munimus. qui dicunt omnes ac tus essencia sui id est inquantum sunt ee bonos quosdam uero inquantum inordinate fiunt peccata ee. Addunt quoque quosdam non tantum essencia sed etiam genere bonos ee ut reficere esurientem qui actus est de genere operis mise ricordie quosdam uero actus absolute ac

perfecte bonos dicunt quos non solum esse cia uel genus sed et causa et finis commendat ut sunt illi qui ex bona uoluntate proueniunt et bonum finem metiuntur. Aliorum ponit sen

D. XXXVII

Sunt autem terciam qui dicunt malos alii primam actus nullo modo ee a deo nec longe aliter de esse bonos sunt eo quod sunt peccato et de actu sencientes nec alio modo. Asserunt enim uoluntatem malam et actum malum peccatum est et nulla racione bo na nec secundum aliam racionem ex deo auctore ee quia sine deo fiunt. Sine eo namque ut ait euangelista factum est nichil id est peccatum quod dicitur ee nichil. Nonque non sit accio praua uel uoluntas mala que aliquid est. sed quia a deo separat homines et ad malum tendit et sic ad non ee deducit. Quia id est a summi boni participacione recedunt quod solum uere atque ipse est unde non ee dicuntur. Vnde aug. dicit sup iohem peccatum nil ee et nichil homines fiunt cum peccant. hac ergo racione astruunt peccatum nil ee quia a uero ee ho minem elongat uoluntatemque malam atque actionem seu locutionem malam. precepti ee dicunt Quia preuaricacio et inobediencia sunt et contra legem dei fiunt. Que tamen fiunt sed ab homine uel a diabolo non a deo. Nul latenus enim a deo sunt ee dicunt sine medio sed sine alio modo. Illaz aug. uba quibus dicit omne quod est inquantum est bonum ee et deum ha bere auctorem de naturis seu substanciis tamen accipienda fore tradunt. Sub hoc uero no mine atque natiue dicunt significari sub stancias naturales et ea que naturaliter hunt. id est quae concreata sunt eis sicut anima naturaliter hoc intellectum ingenium et uoluntatem et huiusmodi. Qui ex uerbis aug. premissis facile colligitur. Nam bonum hominem appellat bo nam naturam et malum hominem ma lam naturam. Secundum quem hanc excepcionem

mali actus non sunt nature ut supra non etiam
boni actus. Quod utique aug(ustinus) videtur innuere in li(bro)
retractationum. distinguens inter substantias siue na
turas et bonas actiones siue malas. Sapiens enim
aug(ustinus) quomodo intelligendum sit quondam
in li(bro) de vera religione ab eo traditum ait.
hoc de solis atque istis dictum est. Inde enim dispu
tabatur non de bonis actionibus atque pecca
tis. Sapienter hoc videtur dividere inter naturas
siue substantias et actiones siue peccata. Ideo asserunt
prefati doctores actiones interiores siue exte
riores non esse naturas vel substantias. Quod si male sunt
peccata sunt nec a deo sunt. Quod vero mali actus
non sunt nature. aug(ustinus) videtur tradere in prima
responsione contra pelagianos ita dicens.
Opera diaboli que vitia dicuntur actus sunt
non res. Idem in .iiii. responsione. Omne ma
lum natura non est sed actus accidens ex de
fectu boni. Quamobrem quod natura non est
deus non fecit. quia natura est omne quod fecit.
Item omne quod natura bonum est deus
ex nichilo fecit non diabolus. Secundum
Ex quo colligitur hos res alie sunt que a deo
res aliquas esse non sunt quibus homines mali sunt
que a deo non sunt et usque homines mali
sunt. Quod nichilominus et ipsi concedunt in
interiores actus. aug(ustinus) supra positis qui in
encheridion determinans illa verba prophetie. ve
illis qui dicunt bonum malum dicit de
ipsis rebus quibus vitiis homines mali sunt
non de hominibus hoc esse intelligendum. Sunt
ergo alique res quibus homines mali sunt.
Id autem quo homo sit deterior a deo non est.
Quod ut ait aug(ustinus) in li(bro) lxxxiii questionum deo
auctore non sit homo deterior. Non est ergo
deus auctor rerum quibus homo fit deterior.
At sunt alique res ut peccatum est quibus homines
mali sunt. Sunt ergo alique res que a deo
non sunt quia peccata ipse sunt. Sed scrip
tura in pluribus contestatur locis deum

non esse auctorem malorum. i. eorum que peccata sunt.
Ex parte horum premisse opponuntur sine in
illo verbo. deus auctor malorum non est.
Sed hoc verbo superiori sine recte opponitur
qui dicunt deum non esse auctorem eorum que
mala sunt in quantum mala sunt. sed in quantum
sunt et in quantum mala sunt dicunt ea nil
esse. Unde ergo mirum si deus dicitur et deus dicitur
non esse auctor eorum in quantum nil sunt cum
nil nullus auctor existere queat. Sed cum
deus dicitur esse auctor omnium que sunt.
bonorum isti sic intelligi volunt. Bona autem
illi debent esse que naturaliter sunt. Ea
vero naturalia esse dicuntur non solum que substantie
sunt vel concreta substantiis. qualia supra accepe
runt. sed et omnia que naturam non privant
bono et in secundum eosdem multipliciter in
acceptus sit intelligentia. Quod de natura siue de
substantia ut de hiis que naturalia sunt. sermo
occurrit. Sed super locum illum psalmi. non
est substantia. Augustinus de substantia disserit ut premisse vi
deatur consentire dicens. Substantia intelligi
illud quod sumus quicquid sumus. homo.
pecus. terra. sol. omnia ista substantie sunt eo ipso
quo sunt. Nature ipse substantie dicuntur. nam
quod nulla substantia est. nichil omnino est. Substantia
ergo est aliquid substantiam esse. Deus fecit hominem
substantiam. Sed per iniquitatem lapsus est
homo a substantia in qua factus est. Iniquitas quippe
ipsa non est substantia. Non enim iniquitas est na
tura quam formavit deus. Sed iniquitas est
perversio quam fecit homo. Item omnes per
ipsum facte sunt. iniquitas per ipsum non est
facta. quia iniquitas non est substantia. In illo
ympno trium puerorum universa creatura
laudans deum commemoratur. Laudant
vero omnia deum. sed que fecit deus. laudat
in deum serpens sed non avaritia. omnia reptilia
nominata sunt. sed non quod vitia. Vitia vero ex
nobis et ex nostra voluntate habemus. et vitia non

sunt sua. Invenimus diligenter huius libri permissarum assertiones firmarum et propere potius rationem et causam dictorum ubi septima de natura vel sententia intentionem faciat. Illa vero sententiarum iudicium prudentis lectoris cum utilibus fine notitiam plenarie dedimus arbitrio relinquimus, ad ea que adhuc nobis super tractanda restant maneamus. Cumque in hoc omnes consentiant catholici tractatores, scilicet quod deus non est auctor malorum, cavendum est tamen ne malorum nomine penas sicut peccata generaliter includas. Penarum enim deus auctor est, sicut per prophetam ait: Non est malum in civitate quod non fecit deus. Item alibi ex persona sua dicit: Ego sum deus creans malum et faciens bonum. Ecce hic dicitur creasse et fecisse malum, sed mali nomine pena intelligitur, non peccatum. Sicut ergo cum dicitur deus non esse auctor malorum, nomine mali peccata intelliguntur, secundum Augustinum, qui dicit in libro lxxxiii questionum quod deus auctor mali non sit; in primo libro retractationum quomodo id intelligendum sit aperit dicens: Videndum est ne male intelligatur quod dixi, deus auctor mali non est, qui et omnium que sunt auctor est, quia in quantum sunt, in tantum bona sunt; et ne hinc putetur non ab illo esse penam malorum, que utique malum est his qui puniuntur. Sed hoc ita dixi sicut dictum est: deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit: Mors et vita a domino est. Malorum ergo pena que a deo est, mala est quidem malis, sed in bonis operibus dei est, quia iustum est ut mali puniantur, et utique bonum est omne quod iustum est. Sic ergo dicitur deus non fecisse mortem, quia non fecit illud pro quo mors intelligitur, id est peccatum. Audisti lector causam dictorum, ex qua intelligentia sana formatur, cum dicitur deus non est auctor mali, et deus mortem non fecit.

Deus non est auctor mali culpe, sed auctor pene...

De voluntate et fine ex [illegible]

Di. xxxviii

Post predicta de voluntate eiusque fine disserendum non est. [illegible]

Sciendum est ergo quod ex fine suo, ut ait Augustinus, voluntas recognoscitur utrum recta an prava sit. Finis autem bone voluntatis beatitudo est et vita eterna, deus ipse. Est et alius finis, scilicet mala delectatio vel ad aliquid aliud in qua non debet voluntas quiescere. Finem vero bonum insinuat propheta dicens: Vidi finem omnis consummationis, et cetera. Caritas ergo cuius latum mandatum est, finis omnis consummationis est, id est omnis bone voluntatis et actionis, ad quam omne preceptum referendum. Unde Augustinus in Enchiridion: Omnia precepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit apostolus: Finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Omnis itaque precepti finis caritas est, id est ad caritatem refertur omne preceptum. Quod vero ita fit vel timore pene vel alia intentione carnali ut non referatur ad caritatem, que est dilectio dei et proximi, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Tunc enim recte fiunt que mandat deus et que consilio monet, cum referuntur ad dilectionem dei et proximi. His itaque aperte insinuatur quis sit rectus finis voluntatis seu actionis, scilicet caritas, que deus est, ut supra ostendimus. Quod deus est omnis finis bone actionis, quia caritas est, necnon spiritus sanctus, scilicet filius et pater, nec hii tres sunt tres fines sed unus finis.

Qui ergo caritate [illegible] sibi ponit finem, deum sibi ponit finem. Unde et Christum finem legis ad iustitiam dicit apostolus esse omni credenti. Recte dicitur Christus finis legis ad iustitiam, quia, ut ait Augustinus in libro sententiarum Prosperi, in Christo lex iustitie non consumitur, sed impletur. Omnis enim perfectio ex ipso est et in ipso est. Ultra quem non est quo spes se extendat. Finis fidelium Christus est, ad quem cum pervenerit currentis intentio, non habet quod querit amplius invenire, sed habet id in quo debeat permanere. Finis ergo recte atque supremus deus est, pater scilicet et filius et spiritus sanctus.

E

nz hic tres sunt tres fines sed unus finis. Quia
potentes dii sed unus est deus. Sed omnes bone
Set queritur utrum voluntates unum habent
omnes bone volun- finem et tamen quedam bo
tates unum tamen habent ne diversos fines forcant
finem. De hoc augustinus in li. xi. de trinitate. Alie
enim alie voluntates suos proprios fines habent que
tamen referuntur ad finem illius voluntatis
qua volumus beate vivere et ad eam pervenire
vitam que non refertur ad aliud sed amā
ti per se ipsam sufficiat. Quemadmodum
voluntas videndi fenestram finem habet vi-
sionem fenestre. Alia vero est voluntas per fe-
nestram videndi transeuntes cui item finis
est finis consequentium visio. Ad quam pertinere re-
feruntur voluntates. Item recte sunt volun-
tates et omnes sibimet religate si bona est
illa ad quem omnes referuntur. Si autem prava est
prave sunt omnes et ideo rectorum voluntatum conex-
io iter quedam est ascendentium ad beatitu-
dinem quod certis velud passibus agitur. Prava-
rum autem et distortarum voluntatum im-
plicatio vinculum est quo alligabitur qui hoc
agit ut proiciatur in tenebras exteriores. Huius
auctoritatis testimoniis evidenter monstratur
plures in fidelibus rectas esse voluntates proprios
ac diversos fines habentes et tamen unum eundem
quo omnes referuntur ad unum qui est finis fi-
nium. De quo paulo ante diximus. Ita et hoc
forte est et in malis. Verumptamen huic sententie quod
dictum est fidelium quasdam voluntates rec-
tas diversos fines fortiri et tamen ad unum refe-
rri obviare quod aliud augustinus monet. scilicet ne nobis
duos fines constituamus. Ita in quinto
li. de sermone domini in monte. Non debe-
mus ideo evangelizare ut manducemus
sed ideo manducare ut evangelizemus. Ut
cibus non sit bonum quod appetitur sed neces-
sarium quod adicitur ut illud impleatur.
Querite primum regnum dei et hec omnia ad[i]ciuntur vo[bis].
Non dixit primum querite regnum dei et deinde
querite ista quoniam sunt necessaria. Sed ait hec omnia
adicientur vobis id est hec consequentur si illa queritis
ne cum ista queritis illinc avertamini aut
ne duos fines constituatis ut et regnum propter se
appetatis et ista necessaria propter illud. Sed propter regnum
dei tamen debemus operari omnia non solum ut
cum regno dei mercedem temporalem meditari.
Ecce hic aperte dicit ne duos fines nobis con-
stituamus sed unum tamen id est regnum dei. Cum
superius dixerit bonas voluntates alias et alias proprios
os habere fines. Hec autem sibi non repugnare
animadvertat qui verbis premissis simplici oculo
diligenter intendit. Cum enim dixit ne duos
fines nobis constituamus sed omnia propter regnum
faciamus. Ipse premisit quod debemus mandu-
care ut evangelizemus. Cum autem hec facimus
actionis illius finem et evangelium ponimus. Sed
et hunc finem ad regnum dei constituimus.
Manducamus enim propter evangelium et man-
ducamus et evangelizamus propter regnum. Dive-
rsos ergo fines nobis in manducando ponimus
sed ista facientes numquid peccamus. Absit. Illam
et ipse sic facere suadet si diligenter eius verba
inspiciamus. Cum ergo dicit ne duos fines con-
stituamus. fines in diversa tendentes intelligi
voluit. scilicet quorum alter ad alterum non refera-
tur. Ita et cum dicit propter regnum dei tamen omnia
agendo nec cum ipso mercedem temporalem
meditandam ita intelligendum est ut non
meditemur appetendo cum regno mercedem
temporalem id est quod non propter regnum sed propter se
id est scilicet regnum propter se appetamus et ista propter sic
ipse docet. Si enim petimus vitam eternam
petimus quod et temporalia a deo. Sed si ea petimus
propter vitam eternam non offendimus. Neque si-
nistra tunc scit quid faciat dextera. quod merce-
dem temporalem non propter se meditamur.
Sed propter regnum dei. Ut sit leva sub capite et
dextera sit in principali amplexu. Alioquin

videndi

s. voluntas eadem et fines diversi quia intendit pro voluntate
et quia plures ...

si haec temporalia propter se quaereremus, sed aeterna nunc coeperit operari finis. Propterea cum dominus dixerit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis, addidit: Sic luceant opera vestra bona coram hominibus ut glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Propter deum ergo omnia facienda sunt, ut omnia quae facimus omnium fines ad eum referamus.

De differentia voluntatis et intentionis et finis.

Solet etiam quaeri quid differat inter voluntatem et intentionem ac finem. Ad quod dici potest intentionem voluntatem et finem certo atque eodem modo distingui, quia voluntas est qua volumus aliquid; finis voluntatis est vel illud quod volumus propter quod impletur ipsa voluntas, vel potius aliud propter quod illud volumus. Intentio vero interdum pro voluntate, interdum pro fine voluntatis accipitur. Quod diligens ac pius lector in scripturis ubi haec occurrerint discernere studeat. Finis autem voluntatis est delectatio bona vel mala ad quam intendit quisque pervenire. Unde Augustinus super illum locum psalmi: Scrutans corda et renes, sic ait: Deus solus scrutatur corda, id est quid quisque cogitet, et renes, id est quid quem delectet. Finis enim curae et cogitationis est delectatio ad quam cura et cogitatione nititur quisque pervenire. Et paulo post: Opera nostra quae fiunt in dictis et factis possunt homines videre, sed quo animo fiant et quo venire cupiant solus deus videt. Quia cum videris cor esse in caelo et non delectari nos in carne sed in domino, id est cum bonae sunt cogitationes et earum fines, dirigit iustum. Item super alterius psalmi locum illum, scilicet: In laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum, dicit: Pes animae amor est. Qui si pravus est, dicitur cupiditas vel libido; si rectus, dicitur caritas. Eo movetur anima quasi ad locum quo tendit, id est ad delectationem bonam vel malam, quo se pervenisse per amorem laetatur. Finis ergo voluntatis ve-

primarium est: dicitur et illud quod volumus et illud propter quod volumus, et intentio ad illud respicit propter quod volumus, et voluntas ad illud quod volumus. Verbi gratia: Si velim esurientem reficere ut habeam vitam aeternam, voluntas est qua volo reficere esurientem, cuius finis est refectio esurientis. Intentio vero qua sic ad vitam aeternam pervenire volo. Finis autem supremus est ipsa vita, ad quam et alius finis refertur. Sed quaeritur utrum et intentio talis sit voluntas, et si voluntas est, an in opere sit una eademque voluntas qua volo habere vitam aeternam et qua volo reficere esurientem. Hic nempe talis intentio est voluntas. Item praedicta voluntas est qua volo reficere pauperem, et voluntas est qua propter istud volo habere vitam. Et alia quidem videtur esse voluntas qua volo habere vitam, et alia qua pauperi subvenire volo. Sed ista ad illam refertur. Quamvis et si hic ita placeat uti eo cum sui delectatione voluntas acquiescat, nondum tamen illud quo tenditur; sed hoc ad illud refertur ut illud deputetur tamquam patria civis, istud vero tamquam refectio vel mansio viatoris. Et sunt istae voluntates affectus seu motus mentis, quibus quasi gressibus vel passibus tenditur ad patriam. Sic ergo alia est voluntas videndi, intentio se per fenestras, ut supra docente Augustino didicimus. Altera quae ex ista nascitur voluntas per fenestras videndi transeuntes. Item non minus alia videtur esse voluntas eleemosynas pauperibus dandi, alia voluntas habendi vitam. Alii vero putant quod una sit voluntas hoc et illud. Sed propter obiectorum multiplicitatem diversitas memoratur voluntatum. Ceterum quodlibet horum verum sit, illud minus in ambiguum venit quin voluntas ex suo fine pensetur utrum recta sit an prava. Praeterea an gratia et quomodo nomine

D XXXIX

Hintentionis aliquando sumitur aliquando voluntas intelligatur. Cum voluntas sit de his que naturaliter homo habet querit potest quare dicatur cum nullum aliud sit necessaria ex id naturale peccatum sit. Superioribus causam ostendens. Dictum est enim supra voluntatem naturaliter inesse homini sicut intellectus et memoria. Que autem homini naturalia sunt quantumcumque vicientur bona esse non desinunt. Quia non valet vicium bonitatem in qua eam deus fecit penitus consumere ut ubi gratia. Intellectus vel ratio et ingenium ac memoria et si viciis ac peccatis obnubilentur et corrumpantur bona tamen sunt nec peccata nominantur. Sicut augustinus de trinitate quod est ymago dei in qua facti sumus evidenter ostendit in xv libro de trinitate. Hec est in quantum ymago in qua homines sunt creati qua ceteris animalibus presunt. Que creatura in rebus creatis excellentissima cum a deo iustificatur a deformi forma in formosam mutatur formam. Erat enim et inter vicia non bona. Hec ymago ratio est vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus sit quare ipsa non semper bonum est et si aliquando viciis subiaceat. Ad hoc facile respondent qui dicunt omnia que sunt in quantum sunt bona esse. Qui et ipsam voluntatem in quantum est vel in quantum voluntas est ut supra posuimus bonum esse asserunt. Sed in quantum inordinata est mala est et peccatum. Verum racionabiliter queri si voluntas in quantum inordinata est peccatum est. Quare hoc ergo intellectus ratio et ingenium et huiusmodi cum inordinata sunt peccata non sunt. Quia inordinata non sunt sicut voluntas cum rectum finem non tendunt eorum tamen actus prava tamen existunt. Ad quod illi dicunt voluntatis nomine aliquando vim naturalem potentiam volendi, aliquando actus ipsius ut sit sic ipsa vis naturaliter anime insita non est quantum peccatum sicut nec vis memorandi vel intelligendi. Sed actus huius vis que et voluntas dicitur et iure peccatum est quando inordinatus est.

Set ad hunc. Quare actus voluntatis si quis querit hoc modo sit peccatum sit actus aliarum naturalis potencie potentiarum non sunt peccata. Actus peccatum sit sicut aliarum potentiarum actus peccata non sunt, scilicet potentie memorandi cuius actus est memorare et potentie intelligendi cuius actus est intelligere. Ad quod et ipsi dicunt quod alterius generis est actus ille voluntatis quam actus memorie vel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscendum vel non admittendum quod non potest esse de malis quin sit malus. Velle enim mala malum est. Sed intelligere vel memorare mala non est malum. Quamvis eorum quidam et hos actus malos interdum fieri non improbe asserant. Memorat enim interdum quis malum ut faciat et querit intelligere verum ut sciat impugnare. Ecce qualiter solvitur premissa questio ab his que contendunt omnia esse bona in quantum sunt. Qui vero dicunt voluntates malas peccata esse et nullo modo bona breviter respondent dicentes actum voluntatis non esse de naturalibus sed vim ipsam et potenciam volendi que semper bonum est et in omnibus est et in impiis in quibus non divinum est eius actus. Quo

Preterea queri solet quo modo intelligendum sit illud quod homo et qui servus est peccati modo intelligendum naturaliter velit bonum. Dum sit quod ait ambrosius exponens illud verbum apostoli: Non enim quod volo illud facio. Dicit enim quod homo subiectus peccato faciat quod non vult quia naturaliter vult bonum. Sed voluntas hec caret semper effectu nisi gratia dei adiuvet et liberet. Si ho

subiectus est peccato. vult quidem malum.
operatur quia servus est peccati et eius volun
tatem sic supra dixit aug. libenter facit. Quo
modo naturaliter vult bonum. an est ea
dem voluntas. id est idem motus quo libere
peccato servit et qua naturaliter vult bonum.
Si non est eadem voluntas que quo ista est
que cum homo iustificatur a servitu
te peccati liberatur. Ut enim supra dixe
rimus gratia dei voluntatem hominis
preparat ad iuvandam et adiuvat preparatam.
Sed que est illa voluntas. an illa que natura
liter vult bonum an que libenter servit
peccato. Si tamen due sunt voluntates proposi
ta est questio profunda que varia doctorum ex
positione determinatur. Alii enim dicunt
duos esse motus. unum quo vult bonum
naturaliter. Qui et naturalis et natura
lis dicitur quia talis fuit motus nature hu
mane in prima conditione in qua creati
sumus sine vitio. que et ratio naturalis dicitur
fuit. Recte homo creatus in voluntate rec
ta. Unde in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est.
Firmissime tene primos homines et rectos
esse creatos cum libero arbitrio quo possent si vel
lent propria voluntate peccare eosque non
necessitate sed propria voluntate peccasse.
Recte ergo dicitur homo naturaliter velle
bonum quia in bona et in recta voluntate
conditus est. Superior enim scintilla ratio
nis que etiam ut ait Ieronimus in Cayn non po
tuit extingui bonum semper vult et malum
odit. Alium autem dicunt motum
esse mentis quo mens relicta superiori
lege subicit se peccatis et eis oblectatur.
Iste motus ut aiunt antequam eliciatur ad
sit gratia dominatur in homine et regit.
Alterumque deprimit motum. Unde tamen li.
ar. est. Preveniente autem gratia ille malus
motus eliditur et alter naturalis scilicet bonus

liberatur et adiuvatur ut efficaciter bonum
velit. Ante gratiam vero licet naturaliter ve
lit homo bonum non tamen absolute conce
di oportet bonam habere voluntatem sed
potius malam. Alii autem dicunt esse volu
ntatem unam id est unum motum quo na
turaliter vult homo bonum et ex vitio vult
homo malum. eoque delectatur et in quantum
vult bonum naturaliter bonus est et in quan
tum vult malum malus est. An ex fide

D XL

omnes actus pensari debe
ant. aut si simpliciter boni vel ma
li dicantur.

Post hoc de actibus quidem
pendium videtur utrum et ipsi
ex fine sicut voluntas pensari debeant
boni vel mali. Sed ut secundum quosdam
omnes boni sunt in quantum sunt. non tamen
absolute omnes dicendi sunt boni nec
omnes remunerabiles. Sed quidam simpliciter
mali dicuntur sicut et alii boni. Nam
simpliciter actus boni sunt illi actus qui
bonam habent causam et intentionem qui
bonam voluntatem comitantur et ad bo
num finem tendunt. Mali vero simpliciter
dici debent qui pravam habent causam et inten
cionem. Unde Ambrosius ait. Affectus tuus no
men operi tuo imponit. Et aug. super psalm
tricesimum primum. Nemo computet bo
na opera sua ante fidem. Ita enim videtur esse
ut magne vires et cursus celerrimus preter
viam. Quibus fides non erat bonum opus
non erat. bonum enim opus intentio facit.
Intencionem fides dirigit. Non valde in
tendas quid homo faciat. sed quid cum
faciat attendat. quo lacertos optime
gubernacionis dirigat. Hiis testimoni
is insinuare videtur ex affectu fine bo
na esse opera vel mala. Quibus consonat
quod in evangelio veritas ait. Non potest
arbor bona fructus malos facere. Neque
arbor mala fructus bonos facere. Nomine

arboris non natura humane mentis sed
voluntas intelligitur. Quia si mala fuerit, non
bona sed mala opera facit. Si vero bona fu
erit, non mala sed bona facit opera. Utrum

Si queritur omnia opera hominum
utrum omnia ex affectu et fine sint bo
opera hominis ex affectu et na vel mala.
fine sint bona sive mala. Quibusdam videtur
esse qui dicunt omnes actus esse indifferentes
ut nec boni nec mali per se sint, sed ex in
tentione bona boni et ex mala mali
sit omnis actus secundum quos quilibet actus
potest esse bonus si bona intentione geratur.
Aliis autem videtur quod quidam actus in se
mali sint, id est ut non possint esse non peccata, etsi
bonam habeant causam; et quidam in se bo
ni, id est vel etsi malam habeant causam non
tamen esse desinant. Quod testimonio Augustini con
firmant qui dicit bonum aliquando non
bene fieri. Quando enim quis invitus vel necessita
te facit, non bene facit quia non bona in
tentione facit. Sicut ait Augustinus super Iohannem:
Servilis inquit timor non est in caritate
te in quo quamvis credatur deo, non tamen in
deum. Et si fiat bonum non tamen bene. Ne
mo enim invitus bene facit, etsi bonum
est quod facit. Ecce habes quia aliquis non bene
facit illud quod bonum est facit, scilicet quod
bonum est intentione non bona. Ideo asse
runt illi quedam opera esse talia que sic
bona sunt quod mala esse non possunt, quecumque
tamen fiant. Sicut econtrario quedam sic sunt mala
ut non possint esse bona quacumque ex causa
fiant. Alia autem esse opera que ex fine vel
ex causa bona sunt vel mala. Et ad illa refe
runt sanctorum testimonia quibus ex affectu
vel intentione iudicium operum pensa
ri dicitur vel creditur. Tripertitam edunt isti
differentiam actuum. Sed Augustinus
evidentissime docet in libro contra Mendacium

omnis actus secundum intentionem et causam
iudicandos bonos vel malos preter quosdam
qui ita sunt mali ut nunquam possint esse boni,
etsi bonam videantur habere causam. Interest
autem plurimum inquit qua causa quo
fine qua intentione quid fiat. Sed ea que con
stat esse peccata nullo bone cause obten
tu nullo quasi bono fine nulla velud
bona intentione facienda sunt. Ea quip
pe opera hominum sed causas habuerint
bonas vel malas nunc sunt bona nunc
sunt mala que non sunt per se ipsa pecca
ta. Sicut victum prebere pauperibus bonum
fit si fit causa misericordie et cum recta fide,
et concubitus coniugalis quando fit causa ge
nerandi si ea fide fiat ut gignantur
regenerandi. Hec rursus mala sunt si ma
las habeant causas. Velud si iactancie causa
pascitur pauper, aut lascivie causa cum ux
ore concumbitur, aut filii generantur non ut
deo sed ut diabolo nutriantur. Cum vero
opera ipsa per se peccata sunt ut furta, stupra,
blasphemie, quis dicat causis bonis
esse facienda vel peccata non esse vel quod est absur
dius iusta peccata esse? Quis dicat fu
remur divitibus ut habeamus quid demus pau
peribus, aut falsa testimonia proferamus non
unde innocentes ledantur sed potius sal
ventur? Duo quippe bona hic sunt ut inops
alatur et innocens non puniatur. Aut
quis dicat adulterium esse faciendum ut
per illam est quod sic homo de morte liberetur?
Testamenta etiam vera cur non supprimimus
et falsa supponimus ne hereditates habeant
qui nil boni agunt, sed hi potius qui
indigentes adiuvant? Cur non fiant il
la mala propter hec bona, sed propter hec bona non il
la sunt mala? Cur non ab immundis
meretricibus quas ditant stupratores ca
piat vir bonus ut eas indigentibus

largiatur cum nullum malum sit in aliis
si pro bono fiat. Quis hoc dicat nisi qui vel hu-
manos mores qui conatur et leges subvertere.
Quod etiam facinus non dicatur recte posse fi-
eri nec ut punire eum inimicum gloriose in-
meo non timeatur supplicium: sed speretur
et premium. semel concesserimus in malis
actibus non quid fiat sed quare fiat esse credendum
Ut quecumque pro bonis fiunt causis esse ma-
la non iudicentur: et iustitia ut eo puniat
eum qui dicat se subtraxisse superflua divi-
ti prebere pauperi et falsarium qui alienum
corrumpit testamentum ut hic esset
heres qui faceret hic elemosinas largas non
ille qui nullas et eum cum se fecisse adulte-
rium ostendit ut per illam cum qua fecit ho-
minem de morte liberet. Sed dicet aliquis
quare equandus est furti cuilibet furi qui volun-
tate misericordie furatur. Quis hoc dixerit. Sed
horum duorum non ideo quisquam est bonus quia peior
est unus. Peior est enim qui concupiscendo
quam qui miserando furatur. Sed si furtum
omne peccatum est: ab omni furto abstinendum est.
Quis enim dicat esse peccandum etsi aliud sit
gravius et aliud levius peccatum. Nunc
autem querimus quis actus peccatum sit vel non
quod gravius sit vel levius. Intende lector
propositis verbis tota mentis consideratione que
non inutilem habent excitationem et dinoscas
quis actus sit peccatum. quia scilicet malam habet cau-
sam. Nec ille tamen quia sunt non nulli actus
qui et si bonam habeant causam tamen peccata
sunt ut supra positum est. Ex quo consequi
videtur quod non semper ex fine iudicatur vo-
luntas sive actio mala sit nisi quia per se peccata
sunt. Illa enim cum quis gerent pro aliqua
bona causa bonum videretur hic fine
nec ex fine voluntas est mala nec ex vo-
luntate actio fit mala: sed ex actione vo-
luntas fit prava. In quibus alii ponunt actum

iudeorum qui in crucifigendo Christum arbitra-
bantur se obsequium prestare deo: quem bonum
finem dicunt eos habuisse. scilicet deo obsequium
et tamen voluntatem eorum et actionem pravam
fore asserunt. De bonis autem nulla fit
exceptio in premissis verbis Augustini. quia omnis
voluntas bona ex fine fit bona et ex fine
et ex voluntate omnis bona actio bona
est. Sed non omnis mala voluntas ex fi-
ne mala est. Nec omnis mala actio ex
fine et voluntate mala est. et omnis que habet
malam causam mala est. Sed non omnis que
habet bonam causam bona est. Sed cum ex
affectu dicatur imponi nomen operi
in bonis operibus generaliter est hec regula.
Sed vero in malis illa excipiuntur que per se
mala sunt. Omnia ergo hominis opera secundum
intentionem et causam iudicantur bona vel
mala exceptis hiis que per se mala sunt .i. que
sine prevaricatione fieri nequeunt que tamen
quedam contendunt nunquam habere bo-
nam causam. qui enim aliena furatur ut
pauperibus tribuat non pro bono ut aiunt
furatur. Non enim bonum est aliena pau-
peribus dare. Qui enim de rapina sacrificium
deo offert ut ait auctoritas. idem facit ac
si filium in conspectu patris interimat. Vel
sacrificium carnis deo offerat. Abhomi-
nabilis nempe est deo tempore impiorum
oblatio. Item et hominem per adulterium
a morte liberare malum esse dicunt. et si enim
bonum sit hominem a morte liberare
tamen sic liberare malum esse asserunt. Secundum
augustinum in superioribus dicunt tempore
alle sermonem taliter locutum ubi ait
Ea que constat esse peccata nullo quasi
bono fine nulla velud bona intenti-
one facienda. Non enim simpliciter dixit
bono fine et bona intentione. Sed addi-
dit quasi et velud quia talia non fiunt

bono fine et non bona intentione, sed intentione que videtur esse bona, et fine quem putant esse bonum, sed non est. Non ideo excepit aug. quia ita aliquando causas habeant malas, sed quia causas habent que videntur bone, sunt tamen male.

D. XLI

An omnis intentio et actio eorum que fide caret sit mala.

Cumque intentio, ut supradictum est, bonum opus faciat et fides intentionem dirigat, non immerito queri potest utrum omnis intentio omneque opus illorum malum sit qui fidem non habent. Si enim fides intentionem dirigat et intentio opus bonum facit, ubi non est fides nec intentio bona nec bonum opus esse videtur. Quod a quibusdam non irrationabiliter astruitur, qui dicunt omnes actiones et voluntates hominis sine fide malas esse, que fide habita bone existunt. Unde apostolus ait: Omne quod non est ex fide peccatum est. Quod aug. exponens ait: Omnis infidelium vita peccatum est, et nihil bonum est sine summo bono. Ubi enim deest agnitio veritatis eterne, falsa virtus est etiam in optimis moribus. Unde Iacobus in epistola canonica ait: Qui offenderit in uno, scilicet in caritate, factus est omnium reus. Qui ergo fidem et caritatem non habet, omnis eius actio peccatum est, quia ad caritatem non refertur. Quod vero ad caritatem non refertur, ut supra meminit aug., non fit quomodo oportet fieri, et ideo malum est. Non ergo mandata custodit qui caritate caret, quia sine caritate nullum mandatum custoditur. Unde aug. super epistolam ad Galathas ait: Custodiunt opera legis, dicit apostolus: non occidere, non mechari, et alia huiusmodi ad bonos mores pertinentia, que non caritate et spe impleri non possunt. Nullum ergo implet mandatum, nullum ergo opus bonum facit qui fidem et caritatem non habet. Impossibile est enim, ut ait apostolus, sine fide aliquid placere deo. Que ergo sine fide fiunt bona non sunt, quia omne bonum placet deo. His autem obicitur quod supra dixit aug., scilicet quod in servili timore etsi bonum fiat, non tamen bene. Nemo enim invitus bene facit, etsi bonum est quod facit. Hic vero bonum dicit fieri sed non bene ab illo qui caritatem non habet. Qui vero servili timore tantum caritate vacuus est, de quo tamen hic dicit quod bonum facit sed non bene. Item super illum psalmi: Turtur invenit nidum sibi ubi reponat pullos suos, dicit quod iudei et heretici et pagani opera sua faciunt, quia vestiunt nudos et pascunt pauperes et huiusmodi, sed non in nido ecclesie, id est in fide, et ideo conculcantur pulli eorum. Quibus illi respondent dicentes opera bona appellari huiusmodi que sine caritate fiunt. Non quia bona sint quando sic fiunt, ut supra evidenter docuit aug., sed quia bona essent si aliter fierent. Quia ex suo genere sunt bona, sed affectu fiunt mala. Alii vero qui prefatam distinctionem actuum faciunt, opera cuncta que ad nature subsidia fiunt semper bona esse astruunt, sed quod aug. mala dicit et malas habere causas non ita accipiendum est quod illa mala sint, sed quia peccant et mali sunt qui ea malo fine agunt. Item et illud aliud, scilicet bonum opus intentio facit et intentionem fides dirigit, determinant dicentes: id est bonum vocatum quod remunerabile est ad vitam. Non quod illud solum sit bonum opus, immo et multa alia, sed non ea ratione qua illud sit bona.

Quibus modis dicatur bonum.

Multipliciter enim bonum accipitur, scilicet pro utili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito et aliis forte modis. Sola quippe illa intentio remunerabilis est ad vitam quam fides dirigit. Sed non illa sola bona est ut aiunt. Nam siquis iudeus vel malus christianus necessitatem proximi relevat naturali pietate ductus, bonum fecit et bona fuit voluntas qua illud

fecit. | Hic opponuntur quedam augustini capitula que retractavit non quasi prave dicta sed quo sensu dixerit insinuans.

Post hec investigandum est qualiter intelligendum sit quod ait augustinus in libro de vera religione. Usque adeo inquit peccatum voluntarium malum est ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium. Hanc dictionem augustinus aperiens in libro retractationum dicit. Potest videri falsa hec diffinitio sed si diligenter discutiatur invenietur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est quod tantummodo peccatum est non quod est et pena peccati scilicet peccatum primi hominis quod fuit peccatum tantum pena sed non pena. Verumtamen et illa que non voluntaria peccata non inmerito dicuntur quia vel a nescientibus vel a coactis perpetrantur non omnino possunt sine voluntate committi. Quoniam et ille qui peccat ignorans voluntate utique facit quod cum faciendum non sit putat utique esse faciendum. Et ille qui concupiscente adversus spiritum carne non ea que vult facit concupiscit quidem nolens et in eo facit quod non vult. Sed si vincatur concupiscentie consentit volens et in eo non facit nisi quod vult. Et illud quod in parvulis est originale peccatum ex prima hominis voluntate mala contractum est. Non ergo falsum est quod diximus. Usque adeo peccatum est voluntarium malum et cetera. Ecce qualiter illud accipiendum sit scilicet vel de primo peccato hominis vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis. Quorum licet quedam dicantur non voluntaria que fiunt per ignorantiam vel per infirmitatem eadem tamen ratione possunt dici voluntaria quia sine voluntate non committuntur. Aliud capitulum.

Illud etiam intelligencia premendum est quod in libro de duabus animabus edidit inquiens. Nusquam nisi in voluntate peccatum est. Quod in libro retractationum plane determinat dicens. Potest putari falsa esse sententia qua diximus nusquam nisi in voluntate peccatum esse cum apostolus dicat. Quod nolo hoc facio et cetera. Sed peccatum nusquam est nisi in voluntate illud pro peccato intelligendum est quod iusta dampnatio consecuta est id est primi hominis peccatum. Item aliud capitulum.

Ex eodem quoque libro de duabus animabus aliud occurrit consideratione dignum. Ait enim non nisi voluntate peccatur ipsamque voluntatem diffinivit dicens. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non amittendum vel adipiscendum. Hujus dictionis causam aperiens et intelligenciam pandens in libro retractationum ait. Hoc ideo dictum est ut hac diffinitione volens a nolente discerneretur et sic ad illos referretur intencio qui in paradyso fecerunt originem mali cogente peccando id est libera voluntate. Quia et scientes contra preceptum fecerunt et ille temptator suasit ut hoc fieret non coegit. Nam qui nesciens peccavit non incongruenter volens peccasse dici potest quamvis et ipse quod nesciens fecit volens tamen fecit. Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit sed voluntas facti fuit non voluntas peccati. Quod tamen peccatum fuit peccatum hoc est factum quod fieri non debuit. Quicumque autem sciens peccat si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere non cogitur cedere. Quia ergo peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est ex hiis liquet qualiter superiora accipienda sint.

Si autem omne peccatum. Quod mala voluntas est peccatum mortale. voluntarium peccatum.

Si autem omne peccatum voluntarium cum voluntas mala peccatum sit mortale constat ipsam esse voluntarium peccatum. Quod enim ut ait augustinus tam in voluntate quam ipsa voluntas sita est. Voluntas itaque mala recte voluntarium dicitur peccatum quia in voluntate consistit. Voluntas quippe ut ait augustinus in eodem est prima causa peccandi aut nullum peccatum est prima causa peccandi nec est cui recte imputetur peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui recte

imputetur quam uoluntati. Hoc autem de peccato actuali et mortali intelligendum est. Neque his nihil aliud uoluit ostendere Augustinus ut ipse ait in retractationibus nisi quod uoluntas est qua peccatur et recte uiuitur. An uoluntas et ac-

D XLII

Cum autem uoluntas et actio mala in eodem homine circa eandem rem sint, quaeri solet utrum in eodem homine et circa eandem rem haec duo unum sint peccatum uel diuersa. ut si aliquis uoluntate furatur uoluntatem huius malum peccatum est et actum malum. cum item peccatum est haec etiam duo diuersa sunt. scilicet uoluntas et actio. Sed numquid diuersa sunt peccata an unum. Quidam dicunt unum esse peccatum. alii uero diuersa peccata esse dicunt. Sed cum constet haec duo esse diuersa aut diuersa duo peccata dicuntur aut duo diuersa non peccata. Quibus alii respondent haec duo diuersa peccata non esse. non enim plura peccata sunt sed peccatum unum. Quia una preuaricatio uel inobedientia utrosque admittitur. siue quando uult siue quando agit. et unum est in quo est peccatus. Sed minor cum in uoluntate solum peccatum continetur. grauior uero cum uoluntati et operatio additur. et ideo maius fit peccatum. Sed non plura. cum uoluntas operi mancipatur. Sed adhuc eisdem obicitur. Sed unde tamen illa duo unum peccatum fit. cum quis uoluntate mali prius concepta deinde opus patrauit. non peccat quam ante. non peccat quod aut opus reus erat cum adhuc in sola uoluntate peccatum consistebat. nullus enim reus est eterne mortis nisi per peccato. Sed peccatum aliud non est admissum actione quam prius admissum erat uoluntate. Non enim pro aliquo alio iste fit dampnabilis actu peccando quam ante fiebat cum sola uoluntate delinquebat. Ad hoc autem illi respondent dicentes per peccatum quidem tantum illum reum fuisse constitui et grauius eius uoluntas et actio

unum sit peccatum per quod tamen reus fit est. actu peccando quam prius erat sola uoluntate delinquendo quia per actum quiddam aliud quam uoluntas. licet tamen non est peccatum. Item et ad hoc quoddam in [illegible] dicentes. Ideo haec duo diuersa esse peccata quia diuersorum legis mandatorum preuaricationes sunt. Alio enim mandato legis prohibetur actio. scilicet non furtum. Alio uoluntas furandi. scilicet concupisces rem proximi tui. Cum autem haec duo diuersa mandata sint quibus illa duo prohibentur. patet illa duo diuersa esse preuaricationes diuersaque peccata. Ad quod et illi dicunt diuersa quidem esse mandata quibus illa duo distinctim prohibentur. ut Augustinus dicit super exodum. ymmo tamen nullius non obseruatis una preuaricatio tamen incurritur. unumque peccatum committitur. licet duo diuersa eis prohibeantur. Sicut ergo duo sunt mandata caritatis quibus duo precipiuntur diligi una tamen in eis nobis commendatur caritas. Si peccatum

Preterea quaeri ab alio admissum in eo solet cum ab alio sit quo usque permaneat. Perpetrato uoluntate peccato uoluntas id agendi et actio transierunt. nondum tamen uenit penitentia. numquid illud peccatum usque permaneat sit in eo. Quod non esse uidetur. quia uoluntas illa que prius fuit non est. et actio quia non illud uult uel agit quod ante uoluit et egit. Sed non est ignorandum peccatum duobus modis dici esse in alio. et transire. scilicet actu et reatu. Actu in alio. dum ipsum quod peccatum est. uel actio uel uoluntas in peccante est. Reatu uero cum pro eo siue transierit siue adsit mens hominis polluta est et corrupta totusque homo supplicii obligatus perpetui. Nec unquam est in aliquo peccatum actu preter originale quin sit et reatu. Sed est reatu in eodem postquam transit actu. Quibus modis dicatur in scriptura reatus.

Reatus autem in scriptura multipliciter accipitur. scilicet pro culpa. pro pena. pro obligatione pene temporalis et eterne. Si enim

mortale est obligat nos pene eterne. Siue
[ue]niale obligat nos pene temporali. Duo
enim sunt peccator[um] genera mortalium et
uenialium. Mortale est p[eccatum] q[uod] h[omini] mortem
eternam meretur: crimen n[am]q[ue] ut ait aug[ustinus]
est dignum accusacione et dampnacione. Ve
niale aut[em] q[uod] hominem usq[ue] in reatum per
petue mortis non grauat. Veniam tamen pena[m]
meretur s[ed] facile indulgetur. De modis p[ec]
[M]odi autem in [pec]catorum multiplicatio[n]e
[de]scriptura peccatorum assignant[ur].
uarias h[abe]nt distinctiones. In quadam duobus
modis peccati committi s[cilicet] cupiditate et
timore. Vt aug[ustinus] tradidit sup[er] illum locum
psalmi. Incensa igni et suffossa. His eni[m]
duob[us] dicit omnia p[ec]cata mortalia inclu
di. Et incensa ea dicit que ex cupiditate ma
le incendente oriuntur. Suffossa u[er]o que ex
timore humiliante p[ro]ueniunt. Est enim q[ui]s
cupit non cupienda ut timet non timenda.
Alit[er] alibi u[er]o dicit[ur] fieri peccatum trib[us] mo[di]s
s[cilicet] cogitacione. uerbo. ope[re]. Vn[de] Ieronimus
sup[er] ezechielem tria generalia delicta sunt
quib[us] humanum subiacet genus. aut n[am]q[ue] cogitatio
ne aut sermone aut op[er]e p[ec]camus. Hiis aliq[ua]ndo
et q[ua]rtus additur modus. s[cilicet] consuetudinis q[ui]
in quadriduano lazaro significatur. Est [e]t [alius modus]
quo homo peccare in d[eu]m in se et in p[ro]ximu[m]
in d[eu]m. cum de d[e]o male sentit ut hereticus
u[e]l que dei sunt usurpare p[re]sumit indigne
p[ar]ticipando sacramenta u[e]l q[ua]n[do] nom[en] dei pe[r]
iurando contemptibile facit. In p[ro]ximum pec
cat cum p[ro]ximum iniuste ledit. In se u[er]o cu[m]
sibi non alii nocet. In quo differant delictu[m]
[V]nanimi q[ui]d[em] appellatione et peccatum
[et] h[abe]nt. dicit[ur] n[am]q[ue] peccatum et delictum et delic
tum fortasse est. Vt ait aug[ustinus]. in questionib[us]
leuitici. declinare a bono p[ec]catum est facere
malum. aliud est enim declinare a bono et
aliud facere malum. P[ec]catum g[er]o est p[er]petratio

mali. delictum est deserc[i]o boni. Et [hoc] ip[su]m
nomen ostendit. Quid n[am]q[ue] aliud sonat de
lictum nisi delictum et quid delinquid n[isi]
q[uo]d delinquid n[on] bonum u[e]l delictum est quod
ignoranter fit peccatum q[uod] scienter co[m]
mittit[ur]. Indifferenter tamen et p[ec]catum nomine
delicti [illegible] et delictum nomine p[ec]cati appellat[ur].
[P]reterea sciendum est. vii. De vii. uiciis
[P]ytia esse capitalia u[e]l p[ri]ncipalib[us].
p[ri]ncipalia s[unt]. vii. s[ecundum] exodum ait s[cilicet] Inanem
gl[ori]am. Iram inuidiam. Accidiam u[e]l t[r]isticia[m].
Auariciam. Castrimargiam. Luxuriam.
Que ut ait Ioh[anne]s c[ri]sostomus significata
sunt in. vii. p[o]p[u]lis qui terram p[ro]missionis
israeli p[ro]missam tenebant. De hiis q[ui]a. vii. fo
tibus cuncte animarum mortifere cor
ruptele emanant et dicuntur h[ec] capitalia
q[ui]a ex eis oriunt[ur] omnia mala. Nullum n[am]q[ue]
n[on] est q[uod] ab aliquo hor[um] originem non trahat. De
[E]x sup[er]bia tamen superbia que est ra
[E]omnia mala oriuntur dix omnium malor[um].
iuntur et h[ec] et alia. Quia ut ait gg. Radix cuncti
mali est sup[er]bia de qua d[icitu]r. Inicium omnis
peccati est sup[er]bia. que est amor p[ro]prie excel
lencie. cui[us] iiii. sunt sp[eci]es. ut gg. ait. p[ri]ma est
cum bonum q[uod] h[abe]t quis sibi tribuit. Secunda est cum
credit a d[e]o sibi esse datum s[ed] tamen p[ro] suis me
ritis. Tercia est cum se iactat h[abe]re quod no[n] h[abe]t.
Q[ua]rta est cum ceteris despectis singulariter uult
uideri. Q[uomod]o ergo radix omnis mali d[icitu]r sup[er]bia.
Huic aut[em] uidet[ur] obuiare q[uod] ap[osto]l[u]s ait. Radix
o[mnium] m[alorum] est c[upiditas]. Et sic radix o[mnium] m[alorum] est cupiditas g[er]o
sup[er]bie. Quomodo ergo sup[er]bia radix est et in
icium omnis peccati. Quo sensu utrumq[ue]
[S]ed utrumq[ue] dicatur radix omnium
[S]ecte esse malor[um] et sup[er]bia et cupidi
[t]atum intelligi[tur]. Si genera p[ec]catoru[m] tam
singulor[um] non singula generum utraq[ue] lo
cucione includi intelligantur. Nullum q[ui]p
pe gen[us] peccati est q[uod] interdum ex

et ep[isto]la in sen[tentiis] h. b. 3. c. 2. q.
g. dio. et ep[istol]a in sen[tentiis] h. d. f.
gal. 6. si p[re]occupatus fuerit

superbia non preveniat. Nullum est quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli hominum qui ex cupiditate fiunt superbi et aliqui qui ex superbia fiunt cupidi. Est enim ut ait Augustinus homo qui non esset amator pecunie nisi per hoc putaret se excellenciorem esse, sed ut excellat divicias cupit. Talis ex superbia oboritur cupiditas. Et est aliquis qui non amaret excellere nisi per hoc putaret maiores divicias habere. Ideo enim excellere laborat quia divicias habere amat. Hinc nascitur superbia, id est amor excellentie ex cupiditate. Patet ergo quod ex superbia aliquando cupiditas et ex cupiditate aliquando superbia oritur. Et ideo de utraque recte dicitur quod sit radix omnium malorum. De peccato

D XLIII

Est preterea quoddam in spiritum sanctum quod dicitur peccatum in spiritum sanctum. Quod dicitur peccati genus ceteris gravius et abhominabilius, quod dicitur peccatum in spiritum sanctum, de quo in evangelio veritas ait: Qui peccaverit in spiritum sanctum non remittetur ei neque hic neque in futuro. Et Iohannes in epistola canonica ait: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico ut quis oret. Qui enim peccat in patrem remittetur ei, et qui peccat in filium remittetur ei. Qui enim blasphemaverit in spiritum sanctum non remittetur ei neque hic neque in futuro. Sed queritur quid sit illud peccatum in spiritum sanctum vel ad mortem. Quidam dicunt illud esse peccatum desperationis vel obstinationis. Obstinatio est induratio animi in malicia per quam fit homo impenitens. Desperatio est qua quis penitus diffidit de dei bonitate, estimans suam maliciam divine bonitatis magnitudinem excedere, sicut Caym qui dixit: Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Ideo vero dicitur peccatum in spiritum sanctum quia spiritus sanctus amor est patris et filii et benignitas qua se invicem et nos diligunt. Que tanta est quod cuiusque finis non est. Recte ergo in spiritum sanctum delinquere dicuntur qui suam maliciam [illegible] cientem dei

bonitatem superare putant, et ideo penitenciam non assumunt, et qui in malicia tanta pertinaciter herent ut eam numquam relinquere proponant, et ad bonitatem spiritus sancti numquam redire, paciencia dei abutentes et de misericordia dei nimis presumentes, quibus placet malicia propter se, sicut pluribus bonitas. Isti nimia pertinacia et presumpcione peccant, extimantes deum non esse iustum. Illi desperatione deum non bonum estimant, tollentes in hoc turbulentissimo iniquitatum mari portum divine indulgencie quo se recipiant fluctuantes. Atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis, dicentes: mala nulla est et superfluores nec est damnacio debetur. An omnis obstinacio vel desperacio sit

Set queritur utrum omnis obstinatio peccatum in spiritum sanctum. Obstinatio mentis in malicia obduratio. Omnisque desperatio sit peccatum in spiritum sanctum. Quidam dicunt omnem obstinationem et desperationem peccatum esse in spiritum sanctum, quia sunt aliqui quibus illud peccatum remittitur, quia multi fuerunt obstinatissimi et desperatissimi conversi, ut Augustinus ait super illum locum psalmi: Convertam in profundum maris, id est eos qui erant desperatissimi et in quibus Christus [illegible] suam sicut fuisset Paulus, id est obstinatos fecit aliorum doctores. Talium conversio id etiam evidenter ostenditur ut ait: Qui educat vinctos in fortitudine, id est eos qui ex quo habent in se. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, non quia numquam remittatur, sed quia vix et raro et difficulter dimittitur. Non enim solvitur constellationis vehementia spiritus sancti impetu. Alii vero dicunt non quamlibet obstinationem vel desperationem appellari peccatum in spiritum sanctum, sed illam tantum que comitatur impenitencia. Quia est impenitentiam dicit peccatum in spiritum sanctum quod Augustinus dicit impenitentiam esse peccatum in spiritum sanctum. Sed cum sit obstinatus aliquis ut non peniteat discuti oportet an aliud obstinacio aliud impenitencia sit in eo peccatum, an idem sed diversis modis consideratum. Secundum istos

Obstinatio.

Desperatio.

[illegible]

peccatum illud dicitur inremissibile eo quod numquam dimittatur. Unde et aug(ustinus) dicit quod hoc solum peccatum veniam mereri non potest. Et iero(nimus) super marcum qui taliter peccat digne penitere non potest et ideo recte Iohannes dicit ut non pro eo oret quis quia qui sic peccat orationibus ecclesie hic vel in futuro veniam non potest. Huius cor induratum tamquam lapis sicut de diabolo legitur. Post hanc vitam qui valde mali sunt meritis ecclesie iuvari non possunt. Est et alia huius peccati assignatio hoc est peccatum augustinus diffiniens in libro de sermone domini in monte ait: Peccatum ad mortem est cum post agnitionem dei per gratiam christi oppugnat aliquis fraternitatem et adversus ipsam gratiam qua reconciliatus est deo invidentie facibus agitatur. Hoc fortasse est peccare in spiritum sanctum quod peccatum dicitur non remitti. Ideo quia non sit ignoscendum si peniteat peccantinationis sed quia tanta labes est illius peccati ut deprecandi humilitatem subire non possit etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere et enuntiare cogatur. Ut Iudas cum dixit peccavi facilius desperans cucurrit ad laqueum quam humilitate veniam peteret. Quod propter magnitudinem peccati iam ex dampnatione peccati tales habere credendum est. Ecce quedam assignatio peccati in spiritum sanctum vel ad mortem hic posita est quoniam illud peccatum esse dicitur. Ecce oppugnatio fraternitatis post agnitionem et invidentiam gratie post reconciliationem. Ex hiis quedam obstinationis intelligi potest. Illam tamen diffinitionem aug(ustinus) in libro retractationum rememorans aliquid ibi addendum fore non asserendo se dixisse ait ita dicens: Ego quidem non confirmavi quoniam hoc putare me dixi. Sed tamen addendum fuit si in hac scelerata mentis perversitate finierit vitam. Quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto non est desperandum. Nec pro illo imprudenter oratur de quo non desperatur. Huius verbis insinuatur peccatum per illa diffinitione descriptum. Tunc solum debet dici ad mortem vel in spiritum sanctum cum homo contemnit penitentiam. Nec de alio peccatore in hac vita est desperandum et ideo pro omni est orandum. Unde illud Iohannis: Non pro eo dico ut quis oret sic accipiendum videtur ut pro alio peccante ad mortem vel in spiritum sanctum postquam finierit hanc vitam non oremus. Dum autem in hac vita est nec peccatum illius iudicare nec de illo desperare sed pro illo orare debemus. Unde aug(ustinus) de verbis domini: De impenitentia que est blasphemia in spiritum sanctum sicut ista in presenti vel cor impenitens quamdiu quilibet in hac carne vivit non potest iudicare. De nullo enim desperandum est quamdiu patientia dei ad penitentiam adducit. Paganus est hodie, Iudeus infidelis est hodie, hereticus est hodie, scismaticus est hodie. Quid si cras amplectatur catholicam pacem et sequatur catholicam veritatem. Quid si isti quos in quocumque genere erroris notas et tamquam desperatissimos dampnas antequam finiant istam vitam agunt penitentiam et inveniunt veram vitam in futuro. Nolite ergo ante tempus quemquam iudicare. Ex hiis ostenditur pro singulis peccatoribus in hac esse vita orandum nec de aliquo esse diffiniendum quod convinci potest dum in hac vita est. Ego non puto sciri de aliquo utrum peccaverit ad mortem vel in spiritum sanctum nisi cum hanc discesserit vel forte alicui per spiritum sanctum mirabiliter revelatum fuit. Ex predictis aliquatenus capi potest quomodo accipiatur peccatum in spiritum sanctum scilicet invidentia gratie fraternitatem impenitentem oppugnantis que utique obstinatio esse videtur et omnis impenitentis obstinatio atque desperatio. Notandum vero est quod non omnis qui non penitet impenitens dicitur sed qui in penitentia proposito obstinatus est et ut quidam volunt et desperat. Hec de peccato in spiritum sanctum ambr(osius).

in hoc de spiritu differens, distinctam assignationem tradit dicens: Cum dominus dixisset: Qui autem blasphemaverit in filium hominis, remittetur ei; qui autem blasphemaverit in spiritum sanctum, nec hic nec in futuro remittetur ei, diligenter advertite: Numquid alia est offensa filii, alia spiritus sancti, cum sit una dignitas, sicut una natura? Sed si quis corporis speciem decepto humanam retinentis aliquid sentiat de Christo carne quam dignum est, hanc culpam non est tamen exclusus a venia. Si quis vero sancti spiritus dignitatem, maiestatem et potestatem abneget sempiternam, et putet non in spiritu dei eici demonia, sed in Beelzebub, non potest ibi exortatio veniae ubi sacrilegii plenitudo est. Satis aperte hic explicatur quid sit peccatum in spiritum sanctum. Cui illi Augustini descriptioni congrue videtur, qua illud peccatum dicitur esse invidentia gratiae, oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionem veritatis sanctificationem veritatem negat, eiusque opera dicit esse Beelzebub, potestati et bonitati et gratiae dei invidere non dubitatur. Non itaque distinctio verborum illa sic accipienda est, quasi secundum personarum diversitatem sint offense, sed in genera peccatorum sunt distincta. Peccatum vero in patrem id intelligitur quod fit per infirmitatem, quia patri scriptura frequenter attribuit potentiam. Peccatum in filium quod fit per ignorantiam, quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorantiam facile veniam adipiscitur, sed non ille qui peccat in spiritum sanctum. Cum autem una sit potentia, sapientia, bonitas trium, quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas saepius assignetur, supra dictum est.

D XLIIII

De potentia peccandi an sit homini vel diabolo a deo.

Post praedicta consideratione dignum occurrit, utrum peccandi potentia sit nobis a deo vel a nobis. Putant quidam potentiam recte agendi nobis esse a deo, potentiam vero peccandi non a deo sed a nobis vel a diabolo esse, sicut mala voluntas non a deo est, sed a nobis et diabolo; bona autem a deo tantum nobis est. Bonae namque voluntatis et cogitationis initium non hominum ex se ipso nasci, sed divinitus parari et donari in eo deus evidenter ostendit, quia nec diabolus nec aliquis angelorum eius ex quo in hanc caliginem lapsi detrusi bonam potuit resumere voluntatem. Quia si possibile foret ut humana natura, postquam a deo aversa bonitatem perdidit voluntatis, ex se ipsa rursus eam habere potuisset, multo possibilius hanc natura haberet angelica. Quae quanto minus gravatur terreni corporis pondere, tanto maiore huius esset praedita facultate. Non ergo homo vel angelus a se voluntatem bonam habere potest, sed malam. Similiter et de potentia inquiunt per similitudinem voluntatis, de potentia boni et mali differentes, quia illa sit a deo, non ista.

Auctoritatibus astruit potentiam peccandi esse a deo.

Sed pluribus sanctorum testimoniis indubitanter monstratur quod potestas mala a deo est, a quo est omnis potestas. Ait enim apostolus: Non est potestas nisi a deo, quod non de potestate boni tantum sed et mali intelligimus. Cum Pilato etiam dicit: Non haberes in me potestatem nisi datum esset tibi desuper. Malitia nempe hominum, ut Augustinus ait, cupiditatem nocendi per se habet, potestatem autem si ille non dat non habet. Unde diabolus antequam aliquid tolleret Iob dicebat domino: Extende manum tuam, id est potestatem da. Quod etiam nocentium potestas non est nisi a deo, sic sapientia ait: Per me reges regnant et tyranni per me tenent terram. Unde et Iob de domino ait: Qui facit regnare hypocritam propter perversitatem populi. Et de populo Israel dicit deus: Dedi ei regem in ira mea. Florendi enim

voluntas prius esse ab hominis animo, potestas autem non est nisi a deo quibus abdita aptaque iusticia. Nam per potestatem diabolo datam iustos suos temptat. De hoc enim Gregorius in moralibus ait: Tocius elatio non potestatis ordo in crimine est. Potestatem deus tribuit, elationem vero potentie malicia nostra invenit. Bona namque est quod de illo est, quod non potentia iusta sed actio prava dampnatur. His auctoritatibus aliisque pluribus evidenter ostenditur quod non est boni et mali potestas nisi a deo equo et sicut lateat equitas. An aliquando

Hic oritur questio utrum resistendum sit potestati, transilienda silencio dictum est. testati.

Si supra quod potestas peccandi et nocendi non est homini vel diabolo nisi a deo. Apostolus dicit quod qui potestati resistit dei ordinationi resistit. Cum ergo diabolo sit potestas mali dei ordinatione, eius potestati non esse resistendum videtur. Sed sciendum est apostolum loqui de seculari potestate, scilicet rege et principe et huiusmodi, quibus non est resistendum in hiis que iubet deus eis exhiberi, scilicet in tributis et huiusmodi. Si vero princeps aliquis vel diabolus aliquid iusserit vel suaserit contra deum, tunc resistendum est. Unde Augustinus determinans quando sit resistendum potestati in libro de natura boni ait: Si illud iubeat potestas quod non debes facere, hic sane contempne potestatem timendo potestatem maiorem. Ipsos humanarum rerum gradus advertite. Si aliquid iusserit procurator, si contra proconsulem iubeat, numquid faciendum est? Rursus si ipse proconsul aliud iubeat et aliud imperator, numquid dubitatur illo contempto illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator aliud iubeat deus, contempto illo obtemperandum est deo. Potestati ergo diaboli vel hominis tunc resistamus cum aliquid contra deum suggesserit, in quo dei ordinationi non resistimus sed obtemperamus. Sic enim precepit deus ut in malo nulli potestati obediamus.

Iam nunc his intelligendis atque tractandis que ad verbi incarnati misterium pertinent intenta consideratione intendamus, ut de ineffabilibus vel modicum aliquid fari deo revelante valeamus. Sic enim rationis ordo postulat, ut qui in primo libro de inexplicabili misterio summe trinitatis irrefragabili sanctorum attestatione aliquid diximus, ac deinde in secundo libro conditionis rerum ordinem et hominis lapsum sub certis auctoritatis regulis insinuavimus, de eius reparatione per gratiam mediatoris dei et hominum prestita atque humane redemptionis sacramentis, quibus contritiones hominis alligantur ac vulnera peccatorum curantur, consequenter in tercio et quarto libro disseramus, ut samaritanus ad vulneratum, medicus ad infirmum, gratia accedat ad miserum.

Quare filius carnem assumpsit, non pater vel spiritus sanctus. ·I·
Utrum pater vel spiritus sanctus potuit incarnari. ·II·
An filius qui tamen carnem accepit aliquid fecerit quod non pater vel spiritus sanctus. ·III·
Quare totam humanam naturam accepit et quid nomine nature intelligitur. ·IIII·
De unione verbi et carnis mediante anima. ·V·
Quod simul assumpsit carnem et animam verbum, nec caro prius est concepta quam assumpta. VI·
De carne assumpta qualis ante fuerat. VII·
Quod nullius sit peccato habita excepta virgine. VIII·
Quare Christus non fuit decimatus in lumbis Abrahe sicut Levi. IX·
Quare caro Christi non dicatur peccatrix sed similis. X·
Quare spiritui sancto tribuatur incarnatio, cum sit opus trinitatis. XI·
Quare dicitur Christus conceptus et natus de spiritu sancto. XII·
Quare apostolus dicit Christum factum, cum nos factum natum. XIII·
Si persona vel natura personam vel naturam assumpserit et si natura dei incarnata sit. XIIII·
An divina natura debeat dici caro facta. XV
Quare non accepit personam hominis cum assumpsit hominem, quod quidam probare nituntur. XVI·
De intelligentia harum locutionum: deus est homo, deus factus est homo, et consimiles inde formas ponit. XVII·

xviii· Prima est eorum qui dicunt in incarnatione hominem
quendam ex anima et carne constitutum et illum
hominem factum esse deum et deum illum hominem
et auctoritates quibus hoc asserunt ponit.
xix· Secunda est eorum qui dicunt hominem il
lum ex tribus substanciis vel ex duabus naturis
constare et hunc fatentur misericordia esse
persona et incarnationem simplicem tamen sed in
carnationem compositam et auctoritates quibus
se muniunt proponit.
xx· Tercia est eorum qui non solum personam ex naturis com
positam negant sed et aliquem hominem vel
aliam substantiam ibi ex anima et carne compositam
diffitentur et sic illa duo scilicet animam et carnem
verbo unitam dicunt ut non ex illis aliqua substantia vel perso
na componeretur sed illis duobus velud indu
mento deus vestiretur ut mortalibus oculis ap
pareret qui racionem incarnationis secundum
habitum accipiunt.
xxi· Eidem auctoritates inducit quibus hec sententia roboratur
xxii Quatuor species habitus distinguuntur enim que sin
xxiii gulis sententiis adversari videntur ponit ex quo
xxiiii· sensu dicitur christus predestinatus.
xxv· Quod non debet dici homo dominicus
xxvi· An divina natura debeat dici nata de virgine.
xxvii· De gemina nativitate christi quibus natus est.
xxviii· De oratione exhibenda humanitati christi.
xxix· An secundum quod homo est sit persona vel aliquid
xxx· An christus secundum quod homo sit adoptivus filius
xxxi· An persona vel natura predestinata sit.
xxxii Utrum christus sit creatura vel factus.
xxxiii· De perfidia et pena arrii
xxxiiii· An homo ille semper fuit
xxxv· An deus aliunde sumere potuit vel aliunde quam
xxxvi· de genere ade.
xxxvi Si homo ille potuit peccare vel non esse deus
xxxvii Si deus potuit assumere hominem in sexu mu
liebri.
xxxviii· De sapientia et gratia christi hominis an in eis
proficere potuit.
Si anima christi habuit sapientiam parem cum deo
et si omnia scit que deus. xxxix·
Quare deus non dedit illi anime potenciam
omnium scientiam. xl·
De hominis defectibus quos assumpsit christus. xli·
De passione et passione timoris vel tristicie. xlii·
De quibusdam capitulis hylarii obscuris quibus
a carne christi dolores passionis sermone videtur. xliii·
De tristicia christi et eius causa secundum eundem. xliiii·
An in christo fuit necessitas paciendi et moriendi quod
est defectus generalis. xlv·
De statibus christi hominis et quid christus de singulis accepit. xlvi·
Si omnis christi oratio vel voluntas impleta sit. xlvii·
De voluntatibus christi secundum duas naturas xlviii·
De capitulis quibusdam ambrosii et hylarii ubi
de dubitatione et timore christi agitur. xlviiii· xlix·
Si christus meruit sibi et nobis et quid nobis et quid sibi. l·
Quod a conceptu meruerit christus sed idem quod per pas
sionem li·
De eo quod scriptura est donavit illi nomen quod est super
omne nomen. lii·
Si christus sine omni merito habere valuit que merito ob
tinuit. liii·
De causa passionis et mortis christi liiii·
Qualiter a diabolo et a peccato redemit nos christus per
mortem lv·
Quare deus homo et mortuus lvi·
Quomodo a pena christus nos redemit lvii·
Quomodo penam nostram portavit lviii·
Si solus christus redemptor vel mediator debet dici lix·
De mediatore lx· secundum quod tantum sit mediator lxi
Quod aliquo modo potuit liberare et quare non alio modo. lxii·
Qua iusticia sit victus diabolus lxiii·
De causa mediatoris inter deum et hominem et diabolum. lxiiii·
De tradicione christi facta a deo a iuda a iudeis lxv·
Utrum christi passio sit opus dei vel iudeorum lxvi·
Si in christi morte separata fuit anima vel caro a verbo lxvii·
Qua ratione dicitur christus mortuus vel passus. lxviii·
Si christus in morte fuit homo. lxix·
Si christus ubicumque est homo sit lxx·

lxxi Quod Christus ubique totus est sed non totum ut totus est homo ut deus sed non totum.
lxxii Si ea que dicuntur de deo vel de filio dei possint dici de homine illo vel de filio hominis.
lxxiii Si Christus habuit fidem et spem ut caritatem.
lxxiiii Quid sit fides. lxxv Quot modis dicitur fides
lxxvi Quid sit credere deum vel deo vel in deum.
lxxvii De informi qualitate mentis que in malo, in bono est.
lxxviii Quomodo dicitur una fides.
lxxix Quod fides est de hiis que non videntur, preter ipsa videntur tamen in quo est videtur ab eo. lxxx Descriptio fidei.
lxxxii Quare sola fides dicitur fundamentum.
lxxxiii Quomodo intelligitur quod scriptum est: ut cum fuit creditis.
lxxxiiii Si patres habuerunt fidem passionis quam videbat hominem hominem illum pati
lxxxv Si aliqua sciuntur que creduntur
lxxxvi De fide antiquorum tum credere sufficiebat
lxxxvii De fide simplicium lxxxviii Quantum adest.
lxxxix De fide Cornelii. xc. De qualitate fidei spei et caritatis. xci. De spe quid sit.
xcij De quibus sit species.
xciii Quomodo differant fides vel spes
xciiii Si in Christo fides vel spes fuit.
xcv Si iusti in inferno fidem et spem habuerint.
xcvi De caritate dei et proximi que in Christo et in nobis est.
xcvii Quid sit caritas.
xcviii Si eadem caritate diligitur deus et proximus.
xcix Quare dicuntur duo mandata caritatis
ci De modo diligendi ex toto corde.
cii De impletione illius mandati deum diliges ex
ciii Quod alterum mandatum in altero est.
ciiii Que caritate diligenda sint.
cv Si iubemur totum proximum diligere et nos totos.
cvi Quod in dilectione proximi includitur dilectio angelorum. Quis sit proximus
cvii
cviii Quibus modis dicitur proximus.
cix De ordine diligendi quid prius quid post.
cx An omnes homines pariter diligendi sint.
cxi De gradibus caritatis

Si melius est diligere inimicos quam amicos. cxii
Si caritas semel habita amittatur. cxiii
Quare fides spes scientia dicuntur evacuari et non caritas cum et ipsa sit ex parte. cxiiii
Si secundum ordinem diligendi suadeat quam nos cxv
De caritate dei. illius cxvi
Quomodo dicitur magis diligere vel minus habere vel cxvii
Quod dupliciter inspicienda dilectio dei seu alio. cxviii
Si quis vel magis vel minus diligat a deo uno tempore cxix
Si deus ab eterno dilexit reprobos cxx
De quatuor principalibus virtutibus utrum in cxxi
Christo fuerunt in angelis sint. De usibus earum. cxxii
De vii. donis spiritus sancti et utrum sint virtutes et sint cxxiii
in angelis. Utrum in Christo fuerint. cxxv
De timoris distinctione cxxvi
De casto et servili et initiali. cxxvii
Quod differant castus et servilis. cxxviii
Quod timor servilis et initialis dicitur initium cxxix
sapientie sed indifferenter.
Quod differant castus et servilis. cxxx
Quod timor servilis et initialis dicitur initium cxxxi
sapientie.
Quod sit timor permanens in eternum. cxxx
Si timor pene qui sunt in Christo fuit servilis et initialis cxxxi
De sapientia et scientia quo differant cxxxii
In quo differat sapientia ab intellectu. cxxxiii
Utrum intellectus et scientia que inter dona enumerantur sint illa que naturaliter habet homo. cxxxiiii
De connexione virtutum que non separantur cxxxv
An cuncte virtutes pares sint in quantitate sint. cxxxvi
Quod in caritate lex pendet tota. cxxxvii
De decem mandatis quomodo continentur in duobus cxxxviii
Quare ydolum esse in mundo nichilo dicitur. cxxxix
Quare in spiritu sancto expresse dicitur fieri remissio peccatorum. clx· cxl·
De sensu spirituali et carnali legis. clxi· cxli·
De furto. cxlii De mendacio. cxliii·
De triplici genere mendacii cxliiii·
De viii. speciebus mendacii. cxlv·
Quid sit mendacium cxlvi
Quid mentiri dicatur. cxlvii·

cxlviii· Quod omne mendacium peccatum sit, sed plus sit [illegible].
cxlix· In quibus rebus sit cum periculo erratur vel non.
cxlx· De periurio. cxlxi· An sit periurium quod non est mendacium.
cxlxii· De triplici modo periurii. cxlxiii· in iurando vel malum.
cxlxiiii· De iuramento quod fit per creaturas.
cxlxv· Quae iuratio sit gravior: an quae fit per Deum, an quae fit per creaturas vel per evangelium.
cxlxvi Quid est iurare per Deum.
cxlxvii· De his qui iurant per falsos deos.
cxlxviii· Quod iuramentum vel promissio contra Deum facta non est tenenda.
cxlxix· Si est periurus qui non facit quod incaute iurat.
cxlx De his qui verborum calliditate iurant.
clxi· De illo qui cogit aliquem iurare.
clxii· Quare lex dicitur comprimere manum non animum.
clxiii· Quid sit littera occidens.
clxiiii· Quae legis et evangelii distantia.

D I

Incipit Liber III· de incarnatione verbi·

Cum venit igitur

C igitur plenitudo temporis, ut ait apostolus, misit Deus Filium suum factum de muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut in adoptionem filiorum Dei. Tempus autem plenitudinis dicitur tempus gratiae, quod ab adventu Salvatoris exordium sumpsit. Hoc est tempus miserendi et annus benignitatis, in quo gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Gratia, quia per caritatem impletur quod in lege praecipiebatur; veritas, quia per Christi adventum exhibetur atque perficitur humanae redemptionis sponsio facta ab antiquo. Filii vero missio ipsa est incarnatio. Eo enim missus est quo in forma hominis mundo visibilis apparuit. De quo supra sufficienter dictum est.

Diligenter quaeritur. Quare Filius carnem assumpsit, et non Pater vel Spiritus sanctus.

Dicendum quare Filius non Pater vel Spiritus sanctus est incarnatus. Solus namque Filius hominem assumpsit, quod ordine congruo atque aptissimo Dei sapientia fecit consilio, ut Deus qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud: Omnia in sapientia fecisti Domine, in eadem quae in caelis sunt et quae in terris restauraret. Haec est mulier evangelica quae accendit lucernam et dragmam decimam quae perdita fuerat reperit. Sapientia scilicet Patris quae testam humanae infirmitatis lumine suae divinitatis accendit, perditum hominem reperit regis nomine et imagine insignitum. Ideo etiam Filius missus est non Pater, quia congruentius mitti debebat qui est ab alio, quam qui est a nullo. Filius autem a Patre est, Pater vero a nullo alio est. Unde ait Augustinus in libro de Trinitate: Non habet de quo sit. Solus Pater genuit, Filius genitus est; congrue Pater misit, Filius missus est. Ab illo enim convenienter mittitur Dei Verbum. Quod est Verbum ab illo mittitur de quo natum est. Mittitur quod genitus est. Pater vero qui misit a nullo est. Ideo Pater missus non est, ne, si mitteretur ab alio, esse putaretur. Missus est ergo primo Filius qui a solo Patre est, deinde et Spiritus sanctus qui est a Patre et Filio. Sed Filius solus in carne missus est, non Spiritus sanctus, sicut nec Pater. Quia ideo factum est ut qui erat in divinitate Dei Filius, in humanitate fieret hominis filius; non Pater vel Spiritus sanctus carnem induit, ne alius in divinitate esset Filius, alius in humanitate, et ne idem esset Pater et Filius, si Deus Pater de homine nasceretur. Unde in ecclesiasticis dogmatibus: Non Pater carnem assumpsit, neque Spiritus sanctus, sed Filius tantum, ut qui erat in divinitate Dei Filius, ipse fieret in homine hominis filius, ne Filii nomen ad alterum transiret qui non esset aeterna nativitate Filius. Dei ergo Filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturae ex Deo Dei Filius, et secundum veritatem naturae ex homine hominis filius, ut veritas geniti·

non adoptionem non appellationem sed in utraque natiuitate filii nomen nascendo haberet et esset uerus deus et uerus homo unus filius. Non ergo duos christos neque duos filios sed deum et hominem unum filium quem propterea etiam unigenitum dicimus manentem in duabus substantiis sicut ei nature ueritas contulit non confusis naturis neque inmixtis sicut thimotheani uolunt sed societate unitis. Ecce his ostenditur quod filius non pater uel spiritus sanctus carnem assumpsit.

Utrum pater uel spiritus sanctus potuit uel possit incarnari.

Si uero queritur utrum pater uel spiritus sanctus incarnari potuerit uel modo possit, sane responderi potest et potuisse olim et posse nunc carnem sumere et hominem fieri tam patrem quam spiritum sanctum. Sicut et filius homo factus est, ita pater uel spiritus sanctus potuit et potest.

An filius quia carnem accepit aliquid fecerit quod non pater uel spiritus sanctus.

Sed forte aliquis dicet: Cum indiuisa sint opera trinitatis, si filius carnem assumpsit, tunc pater et spiritus sanctus; quia si filius carnem assumpsit nec hoc fecit pater uel spiritus sanctus, non omne quod facit filius facit pater et spiritus sanctus. Sed omnia simul pater et filius et amborum spiritus pariter concorditer operantur. Ad quod dicimus quod illud operatur filius cum patre et spiritu sancto. Sed una est operatio indiuisa horum trium et indissimilis, et tamen filius non pater uel spiritus sanctus carnem assumpsit. Ipsam tamen carnem [carnis] assumptionem trinitas operata est. Sicut augustinus dicit in libro de fide ad petrum: Reconciliati sumus per filium solum secundum carnem, sed non soli filio secundum diuinitatem. Trinitas enim nos sibi reconciliauit per hoc quod solum uerbum carnem ipsa trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed uerbo, non patri uel spiritui sancto. Si uero pater sibi uel pater filio et filius patri carnis assumptionem operatus esset, iam non eadem esset operatio utriusque sed diuisa. Sed sicut inseparabilis et indiuisa est trinitas substantie trium, ut ait augustinus in libro de trinitate, ita et operatio. Non tamen eandem trinitatem natam de uirgine crucifixam et sepultam catholici tractatores docuerunt, sed tantummodo filium. Nec eandem trinitatem in specie columbe descendisse super ihesum, sed tantum spiritum sanctum; nec eandem dixisse de celo: Tu es filius meus, sed tantum patris uocem fuisse ad filium factam. Quamuis pater et filius et spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Hec et mea fides est, quoniam hec est catholica fides. Licet ergo solus filius carnem assumpsit, ipsam tamen incarnationem cum patre et spiritu sancto operatus est.

Quare totam humanam naturam cepit et omni nomine humanitatis uel humane nature intelligendum sit.

D II

Et quia in homine tota humana natura uitio corrupta erat, totam assumpsit, id est animam et carnem, ut totam curaret et sanctificaret. Quod autem humane nature uel humanitatis uocabulo anima et caro intelligi debeant, aperte docet Ieronimus in expositione catholice fidei dicens: Sic confitemur in christo unam filii esse personam ut dicamus duas perfectas atque integras esse substantias, id est diuinitatis et humanitatis, que ex anima continetur et corpore. Ecce ostendit humanitatis nomine animam et corpus intelligi, que duo assumpsisse dei filius intelligitur, uel hominem seu humanitatem [uel humanam naturam] accepisse legitur. Errant ergo qui nomine humanitatis non substantiam sed proprietatem quandam qua homo nominatur significari contendunt, ubi christi humanitas memoratur. Ait enim Iohannes damascenus: Sciendum quidem quod diuinitatis et humanitatis nomina substantiarum siue naturarum sunt representatiua. Natura uero non sic accipitur in christo ut cum dicitur una natura esse omnium hominum. Quod euidenter idem Iohannes ostendit, differentem rationem dicti assignans cum natura humana in christo nominatur et cum una dicitur natura omnium hominum. Ait enim: Cum unam naturam hominum dicimus, sciendum est quod non considerantes ad anime et corporis rationem hoc dicimus. Impossibile est enim unius nature dicere deitatis [domini] corpus et animam ad inuicem comparata. Sed quia plurime

persone hominum sunt. omnes autem eandem
suscipiunt rationem nature. Omnes enim ex
anima et corpore compositi sunt et omnes naturam
anime participant et substantiam corporis possident com-
munem speciem plurimarum et differentium per-
sonarum naturam dicimus unius esse. scilicet quod due
nature humanitatis in individuis perfecte nature consistunt
scilicet Marie ex corporis et anime. In domino autem Ihesu
Christo non est communem speciem accipere. Neque enim factus est
nec est nec aliquando fiet alius Christus ex deitate et
et humanitate. In deitate quidem [aliude] et humanitate deus
perfectus est idem et homo perfectus est. Totam ergo ho-
minis naturam, id est animam et carnem et horum
proprietates sive accidentia assumpsit deus, non car-
nem sine anima nec anima sine ratione ut he-
retici voluerunt. sed et carnem et animam cum
sensibus suis. Unde Iohannes damascenus ait. Omnia
que in nostra natura plantavit dei verbum assump-
sit. scilicet corpus et animam intellectualem et horum
proprietates. Totum enim totus assumpsit me ut
toti mihi salutem gratificet. quod enim inassump-
tibile est, incurabile est. De unione verbi
Assumpsit ergo dei filius carnis mediante a-
carnem et animam. sed car- nima.
nem mediante anima. Unitum est carni per
medium intellectum verbum dei. Tante
enim subtilitatis atque simplicitatis est divina
essentia ut corpori de limo terre formato
uniri non congrueret nisi mediante ratio-
nabili essentia. Illa autem unio inexplicabi-
lis est a nobis. Ut et Iohannes ad uero significat se non
esse dignum fatetur solvere corrigiam cal-
ceamenti Ihesu. quia illius unionis modum investi-
gare aliisque explicare non erat sufficiens.
Non sunt ergo audiendi qui non verum hominem
filium dei suscepisse dicunt. nec natum de
femina. sed fictam carnem et imaginem cor-
poris simulatam ostendisse videntibus. In
quem errorem prorumpunt quia timent quod
si non potest scilicet ne humana carne veri-
tas et substantia dei inquinetur. et tamen predicant istum
visibilem solem radios suos per omnes feces sparge-
re et eos mundos et sinceros servare. Si ergo visibilia
munda a visibilibus immundis contingi possunt
et non inquinari. quanto magis incontaminabilis et
invisibilis veritas per spiritum animam et per animam cor-
pus suscipiens totum hominem sine ulla conta-
minatione assumpsit et ab omnibus infirmita-
tibus liberavit. Ecce hic dicit dei sapientiam per
spiritum assumpsisse animam et per animam cor-
pus. spiritus vero scilicet pars anime superior maiori simili-
tudine deo propinquior quam anima id est ipsa eadem
secundum inferiorem partem, et anima magis
quam corpus. et ideo non incongrue anima dicitur
assumpta per spiritum et corpus per animam. Ut-
Hic autem queritur verbum simul assumpsit
utrum verbum hominem animam carnem
carnem simul et neque caro prius est concepta
animam assumpserit. an quam assumpta.
prius animam quam carnem. vel carnem quam a-
nimam. et utrum caro illa prius fuit in utero
virginis concepta et postea assumpta. Veritatem
et absque ulla ambiguitate dicitur quia verbum quod
hominem dicitur assumpsisse totum assumpsit simul
quia simul univit animam et carnem. nec caro prius
fuit concepta et postmodum assumpta. sed in con-
ceptione assumpta et in assumptione concepta.
Unde Augustinus in libro de fide ad Petrum. Firmissime tene
et nullatenus dubites non carnem Christi sine di-
vinitate conceptam in utero virginis prius quam
susciperetur a verbo. sed ipsum verbum deum domini sui carnis
acceptione conceptum. ipsamque carnem verbi
incarnatione conceptam. Item in libro de trinitate. Non
esset dei hominumque mediator nisi esset idem deus
idem homo in utroque unus et verus. Quam similem
formam a solo filio susceptam tota trinitas cuius
una est voluntas et operatio fecit. Non autem in
utero virginis prius caro suscepta est et postmodum
divinitas venit in carnem. Sed mox ut verbum
venit in uterum servata veritate proprie nature.

factum est caro et perfectus est homo, id est in unitate
carnis et animae natus. De hoc etiam Gregorius in Moralibus ait: An-
gelo annuntiante et Spiritu adveniente mox Verbum
in utero, mox intra uterum Verbum caro. De car-

D IIII

Quaeritur etiam de carne quam Verbum assumpsit,
carne Verbi an tenebatur ante quam sit talis assump-
priusquam conciperetur obligata fuit peccato vel sic.
caro, et an talis assumpta fuerit a Verbo. Sane di-
ci potest et credi oportet iuxta Sanctorum attestatio-
nis convenientiam ipsam prius peccato fuisse ob-
noxiam sicut reliqua virginis caro fuit; sed
Spiritus Sancti operatione ita mundatam ut ab omni
peccati contagione immunis uniretur Verbo,
poena tamen non necessitate assumentis remanente.
Mariam quoque totam. Quod non tantum illa caro sed et tota
Spiritus Sanctus in eam praeveniens virgo ab omni peccati con-
veniens a peccato prorsus tagione Spiritu Sancto fuerit
sui purgavit, et a fomite peccati mundata am-
etiam liberavit: vel fomitem ipsum penitus e-
vacuando ut quibusdam placet, vel sic debilitan-
do et extenuando ut ei postmodum peccandi
occasio nullatenus exstiterit. Potentiam quoque
generandi absque viri semine virgini praeparavit.
Ita enim verba Evangelii docent, ubi angelus vir-
ginem alloquens ait: Spiritus Sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit
tibi, ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.
Cui sic virgo respondit: Ecce ancilla Domini,
fiat mihi secundum verbum tuum. Quod exponens Iohannes ait: Post consensum
autem sanctae virginis Spiritus Sanctus supervenit in ipsam secundum
verbum Domini quod dixit angelus, purgans
ipsam, et potentiam deitatis Verbi receptivam
praeparans, simul autem et generativam. Et tunc ob-
umbravit ipsam Dei Altissimi per se sapientia et virtus
existens, id est Filius Dei Patri homousion, id est consubstantialis,
sicut divinum semen, et copulavit sibi ex sanctissimis
et purissimis ipsius virginis sanguinibus carnem
animatam cum anima rationabili et intellec-
tiva, primitias nostrae conspersionis, non seminans, sed
per Spiritum Sanctum creans. Quare simul caro, simul Dei
caro, simul caro animata rationali quae et
intellectu, simul Dei Verbi caro animata rati-
onali et intellectiva. Ex his perspicuum
fit quod ante diximus, carnem scilicet Verbi fuisse
conceptam et assumptam, et eandem imo to-
tam virginem Spiritu Sancto praeveniente ab
omni labe peccati castificatam. Cui collata
est potentia novo more generandi, ut sine
coitu viri et sine libidine concipientis intra
virginis celebraretur conceptus Dei et hominis.
Illa ergo caro quam Deus ex virgine sumpsit nec vitio dig-
natus est sumere, nec vitio concepta fuit nec peccato nata est.
Hanc tamen carnem non caelestis, non aeriae, non
alterius cuiusquam putes esse naturae, sed eius cuius est hominum
omnium caro. Quod autem sacra virgo exstiterit ab
omni peccato immunis exstitit, Augustinus evidenter
ostendit in libro de Natura et gratia inquiens: Excep-
ta sancta virgine Maria, de qua propter honorem Do-
mini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, ha-
beri volo quaestionem. Inde enim scimus quod
ei plus gratiae collatum fuit ad vincendum
ex omni parte peccatum, quae concipere et parere me-
ruit quem constat nullum habuisse peccatum.
Hac ergo virgine excepta si omnes sancti et sanctae con-
gregari possent et quaereretur ab eis an peccatum
haberent, quid responderent nisi quod Iohannes ait:
Si dixerimus quod peccatum non habemus,
nosmet ipsos seducimus. Illa autem virgo sin-
gulari gratia praeventa atque repleta ut ipsum
haberet ventris sui fructum, quem ex initio
habuit universitas Dominum, ut illud quod nasce-
batur ex propagine primi hominis tantum ge-
neris et non criminis originem duceret. Quod
Cum autem Christus non fuit decimatus
illa caro in Abraham sic ut Levi cum
tantae excellentiae caro quam accepit in eo fuit
singularis Verbi, ex his peccato obnoxia
cum non valeat, an quamvis esset Verbo unita ob-
noxia fuit peccato in Maria et in aliis ad hoc
propagatione traducta, non immerito mo-
veri potest in Abraham peccato subiacuisse an

p

Nota de beata virgine.

ymulsa caro peccato subiacebat. Unde queri solet
quare leui decimatus dicatur in habraham
et non christus. Cum in lumbis habrahe uterque fu-
erit secundum materialem rationem quando abraham
decimatus est, id est decimas dedit melchisedech.
Dicit enim apostolus leui decimatum dicit in ha-
braham tamquam in materiali causa. Et ea deci-
matione uult abraham minor melchisedech
ostendi, et personaliter christus solum, id est leuiticus
ordo qui in abraham secundum rationem seminalem
erat et ex eo per concupiscentiam carnis descen-
dit. Christus autem non est decimatus quia licet ibi fuit
secundum carnem, non tamen inde descendit
secundum legem communem, scilicet per carnalem li-
bidinem. Sicut enim in adam omnes peccaue-
runt, sed non christus. Unde augustinus super genesim: Sicut
adam peccante qui in lumbis eius erant pec-
cauerunt, sic abraham dante decimas qui in
lumbis eius erant decimati sunt. Sed hoc non
consequitur in christo. Licet in lumbis ade et abrahe fuit
quia non secundum concupiscentiam inde descen-
dit. Cum ergo Leui et christus secundum carnem
essent in lumbis abrahe quando decimatus est, non
pariter decimati non sunt. Quia non secundum
aliquem modum erat ibi christus quo erat ibi leui. Se-
cundum rationem quippe aliquam semina-
lem ibi fuit leui, qua ratione per concubitum
uenturus erat in matrem. Secundum quam
rationem non erat ibi caro christi, quamuis secundum ip-
sam ibi fuerat marie caro. Ille ergo decimatus
est in abraham qui sic fuit in lumbis abrahe sicut
ipse fuit in lumbis patris sui, id est qui sic est natus
de patre abraham sicut ille de suo patre natus est, scilicet
per legem carnis et inuisibilem concupiscentiam.

Quod citra peccatum. Qua ratione caro christi dic-
nnciam mee. caro est in scriptura si fuisse
masse recte ex peccatrix sed sunt quo apostolus
simpliciter christe quare obligata non fuit
dicitur: quia non carne peccato in christo.
peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit.

misit enim deus filium suum ut ait apostolus in si-
militudinem carnis peccati assumpsit enim uerbum
carnem peccatricem similem in pena et non in culpa,
et ideo non peccantem. Caro uero domini dicitur
caro peccati est, sola illius non est caro peccati
quia non eum mater concupiscentia sed gratia
concepit. Habet tamen similitudinem carnis pec-
cati per passibilitatem et mortalitatem quia
sitiuit, esuriuit et huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit que et nostra,
non tamen talis est in utero matris sicut est. Est enim sancti-
ficata in utero nata sine peccato, et non ipsa in illa umquam
peccauit. In pena ergo similis est nostre, non in contra-
ctione peccati, quia pollutionem que ex concupiscentie
motu concepta est omnino non habuit, nec
ex carnali delectatione nata est. Uenit ergo ad
corpus immaculatum quod preter libidinis concu-
piscentiam fuit conceptum. Nec illum in se
habuit uitium quod in aliis est causa peccati, hec
in eo peccauit. Forte ideo dicitur uerbi caro non fu-
isse in christo obligata peccato. Hic autem uidetur
Illi autem sententie qua aduersari illi sciencie
supradiximus carnem uerbi non qua dicitur esse
ante fuisse conceptam quam assumptam. Uidetur
obuiare quod augustinus ait super iohannem ubi legitur
Soluite templum hoc et in tribus diebus excitabo
illud. Dixerunt ergo iudei: xl et vi annis edifi-
catum est templum hoc et tu in tribus diebus exci-
tabis illud? Hic inquit numerus perfectioni
dominici corporis conuenit. Quia ut dicunt physi-
ci tot diebus forma humani corporis perfi-
citur. Hac occasione uerborum quidam dicere presump-
serunt dominici corporis formam tot die-
bus ad modum aliorum corporum perfectam
et membrorum liniamentis distinctam et mox uer-
bum dei sibi iunxisse carnem et animam. Et hoc modo
dicunt illum numerum perfectionem corporis
dominici conuenire. Sed alia ratio illius dicti exta-
tit ex qua sana oritur intelligencia uerbi. Non enim
ideo illud dixit augustinus quin mox ut caro illa ope-
ra spiritus sanctificata et a reliqua separata fuerit uerbo dei

cum anima unitur. ut perfectus et verus deus esset perfectus et verus homo. sed quia membrorum illius dominici corporis distinctio in ipso momento conceptionis et unionis dei et hominis adeo tenuis erat et parva. ut humano visui vix posset subici. Dicitur autem illud quod memorat augustinus perfecta et notavit. sed. Incarnatum quoque verbum vocat Johannes damascenus. quia plenitudo in corporalitate non excessit. et totum incarnatum est. et totum est incircumscriptum. Commoratur corporaliter et continetur. et divine est incircumscriptum. Non coextensa carne eius cum incircumscripta divinitate. In omnibus quoque et super omnia erat. et in utero sancte dei genitricis existebat. sed tamen in ipsa actu incarnationis.

IIII

Quare in scriptura sepius attribuatur incarnatio que est opus trinitatis spiritui sancto. et de ipso Christus conceptus et natus dicatur.

Cum sit incarnatio sicut in superioribus tractatum est operatio vere sit patris et filii et spiritus sancti. investigatione dignum nobis videtur quare in scriptura spiritui sancto hoc opus sepius attribuatur et de ipso Christus conceptus et natus memoretur. Non enim ideo operatio incarnationis spiritui sancto sepius attribuitur quia eam ipse solus sine patre ac filio fecerit. sed quia spiritus sanctus est caritas et donum patris et filii et ineffabili dei caritate verbum dei caro factum est. et inestimabili dei dono filius dei sibi univit formam servi. Non quoque frequens de nominatio spiritus sancti ab illo opere patrem vel filium secludit. sed potius uno nominato tres intelliguntur sicut fit sepe in aliis operibus. Unde augustinus super hoc movens questionem in hunc modum determinat eandem in enchiridion inquiens. Cum illam creaturam quam virgo concepit et peperit quamvis ad solam personam filii pertinentem tota trinitas fecerit. Neque enim separabilia sunt opera trinitatis. cur in ea facienda spiritus sanctus solus nominatus est. An et quando unus trium in aliquo opere nominatur universa operari trinitas intelligitur. Ita vere est et exemplis doceri potest.

Audistis questionem propositam. *Quo sensu Christus dicatur conceptus et natus de spiritu sancto.*

Sed non est in hoc diutius immorandum. Illud enim movetur quomodo dictus est Christus natus de spiritu sancto. cum filius nullo modo sit spiritus sancti. Et si ideo dicitur sumus patrem hominis Christi esse spiritum sanctum. ut deus pater verbum genuit. spiritus sanctus hominem. ex qua utraque substantia Christus unus esset et dei patris filius secundum verbum et spiritus sancti filius secundum hominem. quem eum spiritus sanctus tanquam pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit. cum hoc ita absurdum sit ut nulle fidelium aures illud valeant sustinere. Proinde cum fateamur Christum natum de spiritu sancto ex maria virgine. quomodo non sit filius spiritus sancti et sit filius virginis. cum et de illo et de illa sit natus. explicare difficile est. Procul dubio non sit de illo ut de patre. sicut autem de illa ut de matre natus est. Non est autem concedendum quicquid de aliqua re nascitur continuo eiusdem rei filium nuncupandum. Ut enim omittam aliter de homine nasci filium. aliter capillum pediculum lumbricum quorum nil est filius. Ut ergo hec omittam quoniam tante rei deformiter comparantur. certe qui nascuntur ex aqua et spiritu sancto non aque filios eos rite dixerit quispiam. sed dicuntur filii dei patris et matris ecclesie. Sic ergo de spiritu sancto natus est ergo. non omnis qui dicitur alicuius filius consequens est ut de illo etiam natus dicatur esse. Ut illi qui eo aptantur dicuntur filii gehenne non ex illa nati sed ad illam preparati. Cum igitur de aliquo nascatur aliquid et non ita ut sit filius. nec rursus omnis qui dicitur filius de illo sit natus. profecto modus iste quo natus est Christus de maria virgine sit filius et de spiritu sancto non sic filius. insinuat nobis gratiam dei qua homo nullis precedentibus meritis in Christo exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularetur in tantam persone unitatem. ut idem esset filius dei qui filius hominis. et filius hominis qui filius dei. et sic in natura humane

susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, quae nullum permitteret admittere peccatum. Quae gratia ideo per spiritum sanctum significata est, quia ipse proprie sic est deus ut dicatur etiam dei donum. Proinde sicut de spiritu sancto esse natum Christum dicitur, quid aliud quam ipsa gratia demonstratur, qua modo mirabili et ineffabili modo verbo dei est adiunctus atque conjunctus, et divina gratia corporaliter repletus? Potest et dici Christus secundum hominem ideo natus de spiritu sancto quia eum fecit. Quoniam enim homo est et ipse factus est, ut ait apostolus. Conceptus quoque et natus de spiritu sancto esse dicitur, non quia spiritus sanctus fuerit virgini pro semine, non enim de substantia spiritus sancti semen partus accepit; sed quia per gratiam dei et operationem spiritus sancti de carne virginis est assumptum quod verbo est unitum. Et in evangelio secundum hanc intelligentiam legitur de Maria, quod inventa est in utero habens de spiritu sancto. Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans in secundo libro de spiritu sancto ait: Quod ex aliquo est, aut ex substantia aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius qui a patre, et spiritus sanctus qui a patre filioque procedit. Ex potestate autem, sicut ex deo omnia. Quomodo ergo et in utero habuit Maria ex spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo spiritus sanctus in carnem et ossa conversus est. Non utique. Si vero quasi ex operatione et potestate eius virgo concepit, quis neget spiritum sanctum dominicae incarnationis auctorem?

Quare apostolus dicat Christum factum cum nos fatemur esse natum.

Sed quaeri potest, cum nos salvatorem profiteamur natum, quare apostolus eum factum dicat ex semine David, et alio loco factum ex muliere, cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significatur hoc verbo. Quare? Nonne quia non humano semine concreata est caro domini in utero virginis et corpus effectum, sed effectu et virtute spiritus sancti. Ideo apostolus dicit factum, non natum. Aliud enim est semine admixto et sanguinis coagulo generare. Aliud est non per admixtionem sed virtute potentiae, sicut homines generare filios homines sed non facere. Ecce quare dixit apostolus factum et non natum. Haec eius scilicet nativitas quae fuit sine viri semine, nec simul peracta cum quae constat seminum commixtione. Ideo autem cum factum diceret, addidit ex semine David, quia etsi non intercessit semen hominis hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est quae constat ex semine, recte dicitur quia factus est.

Si persona vel natura personam vel naturam assumpserit, et si natura dei incarnata sit.

D V

Praeterea inquiritur, cum constet verbum dei carnem et animam simul assumpsisse in unitatem personae, quid horum potius concedendum sit, scilicet quod persona personam vel naturam, vel natura personam vel naturam assumpserit; et an concedendum sit divinam naturam esse incarnatam, sicut deus incarnatus et verbum incarnatum sane dicitur. Hanc inquisitionem sive inquirendi occasionem ingerunt sanctorum auctorum testimonia, partim implicata atque perplexa, partim vero explicata et aperta. Certum est enim et sine ambiguitate verum quod non personam natura nec persona personam, sed persona naturam assumpsit. Quod sanctorum sententiis comprobatur testimoniis et astruitur documentis. Ait enim Augustinus in libro de fide ad Petrum: Deus unigenitus dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex virgine, et cum nasceretur, integritatem virginitatis servavit in matre. Et paulo post: Hic deus humanam naturam in unitatem personae accepit, quam etiam humilians per misericordiam in corpore virginis verum ex ea nasciturus implevit. Formam ergo servi, id est naturam servi, in suam accepit ille deus personam. Item deus non verbum accepit personam hominis sed naturam. Item dei filius unigenitus ut carnem hominis animamque mundaret, susceptione carnis animaeque rationalis incarnatus est. His aliisque

pluribus auctoritatibus evidenter ostenditur nec personam personam nec naturam naturam accepisse. De quarto vero questionis articulo, utrum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa inter doctos questio est. Quia in hoc plurimum dissentire videntur qui auctoritate pollent aliis doctores et exercuerunt in sacra pagina, verum etiam alii ab aliis verum etiam idem a se ipsis dissonare videntur. Sicut subiecta capitula docent. Legitur in concilio Toletano VIII: Traditum sit solum verbum caro factum esse et habitasse in nobis, cum tota trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Solum tamen filius accepit hominem in singularitatem persone, non in unitatem divine nature, id est in proprium illud quod est proprium filii, non quod commune est trinitati. Item ex concilio Toletano XI: Unum sane credimus deum patrem et filium et spiritum sanctum, non tamen dicimus ita huius trinitatis unitatem Mariam virginem genuisse, sed tantum filium qui solus naturam nostram in unitatem sue persone assumpsit. Incarnationem quoque huius filii dei tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius formam servi accepit in singularitate persone. His insinuari videtur quod persona tantum naturam, non natura naturam assumpserit. Sicut quod commune est trinitati non accepit hominem, quia non natura divina, que communis est tribus personis. Cui videtur obviare quod Augustinus ait in libro de fide ad Petrum: Sed divinitas Christi aliena est a natura patris secundum quod in principio erat verbum, nec humanitas eius aliena est a natura matris secundum id quod verbum caro factum est. Illa vero natura que semper genita manet ex patre naturam nostram sine peccato suscepit ut nasceretur ex virgine. Hic autem videtur dici quod divina natura humanam suscepit. Ubi vehementer moveri possumus, quia eam genitam eternaliter expresse dicit, nisi forte naturam pro persona accipiat. Alioquin si dixerimus naturam tribus personis communem genitam esse, occurrit nobis ex adverso quod in tractatu de trinitate diximus, naturam non naturam, sed personam personam genuisse. Quia si natura naturam genuisset, cum una eademque sit natura trinitatis, eadem res se ipsam genuisset, quod Augustinus posse fieri negat. Sed alibi certum reperimus documentum quo natura naturam assumpsisse monstratur. Ait enim Augustinus in I libro de trinitate: Et in ipso Christo minor factus est formam hominis accipiens. Nec ita accepit formam servi ut amitteret formam dei in qua erat equalis patri, ut in forma servi et forma dei idem ipse sit unigenitus filius patris. Qui formam dei accepit formam servi. Sicut autem forma dei formam servi accepit, sine dubio natura naturam accepit. Forme enim nomine natura significatur, ut Augustinus docet evidenter in libro de fide ad Petrum: Cum in quo de Christo audis quod in forma dei erat, oportet te agnoscere firmissime tenere in illo forme nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma dei erat, quia in natura dei patris semper erat de quo natus erat. Hylarius quoque in libro XII de trinitate ait: Esse in forma dei non alia intelligentia est quam in dei manere natura. Ecce didicisti nomine forme intelligentiam nature, et audisti quod forma dei formam servi accepit. Unde consequens est quod natura divina naturam humanam susceperit. Quod etiam Ysidorus in explanatione fidei evidenter insinuat inquiens: Passus est filius dei non putative, sed vere, secundum illud passus quod pati poterat, id est non secundum illam naturam que assumpsit, sed secundum illam que assumpta est. Ex quo apparet divinam naturam assumpsisse humanam. Ex his autem Augustini supra positis, adhibita diligentia, innuitur solum verbum carnem factum et naturam solum suscepisse humanam et divinam naturam eandem accepisse.

Hac enim trinitas sibi reconciliauit nos per hoc quod solum uerbum carnem ipsa trinitas fecit. In quo sit ueritas inconmutabilis naturarum diuine humaneque nature, ut sicut uera semper est eius diuinitas quam de patre habet, sic uere semper atque inconmutabiliter eius sit humanitas quam sibi unitam summa diuinitas gerit. Ecce et solum uerbum dixit carnem factam et humanitatem diuinitati unitam. Idem etiam superius dixit seruilem formam a solo filio susceptam quam tota trinitas fecit. Iam facile est agnoscere quam diuersa et multiplicia super questione proposita auctores tradiderunt. Sed posteriores ea legentes uarias atque contrarias expositionis occasionem sumentes protulerunt sententias. Nos autem omnis mendacii et contradictionis notam a sacris paginis secludere cupientes, ortodoxis patribus et catholicis doctoribus nullaque praue intelligentie suspicione notatis consentimus dicentes et personam filii assumpsisse humanam naturam, et naturam diuinam humane nature in filio unitam eamque sibi uniuisse uel assumpsisse, unde et uere incarnata dicitur. Quod uero dicitur solus filius formam serui accepisse, per hoc non excluditur diuina natura ab acceptione seruilis forme, sed alie due persone, scilicet pater et spiritus sanctus. Idem et illud aliud, scilicet id quod est proprium filii, non quod commune est trinitati, hominem accepit; sic oportet intelligi, id est proprie in ypostasi filii, non in tribus communi personis, diuina natura humanam naturam sibi uniuit. Cuius sensus ex uerbis Iohannis damasceni confirmatur, qui totam diuinam naturam in una ypostasium incarnatam esse euidenter asserit, dicens: In humanatione dei uerbi dicimus omnem et perfectam naturam diuinitatis in una eius ypostaseon incarnatam esse, id est humane nature unitam, et non partem parti. Omnem enim humane nature dicimus esse unitam omnem deitatis naturam uel substantiam. Idem: eademque est natura in singulis ypostasibus, id est personarum; et quando dicimus naturam uerbi incarnatam esse secundum beatos Athanasium et Cyrillum, diuinitatem dicimus esse unitam carni, et unam naturam dei uerbi incarnatam confitemur. Verbum autem et quod commune est substantie possidet, et quod proprietatis est habens ypostaseon, id est persone. Ex his manifeste ostenditur quod natura diuina incarnata est, unde et eadem uere dicitur suscepisse humanam naturam.

An diuina natura debeat dici caro facta.

Sed queritur utrum diuina natura debeat dici caro facta, sicut uerbum dicitur factum caro. Si enim idem est incarnari quod est carnem fieri, uidetur posse ita debere dici quod sit caro facta sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus quod nusquam illud dictum sacra scriptura reperitur. Et ex eadem intelligentia accipitur qua cum dicitur incarnata. Sed quia illud auctoritas subticuit, atque locutionis modum inusitatum uidetur facere expressionem si natura diuina diceretur caro facta, melius hic silere puto uel negare quam temere asserere, ne illud dicatur conuertibilitas nature in naturam significari putetur. Ex premissis indubitanter constat quod persona uerbi siue natura hominis, scilicet carnem et animam, assumpsit, sed non personam hominis. Sed et diuina natura hominis naturam accepit; quare non dicitur facta homo uel esse homo sicut dicitur uerbum dei, id est quod dicitur persona quod dei filius dicitur factus homo uel esse homo, non solum quia hominem assumpsit, sed quia ipsum in unitatem et singularitatem sui, id est persone, accepit. Natura autem diuina hominem quidem accepit, id est hominis formam sibi uniuit, sed non in singularitatem et unitatem sui. Seruata enim proprietate ad distinctionem duarum naturarum persone singularitas extitit. Sed non sic dicitur diuina natura esse homo uel facta homo sicut dei filius. Quidam tamen contendunt

Utrumque concedunt.

Quare non accepit personam hominis cum hominem acceperit.

Verbo vero non personam hominis assumpsit. quia caro illa et anima illa non erant unite in unam personam quando assumpserunt, quia non ex illis constabat persona quando illis personatum verbum est. Nam etsi invicem sint unita simul cum verbo unita sunt. Altera tamen unione invicem unita sunt illa duo scilicet anima et corpus. alia unione verbo unita sunt. quia alia est unio anime illius ad carnem, alia est unio verbi ad animam illam et carnem. Non ergo accepit verbum dei personam hominis sed naturam. quia non ex carne illa erat anima illa una composita persona quam verbum accepit, sed accipiendo univit et uniendo accepit. Sicut a quibusdam opponitur quia persona assumsit personam. persona enim est substantia rationalis individue nature. hec autem est anima. Ergo si animam assumpsit et personam. Quod ideo non sequitur. quia anima non est persona quando alii rei est unita personaliter. sed quando per se est. absoluta enim a corpore persona est sicut angelus. Illa autem anima numquam fuit quin esset alii rei coniuncta. Forte non ea assumpta persona est assumpta. Alteri quoque nituntur probare verbum dei assumpsisse personam quia assumpsit aliquem hominem. assumpsit enim hominem ihesum christum. ergo aliquem hominem. Qui autem hominem ihesum christum assumpserit Augustinus in expositione simboli sic anathemate tradit dicens. Si quis dixerit atque crediderit hominem ihesum christum a filio dei assumptum non fuisse anathema sit. Qui et in pluribus scripture locis hiis utitur locutionibus. Iste homo a verbo dei est assumptus. ille homo factus est christus. et propheta de homine christo loquens deo ait. Beatus quem elegisti et assumpsisti. Ex quibus consequi videtur quod aliquis homo sit assumptus a verbo et ita persona aliqua sit assumpta. sed quia hoc nephas est dicere, auctoritates premisse locutiones eisque similes secundum hanc intelligentiam accipi sane debeant ut homo christus scilicet homo ille scilicet quidam homo dicatur assumptus a verbo scilicet unitus verbo. non quod hominis persona sit assumpta vel unita verbo. sed quia anima illa et caro illa assumpta sunt et unita verbo in quibus subsistit persona dei et hominis. ut ad hominis naturam non ad personam respicias cum assumptum vel unitum vel quidam vel aliquem in huiusmodi locutionibus scriptura commemorat. Quod etiam cum queritur secundum auctoritates predicta an aliquis vel quidam homo sit assumptus a verbo vel unitus verbo sine distinctione intelligentie non est hic reddenda responsio. quando multiplex premissa est questio. sed instantie querentis ita determinate. si de hominis persona queris. respondeo non. si de hominis natura dico est.

D VI

De intelligentia harum locutionum deus factus est homo. deus est homo. an his locutionibus dicatur deus factus esse aliquid vel non.

Ex premissis autem emergit questio plurimum continens utilitatis. sed nuncium difficultatis atque perplexitatis. Cum enim constet ex predictis talibus pluribus testimoniis omnisque catholici unanimiter fateantur deum esse factum hominem et christum verum deum esse et verum hominem. queritur an his locutionibus deus factus est homo, filius dei factus est filius hominis, deus est homo et homo est deus, dicatur deus factus esse aliquid vel esse aliquid vel aliquid dicatur esse deus, et an ita conveniat dici homo factus est deus et filius hominis factus est filius dei. sicut econverso dicitur. Et si hiis locutionibus non dicitur deus factus esse aliquid vel esse aliquid. que sit intelligentia harum locutionum et similium. In huius profunditatis reseratione et scrupulose questionis expositione plurimum differre sapientes inveniuntur.

Quorundam sententiam refert.

Aliqui enim dicunt in ipsa verbi incarnatione hominem quendam ex anima rationali et humana carne constitutum, ex quibus duobus omnis verus homo constituitur, et ille homo cepit esse deus non quidem

natura Dei, sed et ibi Deus coepit esse homo ille. Concedunt etiam hominem illum assumptum a Verbo et unitum Verbo, et tamen esse Verbum. Et eadem ratione tradunt Deum esse factum hominem, id est esse hominem, quia Deus factus est, id est coepit esse quaedam substantia ex anima rationali et humana carne subsistens, et illa substantia facta est, id est coepit esse Deus. Non tamen de migratione naturae in naturam, sed utriusque naturae servata proprietate factum est, ut Deus esset illa substantia et illa substantia esset Deus. Unde vere dicitur Deus factus est homo, et homo factus Deus, et Deus est homo et homo Deus, et Filius Dei filius hominis et e converso. Cumque illum dicant hominem ex anima rationali et humana carne subsistere, non tamen fatentur ex duabus naturis esse compositum, scilicet divina et humana, nec illius esse partes duas naturas, sed animam tantum et carnem. Et ne de suo sensu tantum loqui putentur, hanc sententiam pluribus muniunt testimoniis. Ait enim Augustinus in libro De Trinitate: Cum legitur Verbum caro factum est, in Verbo intelligo verum Dei Filium, in carne agnosco verum hominis filium, et utrumque simul in unam personam Deum et hominem ineffabili largitate gratiae coniunctum. Item in Enchiridion: Christus Iesus Dei filius de Deo est; homo autem natus est de Spiritu Sancto ex virgine Maria. Utraque substantia, divina scilicet et humana, Filius est unicus Dei Patris omnipotentis, de quo procedit Spiritus Sanctus, scilicet utrumque unus, sed aliud propter Verbum, aliud propter hominem. Non duo filii Deus et homo, sed unus Dei Filius: Deus sine initio, homo a certo initio. Item in eodem: Quid natura humana in homine Christo meruit, ut in unitatem personae unici Filii Dei singulariter assumpta esset? Quae bona voluntas, quae bona opera praecesserunt quibus mereretur iste homo una fieri persona cum Deo? Numquid antea fuit homo, et hoc ei singulare beneficium praestitum est ut singulariter promereretur Deum? Nempe ex quo homo esse coepit, non aliud coepit esse homo quam Dei Filius, et hoc unicus, et propter Deum Verbum quod illo suscepto caro factum est, utique Deus; ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis et caro, ita sit Christus una persona, Verbum et homo. Idem super Iohannem: Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est Patri, et humanam qua minor est Patre. Utrumque autem simul non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, sed Trinitas. Deus ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis et caro. Idem in libro De praedestinatione sanctorum: Ille homo ut a Verbo Patri coaeterno in unitatem personae assumptus Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit? Quod bonum eius quodcumque praecessit ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Faciente ac suscipiente Dei Verbo ipse homo ex quo esse coepit, Filius Dei unicus esse coepit. Item: Hominum quicumque in gratia fit christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus. Idem in libro XIII De Trinitate: Gratia Dei nobis in homine commendatur Christo, quia nec ipse ut tanta in unitate cum illo coniunctus una cum illo persona Filius Dei fieret, ullis eam praecedentibus meritis assecutus est; sed ex quo homo coepit esse, ex illo est et Deus. Unde dictum est: Verbum caro factum est. Hilarius quoque in X libro De Trinitate ait: Non ambigimus esse Deum Verbum, neque rursum filium hominis ex anima et corpore constitisse ignoramus. His aliisque auctoritatibus utuntur qui hominem quendam ex anima rationali et carne compositum Deum factum dicunt, sed gratia, non natura. Sola enim gratia habuit ille homo, non meritis vel natura, ut esset Deus seu Dei Filius. Et habet omnem scientiam et potentiam quam habet Verbum, cum quo est una persona. Neque tamen in superioribus legitur quod homo ille fit una persona cum Verbo et sit ipsum Verbum, sed etiam quod anima rationalis et caro eadem sit persona et Christus sit et Deus.

Aliorum sententia.

Sunt autem et alii qui istis in parte consentiunt

Sed dicunt hominem illum non ex anima rationali et carne tantum, sed ex humana et divina natura, id est ex tribus substantiis, divinitate, carne et anima constare; et hunc Christum fatentur, et unam personam tantum esse ante incarnationem non solummodo simplicem, sed in incarnatione factam compositam ex divinitate et humanitate. Nec est ideo alia persona quam prius, sed cum prius esset Dei tantum persona, in incarnatione facta est et hominis persona; non ut duae essent personae, sed ut una et eadem esset persona Dei et hominis. Persona ergo quae prius erat simplex et in una tantum natura existens, in duabus et ex duabus consistit naturis; et persona quae tantum Deus erat, facta est etiam verus homo subsistens non tantum ex anima et carne, sed etiam ex divinitate. Nec tamen persona illa dicitur facta persona, quamvis dicatur facta persona hominis. Facta est ergo illa persona, ut quibusdam placet, quiddam subsistens ex anima et carne. Sed non est facta persona, ut [illegible] natura increatum, est ille subsistens compositus, increatum autem ibi simplex. Unde Augustinus in libro sententiarum Prosperi ait: Quod in omnibus comprobare contendimus, sacrificium ecclesiae duobus constare, duobus confici, visibili elementorum specie et invisibili Domini nostri Iesu carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi, sicut persona Christi constat et conficitur ex Deo et homine, cum ipse Christus verus sit Deus et verus homo. Quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus conficitur. Item idem Iohannes Damascenus: In Domino nostro Iesu Christo duas quidem naturas cognoscimus, unam autem hypostasim ex utrisque compositam. Incarnatus est ergo Christus ex virgine, assumens primitiam nostrae massae, ut ipsa extiterit in carne hypostasis, quae Dei Verbi hypostasis composita facta fuit, quae prius simplex erat Verbi hypostasis; composita vero ex duabus naturis perfectis, deitate et humanitate, et ferens ipsa divinae Dei Verbi filiationis characteristicum et determinativum idioma, scilicet quo divisa est a patre et spiritu sancto, et carnis characteristica et determinativa idiomata, secundum quae differat a matre et reliquis hominibus. Item: Unam hypostasim filii Dei confitemur in duabus naturis perfecte se habentibus, divinitatis et humanitatis, et incarnatam eandem hypostasim, et duas naturas custodire et manere in Christo post unionem, non seorsum et secundum partes ponentes singulas, sed unitas invicem et unam hypostasim compositam. Substantialem enim dicimus unionem, scilicet veram, et non secundum fantasiam; substantialem autem, non duabus naturis perficientibus alterutrum, scilicet unam compositam naturam, sed unitas invicem in unam hypostasim compositam filii Dei, et manere eandem substantialem differentiam determinamus. Quia creabile mansit creabile et increabile increabile, et mortale mortale et immortale immortale, et circumscriptibile circumscriptibile et incircumscriptibile incircumscriptibile. Et haec quidem [illegible]. Item Augustinus in libro de trinitate ait: Quemadmodum secundum divinitatem unius est patris filius, quia natura [illegible] et humanitatem eandem est matris filius, natura ex utraque substantia divinitatis et humanitatis unus atque idem est Deus Dei et hominis filius Iesus Christus, ut Deus verus. Item in libro xiii de trinitate ait: Sic Deo coniungi potuit humana natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona, ac per hoc iam ex tribus: Deo, anima et carne. His aliisque pluribus auctoritatibus se muniunt qui dicunt personam Christi compositam esse vel factam, sive constare ex duabus naturis sive ex tribus substantiis. Tertia aliorum sententia.

Sunt etiam alii qui in incarnatione Verbi non solum personam ex naturis compositam negant, verum etiam hominem aliquem sive etiam aliquam substantiam ibi ex anima et carne compositam vel factam diffitentur, sed sic illa duo, scilicet animam et carnem

verbi persone vel nature unita esse. Animus enim non
ex illis duobus vel ex his tribus quasi substantialis
persona fieret sive componeretur, sed ex illis duobus
velud indumento verbi dei vestiretur ut mor-
talium oculis congruenter appareret. Qui ideo
dicitur factus verus homo quia veritatem carnis
et anime accepit. Que duo etiam in singularitatem
vel unitatem sue persone accepisse legitur, non
quia illa duo vel alia res ex illis composita sit u-
na persona cum verbo vel sit verbum, sed quia istis
duobus accedentibus verbo non est personarum nume-
rus auctus ut fieret quaternitas in trinitate, et
quia ipsa persona verbi que erat prius sine indumento
assumptione indumenti non est divisa vel
mutata, sed una eademque immutata perman-
sit. Qui secundum habitum deum factum ho-
minem dicunt: accipiendo enim hominem
dictus est deus factus homo, et ipse acceptum ho-
minem dicitur deus verus esse homo et ipse assumentem
dominum dicitur homo deus esse. Si enim sic essencialiter in-
quiunt illi deus esse homo vel homo esse deus intel-
ligeretur, tunc si deus hominem assumpsisset
in sexu muliebri et mulier essencialiter deus esset
et econverso. Ac potuit deus assumpsisse hominem
in sexu muliebri: potuit ergo mulier esse deus et econverso.

Nec autem isti de suo **Auctores inducunt quibus
inniti videatur hec sententia roboratur.**
testimoniis in medium productis que dicunt con-
firmant. Ait enim Augustinus in libro de gratia novi tes-
tamenti: Sicut non augetur numerus personarum cum
caro accedit anime ut sit unus homo, sic non au-
getur numerus personarum cum homo accedit verbo
ut sit unus Christus. Legitur etiam deus homo ut intelliga-
mus huius persone singularitatem, non sus-
picemur in carnem mutatam divinitatem.

**Non ut suspicemur in carnem mutatam
divinitatem.** Idem quoque tractans illud verbum
apostoli habitu inventus ut homo manifeste
ostendit deum dici factum esse hominem et
esse hominem secundum habitum in libro lxxxiii questionum.

commutata maneret. Quattuor modis habitum
dicimus: vel habitum animi sicut discipline per-
ceptionem usu firmatam, vel habitum corporis
sicut dicimus alium alio validiorem, vel habitum eo-
rum que membris accommodantur extrinsecus, ut
cum dicimus aliquem vestitum calciatum
et huiusmodi. In quibus omnibus generibus manifestum est
in ea re dici habitum que accedit alicui ita ut
eam possit et non habere. Hoc autem nomen dictum est
ab illo verbo quod est habere. Habitus ergo in ea re dicitur
que nobis ut habeatur accedit. Interest tamen hoc inter,
quia quedam eorum que accedunt ut habitum faciant
non mutantur, sed ipsa mutant in se integra
et inconcussa manentia. Sicut sapientia acce-
dens homini non ipsa mutatur sed hominem
mutat quem de stulto sapientem facit. Quedam
vero sic accedunt ut mutent et mutentur, ut cibus
qui amittens suam in corpus intratur et nos refecti
cibo ab exilitate atque langore in robur atque
valentiam mutamur. Tercium genus est cum
ea que accedunt non mutant ea quibus accedunt
nec ab eis ipsa mutantur, sicut anulus positus in
digito, quod genus rarissime invenitur. Quartum
genus cum ea que accedunt mutantur non a sua
natura sed aliam speciem et formam accipiunt,
ut est vestis que deiecta atque deposita non habet
eam formam quam sumit induta et membris
accipit formam quam non habebat exuta. Quo genere con-
gruit huic comparationi: Deus enim filius semetip-
sum exinanivit non formam suam mutans
sed formam servi accipiens. Neque conversus aut
transmutatus in hominem amissa incommutabili
stabilitate, sed in similitudine hominum factus est
ipse susceptor verum hominem suscipiendo et
habitu inventus est ut homo, id est habendo hominem inventus
est ut homo non sibi sed eis quibus in homine apparuit.
Quod autem dicit ut homo veritatem exprimit.
Hominem ergo habitus fecit significavit apostolus qui ait
in similitudinem hominum factus, quia non
transfiguratione in hominem sed habitu factus est

cum indutus est hominem quem sibi uniens quo-
dammodo atque conformans immortalitati eternitati-
que sociaret. Non ergo est intelligi mutatum esse
uerbum susceptione hominis sicut nec membra
ueste induta mutantur. Quamuis illa susceptio
ineffabiliter susceptum suscipienti copularet.
huius uerbis aperte innuere uidetur Augustinus deum dici fac-
tum hominem secundum habitum. Quod et Ambrosius
incarnationis modum uolens exprimere querен-
tibus in .iiii. li. de tri. ait. Si queratur ipsa incarnatio
quomodo facta sit, ipsum uerbum dei dico carnem
factum .i. hominem factum. Non tamen hoc quod factum
est conuersum atque mutatum sed carne ut car-
nalibus congruenter appareret indutum. Ita
sane factum ut in se sit non tantum uerbum dei et hominis
caro, sed et hominis rationalis anima atque hoc
totum et deus dicatur propter deum et homo propter hominem.
Quod si difficile intelligitur mens fide purgetur
a peccatis abstinendo et bona operando. Diffici-
lia enim sunt hec. Idem in li. de fi. ad p. Dei
filius cum sit deus eternus et uerus pro nobis factus
est homo uerus quia ueram habet deus ille humanam
naturam. In eo uero quia et carnem humanam
suscepit et animam rationalem. Item. Non aliud
fuit illa dei summi exinanitio in forme serui
.i. nature humane susceptio. Utraque est ergo in christo forma
quia utraque et uera et plena est: in christo substantia diuina.
Idem in li. contra maximinum. Cum esset per se ip-
sum inuisibilis in homine apparuit uisibilis quem
de femina suscipere dignatus est. Item in eodem.
Nos christum deum uerum et hominem suscepisse credimus
et in christo uisibiliter inuisibilem hominibus ap-
paruisse in christo inter homines conuersatum
fuisse. In christo ab hominibus humana pertulisse.
In christo homines docuisse. Hylarius quoque in x. li. de
tri. ait. Quomodo dicitur filius natus ex ma-
ria nisi quia uerbum caro factum est .s. quia filius dei
cum in forma dei esset formam serui accepit.
unum tamen eundemque non dei defectione sed
hominis assumptione profitemur et in forma
dei per naturam diuinam et in forma serui
ex conceptione spiritus sancti secundum hominis
habitum repertum fuisse. Non fuit habitus
ille primo homo huius sed ut hominis. Neque caro
illa caro peccati sed in similitudine carnis pec-
cati. Audisti tres secundum diuersas positas sen-
tentias et pro singulis inducta testimonia.

Positis sententiis pluribusque testimoni-
is intelligentiam propositarum locu-
cionum exequitur et probat singulas senten-

Secundum tencias in prius et primam.
primam ubi dicitur deus factus est homo
et homo factus deus quia deus cepit esse
quedam substantia rationalis que ante non fuerat
et illa substantia cepit esse deus et hoc gratia non natu-
re uel meritis uirtute. Unde recte dicitur christus in quantum
homo predestinatus esse filius dei. Hinc autem
sententie opponitur. Si illa substantia cepit esse deus
et deus illa quedam ergo substantia est deus que
non semper fuit deus et quedam substantia deus que
non est diuina substantia et deus est aliquid quod non semper
fuit. Quod et illi concedunt origenis testimonio
innitentes qui ait super epistolam ad roma-
nos. Factus est sine dubio id quod prius non erat
sed addidit secundum carnem. Secundum
deum uero erat prius et non erat quando non erat.
Aliis quoque pluribus modis illi sententie potest op-
poni quibus supersedemus exercitationis stu-
dium lectori relinquentes et ad alia prope-
rantes. In secunda uero sententia hec dictionis
ratio uidetur esse ut cum dicitur deus factus
est homo intelligatur cepisse esse subsistens
ex duabus naturis uel tribus substantiis et econuerso homo
factus est deus quia subsistens in duabus
naturis cepit esse deus uel potius homo factus
est deus et econuerso dicitur quod deus assumpsit hominem
et homo assumptus est a deo. Unde augustinus dicit
in li. de tri. Talis fuit illa susceptio que
hominem faceret deum et deum hominem. Su-
natur autem intelligentia cum dicitur deus est homo.

et homo est deus. Dicitur enim deus esse persona subsistens in duabus et ex duabus naturis et persona subsistens ex duabus naturis dicitur esse deus. id est uerbum uel natura diuina. potest enim persona dici persona simplex uel natura deo composita. Non est autem ut ait iohannes damascenus idem dicere naturam uel personam. Isti dicunt Christum esse predestinatum in quantum est homo. id est in quantum est subsistens ex duabus substantiis scilicet anima et carne. Nam in quantum ad naturam diuinitatis non est ipse predestinatus. Non enim in quantum ea uel in ea subsistit predestinatus est. Sed in quantum subsistit in aliis duabus substantiis id est in anima et carne. hoc est in quantum est homo. determinant autem auctores quare pene conueniunt sine et huic inuicem contradicere ut cum legitur homo ille assumptus a uerbo in singularitate persone uel factus una persona cum uerbo de natura humana intelligatur que uerbo unita est in singularitatem persone id est in quantum eadem persona que prius erat et simplex erat in incremento nature et in munera permansit. Sed composita compositus non hoc aliam dicunt esse rationem quam sit in aliis hominibus. Que enim hominis ex duabus aliorum ex duabus substantiis est compositio. Allegant quoque naturam humanam esse personam uel dei filium et fatentur unum eundemque dicentes esse hominem et deum et filium hominis et filium dei et unum et idem non aliud et aliud sicut nec alium et alium. Sed his uidentur aduersari que subditis continentur capitulis. Ait enim augustinus super iohannem. aliud est uerbum dei. aliud homo. Sed uerbum caro factum est. id est homo. non enim alia ubi dei quam hominis persona. quod utrumque Christus et una persona. Idem ad felicianum aliud dei filius aliud hominis filius sed non alius. Idem dei filius aliud de patre aliud de matre. Idem in libro de trinitate. Cum filius dei sit et deus et homo. alia substantia deus alia homo. Hec autem in hunc modum determinant. quod cum dicitur aliud

uerbum dei aliud homo non alia substantia deus alia homo. alterius nature significatur Christus esse in quantum est homo et alterius in quantum est deus et aliud non quia est deus et aliud quia est homo. Vt enim iohannes damascenus ait. Inconfuse et inalterabiliter unite sunt ad inuicem nature. Sed diuina distante a propria simplicitate. humana autem conuersa in diuinitatis naturam aut in non existenciam diuisa. Sed ex duabus una facta composita natura. Composita enim natura neutri earum ex quibus componitur naturis homousia id est consubstantialis esse potest ex alteris perficiens alterum ut corpus ex iiii elementis compositum nec ignis nominatur nec aer nec terra nec aqua nec horum aliud homousion dicitur. Si igitur secundum hereticos Christus unius nature composite post unionem extitit. Ex simplici natura conuersus est in compositam. et neque patri simplicis nature existenti neque matri que homousios et neque deus neque homo denominatur sed Christus solum. et erit hoc nomen Christus non persone proprium nomen sed unius secundum ipsos composite nature. Nos autem Christum non ut unius composite nature dogmatizamus. et hoc nomen scilicet Christus persone dicimus non monotropos uno modo dictum. sed duarum naturarum esse significatiuum. scilicet diuinitatis et humanitatis. Ex diuinitate autem et humanitate deum perfectum et hominem perfectum eundem et esse et dici ex duabus et in duabus naturis confitemur. Sic ergo dicitur alius esse filius dei alius filius hominis quia alterius est substantie uel nature in quantum filius dei. alterius in quantum est filius hominis. et non quia filius ipse dei et hominis sit duo. illa diuisa id est due diuise nature. Aperte hilarius in x. libro de trinitate ait cum non aliud sit filius hominis neque aliud filius dei. Verbum enim caro factum est. et cum qui filius dei est ipse et hominis sit filius. require quis in hoc filius hominis glorificatus sit. Euidenter dicit non aliud esse filium dei et aliud filium hominis ex quo premissa roboratur et approbatur

determinatio. Vbi dictum est utrumque Christus est
et una persona. Coniecere potest lector sic et illud quod Augustinus
ait in libro de trinitate. Quia forma dei formam servi
accepit utrumque deus propter accipientem deum et
utrumque homo propter acceptum hominem. Et illud quod
idem ait in libro de bono perseverantie. Quod fidelis est in ea
ipsam naturam humanam credit susceptam
a deo verbo in singularitatem ut qui suscepit et quod
suscepit una esset in trinitate persona. Assumptione illa
ineffabiliter faciente persone unius in deo et ho-
mine veritatem. Si autem qui suscepit et quod sus-
cepit una est persona. Quia natura humana cum verbo
una est persona. Sed hec omnia ex tali sensu dicta fo-
re tradunt ut utrumque dicatur esse Christus et una persona.
Quia in utroque unus et una persona subsistit. Ita et
susceptum cum suscipiente dicitur una persona esse.
Quia susceptum suscipienti est sociatum in uni-
tate persone. id est ita ut unitas persone permanserit. Et non
ut caro et anima sint deus. Quia ut ait Ieronimus verbum
verbum est deus non caro assumpta. Et Ambrosius in
libro III. de trinitate de spiritu sancto ait. Aliud est quod assumpsit
et aliud quod assumptum est. Est autem et aliud
quod huic sententie plurimum videtur obvia-
re. Ait enim Augustinus in libro I. contra Maximinum. Christus
una persona est geminae substantiae. Quia et deus et homo est.
Nec tamen deus pars huius persone dici potest. Alioquin filius dei
deus antequam susciperet formam servi non
erat totus. et crevit cum homo divinitati
eius accessit. Ecce hic dicit non esse partem
illius persone. Unde videtur illa persona non con-
stare ex deo et homine. Ad quod est illi dicunt
illam personam non ita constare ex deo et ho-
mine quasi totum ex partibus. In eum partes
alicuius totius conveniunt ut ex illis quod
erat constituatur. Non autem sic humana
et divina natura in Christo uniuntur. Inex-
plicabilis enim est istius unionis que non
est per partem. Quidam tamen nomine dei ibi
personam significari putant quia de tribus a-
gebat personis. quarum nullam in trinitatis esse
partem dicebant. Sic persona ista persone non est. Dicitur
quod si de persona intelligitur manifestum est. Quia
persona non est pars persone posita est. Diligenter secundam
sententiam tenens explanatio est. in nullo si modo
obviant auctoritates. Iuxta tertiam sententiam in dicte que iam
consideranda est. in primis. Iuxta tertiam sententiam sic dicitur. Deus factus homo
quia hominem accepit. et sic dicitur deus esse homo.
quia hominem habet. Vel quia habens hominem et homo
factus est deus quia assumptus est a deo et homo
deus est quia habens hominem deus est. Cum ergo deus
est homo vel factus predicatur vel persona secundum
humanitatem. persona et quia persona humanata predicetur.
Cassiodorus ostendere videtur dicens factus est
ut in dictum humanatus deus qui est in assump-
tione carnis deus esse non desistit. Verum tamen na-
ture accipi potest. Dicatur deus factus humanatus
vel Christus factus est deus humanatus. Utrumque
enim sane dici potest. Cum ergo dicitur factus
est deus homo multiplex secundum istos
sit intelligentia ut naturam humanam
vel accepisse vel humanatum verbum esse
incepisse intelligatur. Nec tamen si incepit esse
humanatum verbum ideo sequitur quod incepit esse
verbum. Nec si deus factum est humanatum
verbum sequitur quod factus sit verbum. Sic de
aliquo dicitur. Hodie iste cepit esse bonus homo vel factus
est bonus homo. nec tamen hodie cepit esse homo
vel factus est homo. **Quo sensu secundum**
Post predicta istos dicatur predestinatus.
Requiri etiam vero de natura divina con-
cedentibus sic
Secundum istos dicitur Christus secundum quod
est homo predestinatus esse filius dei quia
predestinatus a deo ab eterno et in tempore
collatum est ei per gratiam ut ipse ens homo
sit filius dei. Hoc tamen non semper habuit sed in tempore
per gratiam accepit. quod videtur Augustinus notas-
se in libro I ad Simplicianum et Hylarium dicens. Predestinatus
destinatus est Ihesus ut qui futurus erat secundum
carnem filius David esset in virtute filius dei. D VIII

hic est cum dicitur christus minor patre. et quod homo secundum
habitum sic intelligitur dictum. id est in comparatione
habens hominem unitum. Vnde augustinus in i.
libro de trinitate. deus filius deo patri natura est equalis.
habitu minor. In forma enim serui minor est
patre. in forma dei equalis patri. Ecce quod secundum
habitum accipienda est incarnationis ratio.
Ideo deum humanatum non hominem
deificatum dici tradunt. Vnde iohannes damas-
cenus. non hominem deificatum dicimus
sed deum hominem factum. Quod non de-

Et licet dicatur beat dici homo dominicus.
christo deus non tamen congrue dicitur homo
dominicus. Vnde augustinus in libro retractationum. non
uideo utrum recte dicatur homo domini-
cus qui est mediator dei et hominum christus
ihesus cum sit utique dominus. hoc autem
ut dicerem apud quosdam legi tractato-
res catholicos. sed ubicumque hoc dixi dixisse me
nollem. Postea quippe uidi non esse
dicendum quamuis nonnulla posset ra-
tione defendi. Secundum istos est dicitur persona
filii in duabus et ex duabus existere naturis
secundum adherenciam et inherenciam. altera
ex inherere. et altera inesse. Sed haec quia diligenter
ex intentione diuisorum sententias supposuimus absque
assertione et preiudicio tractauimus quod omnes
prescriptum nolo in tanta re tamque difficili
ad demonstrandum in putare lectorem istam
sed nostram debere sufficere disputationem
sed legat et alia melius forte considerata atque
tractata et ea que hic monere possunt uigilan-
tiorem atque intelligentiorem si potest mente
discutiat. sed firmiter teneat quod hominem
deus assumpsit homo in deum transiuit
non nature uersibilitate sed dei dignatione.
ut nec deus mutaretur in humanam sub-
stanciam assumendo hominem nec homo
in diuinam glorificatus in deum. Que
mutatio uel uersibilitas nature diminutionem

prolatione subde factam. An natura diuina
Post predicta inquiri debeat dici nata de uirgine.
debet utrum de natura diuina concedendum
sit quod de uirgine sit nata sicut dicitur in uirgine in-
carnata. et uidetur uerum quod non debere dici nata
de uirgine cum non sit nata de patre. Que
enim res non est de patre genita. non uidetur de
matre nata. ne rei alia filiationis nomen
habeat in humanitate quod illud non teneat
in diuinitate. Videtur tamen posse probari quod sit na-
ta de uirgine. quia scilicet est deum nasci de uirgine
id est hominem assumere in utero uirginis. cum natura
diuina superius dicta sit hominem assump-
sisse uidetur debere dici nata. De hoc augustinus in libro de
fide ad petrum sic ait. Natura eterna atque diuina
non posset temporaliter concipi et nasci ex natura
humana. nisi secundum susceptionem ueritatis
humane. ueram temporaliter conceptionem
et natiuitatem ineffabili modo diuinitas ac-
cepisset sic est deus eternus uiolatur secundum
tempus conceptus et natus ex uirgine. Ista auc-
toritate insinuari uidetur quod diuina na-
tura sit nata et concepta de uirgine. Sed dili-
genter notandum illa uocis de persona agi intelli-
gitur que sub dubitatione et de patre et
de matre nata esse dici debet. De gemina christi

Solet etiam solus queri utrum natiuitate quibus
debeat dici christus bis natus est. D XI
Genitus ut dicitur dei et hominis filius. ad quod
dici potest christum bis natum esse duasque natiuitates
uel habuisse. Vnde augustinus in libro de ad petrum.
Pater deus de sua natura genuit filium de-
um sibi coequalem et coeternum. Idem quoque
unigenitus deus secundo natus est semel ex
patre semel ex matre. Natus est enim de pa-
tre deus uerbum natus est de matre uerbum
caro factum. Vnus ergo atque idem deus idem dei
filius natus est ante secula et natus in seculo
et utraque natiuitas unius est filii dei diuina scilicet
et humana. De hoc etiam iohannes damascenus ait.

Duas christi nativitates veneramur unam ex patre ante secula que est super causam et rationem et tempus et naturam et unam quoque in ultimis propter nos et secundum nos et super nos. Propter nos quia propter nostram salutem. Secundum nos quia natus est homo ex muliere et tempore conceptionis scilicet novem mensium. Super nos quia non ex semine sed ex spiritu sancto et sancta virgine supra legem conceptionis. Ex his manifeste apparet christi esse duas nativitates eundem vel natum fore.

De ordine humanitatis christi quod eadem sit adoratione adoranda

Praeterea investigari humanitati et divinitati exhibenda. Post utrum caro christi et anima una eademque cum verbo debeant adoratione adorari illa scilicet que latria dicitur. Si vero anime vel carni christi exhibetur latria que intelligitur servitus sive cultus soli creatori debitus. Cum anima christi vel caro creatura tamen sit creature exhibetur quod soli creatori debetur. Ex faciente in ydolatriam deputatur. Ideo quibusdam videtur non illa adoratione que latria est carnem christi vel animam esse adorandam sed illa que est dulia. Cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia que creature cuilibet exhiberi potest. Et est quedam soli humanitati christi exhibenda non alii creature. Quare ergo humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda. Non tamen adeo ut cultus divinitati ei debitus exhibeatur. Qui cultus in dilectione et sacrificii exhibitione atque reverentia consistit. Qui latine dicitur pietas. Grece autem theosebia id est dei cultus vel eusebia id est bonus cultus. Aliis autem placet christi humanitatem una adoratione cum verbo esse adorandum non propter se sed propter illum cuius scabellum est cui est unita. Non ipsa humanitas sola vel nuda sed cum illo cui est unita nec propter se sed propter eum est adoranda. Non quin sic faciat ydolatre reus iudicari potest. Quia nec soli creature nec propter creaturam sed creatori cum humanitate et in humanitate sua servit. Unde Johannes Damascenus ita ait: Due sunt nature christi ratione et modo differentie unite unus secundum

hypostasim. Unus ergo christus est deus perfectus et homo perfectus quem adoramus cum patre et spiritu una adoratione cum incontaminata carne eius non inadorabilem carnem dicentes. Adoratur enim in una verbi hypostasi que hypostasis generata est non creature venerationem prebentes. Non enim ut nudam carnem adoramus sed ut unitam divinitati in unam hypostasim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro christi dei mei simul utraque propter carni unitam deitatem. Non enim quartam appono personam in trinitate sed unam personam confiteor verbi et carnis. Hiis verbis insinuari videtur christi humanitatem una adoratione cum verbo esse adorandam. Unde et Augustinus ait ex sermone domini qui dicit: Non turbetur cor vestrum. Dicunt heretici filium non natura esse deum sed creatura. Quibus respondendum est quod si filius non est deus natura sed creatura nec colendus est omnino nec ut deus adorandus. Omnino dicente apostolo: Coluerunt et servierunt potius creature quam creatori. Sed illi ad hoc replicabunt et dicent: Quid est quod propter carnem eius quam creaturam esse non negas simul cum divinitate adoras et ei non minus quam divinitati deservis? Ego dominicam carnem immo perfectam in christo humanitatem ideo adoro quia a divinitate suscepta et deitate unita est. Ut non alium et alium sed unum eundemque deum et hominem filium dei esse confiteor. Denique si hominem separaveris a deo illi numquam credo sed servio. Velud siquis purpuram vel diadema regale iacens invenerit numquid eam conabitur adorare? Cum ea vero rex indutus fuerit periculum mortis incurrit si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita et in christo domino humanitatem non solam vel nudam sed divinitati unitam scilicet unum filium dei verum

& hominem uerum. siquis adorare contempse
rit eternaliter morietur. Idem super psalmum .xcviii.
ubi dicitur. adorate scabellum eius quoniam sanctum est.
Sciendum quod in xpisto terra est. id est caro que sine impi
etate adoratur. Suscepit enim de terra terram
quia caro de terra est. & de carne marie carnem
accepit. hanc sine impietate a uerbo dei assumpta
adoratur a nobis quia nemo carnem eius
manducat nisi prius adoret. Sed qui adorat non
terram intuetur illum potius cuius scabel
lum est. propter quem adorat. huius auctoribus
premisse inuestigacionis absolucio explicatur.

Solet etiam a quibusdam. *An xpistus secundum quod homo* inquiri an xpistus secundum quod *sit persona uel ali*
homo sit persona uel etiam sit aliquid. Ex cuius *quid*
questionis utraque parte argumenta concurrunt.
Quod enim persona sit. his edisserunt racionibus.
Si secundum quod homo ab est. uel persona est. uel substancia
uel aliud. Si aliud non ergo persona uel substancia. Si substancia est. ergo
racionalis uel irracionalis. Si non est irracionalis
substancia. ergo est racionalis. Si uero secundum quod homo est racionalis
substancia. ergo persona. quia hec est diffinicio persone. substancia racionalis
indiuidue nature. Si ergo secundum quod homo est aliquid
& secundum quod homo persona est & ergo. Si secundum quod homo persona est.
uel etiam in trinitate persona. At si secundum quod homo persona
est tercia in trinitate. ergo deus quarta hoc inconueni
encia & alia. quidam dicunt xpistum secundum hominem
non esse personam. nec aliquid nisi forte secundum sit
expressiuum unitatis persone. Secundum enim multiplicem
hoc habet racionem. Aliquando enim exprimit con
dicionem uel proprietatem nature diuine
uel humane aliquando unitatem persone. aliquando
notat habitum. Aliquando etiam cuius distinc
cionis racionem diligenter lector attendi
cat atque in sinu memorie recondat. ne
eius confundatur sensus. cum de xpisto sermo
occurrerit. Illud tamen non sequitur quod in argumen
tacione superiori inductum est. Quod si xpistus
secundum quod homo est. substancia racionalis ergo persona. Nam & modo
anima xpisti est substancia racionalis. non tamen persona.
quia non est per se sonans. immo alii rei coniuncta.
Illa tamen persone descripcio non est danda pro illis tribus
personis. Sed adhuc aliter intuentur probare xpistum
secundum hominem esse personam. Quia xpistus
secundum quod homo predestinatus est ut sit dei
filius. Et illud est quod ut sit predestinatus est. ergo si pre
destinatus secundum quod homo ut sit filius dei. ad quod di
ci potest xpistum esse id ut sit predestinatus est. Est enim
predestinatus ut sit filius dei quia & ipse iste est fi
lius dei. Sed secundum hominem est predestina
tus ut sit filius dei quia per graciam hoc habet secun
dum hominem non tamen secundum hominem
est filius dei nisi forte secundum unitatis persone sit expres
siuum. Ut sit sensus iste qui est homo est dei filius.
Ut autem iste eius homo sit filius dei per gra
ciam habet. Sed si causa notetur falsum est. Non
enim in quo homo est eo dei filius est. *An xpistus*

Si uero queritur an xpistus *sit adoptiuus filius*
sit adoptiuus filius *secundum quod homo uel*
secundum quod homo siue alio modo. Dicemus *alio modo*
xpistum non esse adoptiuum filium aliquo modo secundum
naturalem. Quia natura filius dei est non adop
cionis gracia. Non sic autem dicitur filius na
tura dei ut dicatur deus natura. Non enim eo
est filius quo deus est. quia proprietate natiuitatis fi
lius. natura diuinitatis deus est. & tamen dicitur
natura uel nature filius quia naturaliter est filius
eandem scilicet habens naturam quam ille qui genuit.
Adoptiuus autem filius non est quia non prius fuit
& postmodum adoptatus est in filium. Sicut
nos dicimur adoptiui filii. Quia cum na
ti fuimus ut filii per graciam sumus facti filii dei.
xpistus uero numquam fuit non filius & ideo non est adop
tiuus filius. Sed ad hoc opponitur sic. xpistus est filius
hominis est. id est uirginis aut gracia aut natura uel
utroque modo. Si uero natura aut diuina aut
humana. Si diuina non ergo aut humana nisi
aut non natura est filius hominis. Si non natura
ergo gracia tamen. Et si est natura humana non
ideo minus per graciam. Si ergo gracia filius

unigenitus est. adoptiuus filius esse uidetur. ut idem sit naturalis filius patris et adoptiuus filius uirginis. Ad quod dicimus quod dici potest christum filium uirginis esse natura uel naturaliter et gratia. non tamen adoptiuus filius uirginis est. Quia non per adoptionem sed per unionem filius uirginis esse dicitur. filius autem uirginis dicitur eo quod in uirgine hominem accepit in unitate persone et hec fuit gratie non nature. Unde Augustinus super Iohannem. Quod unigenitus est equalis patri non est gratie sed nature. Quod autem in unitate persone unigeniti assumptus est homo gratie est non nature. Christus ergo nec dei nec hominis est adoptiuus filius sed dei naturaliter et hominis naturaliter et gratia filius. Quod uero naturaliter sit hominis filius Augustinus ostendit in libro de fide ad Petrum. Ille scilicet deus factus est naturaliter filius hominis qui est naturaliter filius unigenitus dei patris. Quod autem non sit adoptiuus filius et tamen gratia sit filius ex sanctorum probatur testimoniis. Ieronimus super epistolam ad Ephesios ait. de domino christo ihesu scriptum est quod semper cum patre fuit et numquam ut esset uoluntas paterna precessit et ille quidem natura filius est. nos uero adoptione. Ille numquam non filius fuit. Nos antequam essemus predestinati sumus et tunc spiritum adoptionis accepimus quando credidimus in filium dei. Hylarius quoque in libro iii de trinitate ait. dominus dicens. clarifica filium tuum. non solo nomine contestatus est se esse filium sed et proprietate. Nos filii dei sumus sed non talis hic filius. hic enim uerus et proprius est filius origine non adoptione contra Nestorium ueritate non nuncupatione contra Sabellium natiuitate non creatione contra Arrianum. Augustinus etiam super Iohannem ait. Nos filii sumus gratia non natura. Unigenitus autem natura non gratia. an hoc et in ipso filio ad hominem referendum est. Ita sane. Ambrosius quoque in i libro de trinitate ait. christus filius est non per adoptionem sed per naturam. per adoptionem nos filii dicimur. Ille per ueritatem nature est. Ex his euidenter ostenditur christum non sit filius gratia adoptionis sed illa gratia intelligitur. Cum Augustinus eum non esse gratia filium asserit. Gratia enim sed non adoptionis immo unionis filius dei est filius hominis et e conuerso.

Utrum christus secundum quod homo uel natura predestinatus sit.

Deinde inquiritur utrum predestinatio ea sit illa quam commemorat apostolus sit de persona an de natura. Sane dici potest et personam filii que ipsa fuit esse predestinatam secundum hominem assumptum. ut ipsa scilicet eius homo esset dei filius et naturam humanam esse predestinatam ut uerbo patris personaliter uniretur.

Utrum christus sit creatura.

Solet queri utrum debeat christus simpliciter dici creatura atque concedi christum creatum uel factum esse uel creaturam. Ad quod dici potest hoc simpliciter et absque determinatione minus congruenter dici et si quandoque breuitatis causa simpliciter denuntietur. Numquam tamen simpliciter debet. quia ut Augustinus ait in i libro de trinitate cum de christo loquimur quid secundum quid dicatur prudens accipit et diligens lector intelligere debet quia christum ut dei filium non esse factum uel creaturam in i libro de trinitate ostendit ita inquiens. In principio erat uerbum. et uerbum caro factum est et omnia per ipsum facta sunt. Nec dicit omnia nisi que facta sunt. id est omnem creaturam. Unde liquido apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia. et si factus non est creatura non est. Si creatura non est eiusdem cum patre substantie est. Omnis enim substantia que deus non est creatura est. et que creatura non est deus est. Si filius non eiusdem substantie est cum patre ergo facta substantia est. et si facta substantia est non omnia per ipsum facta sunt. facta ergo substantia non est sed una cum patre infecta substantia est. Item in eodem. Si filium fecit pater quem non fecit ipse filius non omnia per filium facta sunt. At omnia per filium facta sunt. Ipse ergo factus non est ut cum patre faceret omnia que facta sunt. Idem in libro lxxxiii questionum. Dicitur creatura quicquid fecit deus pater per filium qui non potest appellari creatura. quoniam per ipsum facta sunt omnia. Ambrosius in i libro de trinitate. Prohibemus inquid creaturam non esse dei filium

audivimus enim in evangelio dominum mandasse discipulis predicare evangelium omni creature. Quod universam creaturam dicit: nullam excepit; et ubi sunt qui creaturam Christum appellant? Nam si creatura esset, quomodo mandaret evangelium predicari; et subiectus esset vanitati, quia testante apostolo: Omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo Christus creatura est, sed creator, qui docente creature discipulis mandavit officium.

De perfidia et pena Arrii.

Arrii hanc fuisse perfidiam legitur, ut Christum creaturam fateretur. Ideo effusa sunt Arrii viscera atque crepuit medius, prostratus in faciem, ea quibus Christum negaverat feda ora pollutus. His aliisque pluribus testimoniis instruimur non debere fateri simpliciter Christum esse factum vel creaturam, sed addita determinatione recte dici potest, scilicet si dicatur factus secundum carnem vel secundum hominem, ut factura humanitati non divinitati tribuatur. Unde Ambrosius ait in libro de incarnatione: Non deus factus est, sed deus dei filius natus est; postea vero secundum carnem homo factus ex Maria est. Qui misit, inquit, deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: filium, inquit, suum, id est non unum de multis. Cum dicit suum, generationis eterne proprietatem significat. Postea factum ex muliere asserit, ut factura non divinitati sed assumptioni corporis ascribatur. Factum ergo ex muliere dicit per carnis susceptionem, sub lege per observantiam legis. Generatio generationi non preiudicat, nec caro divinitati. Deus ergo eternus incarnationis sacramentum suscepit, non divisus sed unus, et in utroque unus, id est divinitate et corpore. Non enim alter ex patre, alter ex virgine, sed idem aliter ex patre, aliter ex virgine. Quod factus est secundum nostre susceptionem nature, non secundum eterne substantiam intellige, quem legimus primogenitum et unigenitum: primogenitum quia nemo ante ipsum, unigenitum quia nemo post ipsum. Ex his evidenter quomodo dicitur intelligentia accipiendum sit, cum dicitur Christus factus vel simpliciter vel cum additamento ut factura, id est vel creatura, non ad assumentem deum sed ad assumptum hominem referatur. Ideo ait creatura esse non potest, ut Ambrosius ait in libro de ... Numquid deo factus est Christus? Numquid mandato creatus est Christus? Quomodo autem in deo creatura esse potest? Etenim deus simplicis nature est, non coniuncte atque composite, cui nil accidat, sed solum quod divinum est in natura sua habens. Christus ergo secundum hominem dicitur esse creatura, non tamen Christus simpliciter predicationis est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominem dicitur esse creatura potest quis progredi sic argumentando: Si secundum quod homo Christus est creatura rationalis vel non, vel quia deus vel non, nitens per hoc probare Christum esse aliquid non divinum, quia ipse est secundum hominem ipse, et ideo si secundum hominem est aliqua substantia non divina, est utique aliquid non divinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio. Illa autem locutio tropica, qua Christus dicitur creatura vel simpliciter vel cum adiunctione.

An homo ille semper fuit vel ceperit esse.

Post predicta queritur utrum ille homo semper fuerit vel ceperit esse. D. XI

Sicut simpliciter enuntiamus Christum vel dei filium semper fuisse nec cepisse. Unde beatus Augustinus in quodam loco super Iohannem: Erat aliquando dei filius qui nondum erat idem ipse hominis filius, et nondum erat homo factus in eodem. Priusquam mundus esset nec nos etiam nec ipse mediator dei et hominum homo Christus Iesus. Idem super psalmum: Christus noster, et si forte homo recens, tamen eternus deus. Alibi vero legitur quod puer ille creavit stellas, et Christus dicit se esse principium et esse ante Abraham. His ergo auctoritatibus in nullo resultantes dicimus hominem illum in quantum homo est cepisse, in quantum verbum semper fuisse. Hic vero absque distinctione veritatis in pluribus locis dicentes per Christum omnia esse facta in quantum verbum. Secundum id vero quod homo, ipsum esse factum et glorificatum. Si igitur ad personam respicias, confidenter dic hominem illum semper fuisse. Si vero ad naturam hominis

concede eum cepisse preter alium hominem deus
Solet queri utrum alium assumere potuit l'
hominem vel aliunde hominem aliunde q̄ de gñe
q̄m de gñe illius adam deus assumere potuit ad-
eo quod sane dici pot̄ ipsam et aliam animam et
aliam carnem assumere potuisse que gr̄a tm̄ as
sumpta ÷ anima illa et caro a ūbo di. ut ait
aug. in reb; p tēp ortus illa summa gr̄a ÷ q hō i
unitate p̄ coniunct ÷ deo. Potuit g deus aliā
animam et aliam carnem sumere et carnē uti;
aliunde q̄m de gñe adam. Vn aug. in li. xiii.
d. t. Poterat utiq deus hominem aliunde ul'
suscipe in quo eēt mediator di et hominū non
de gñe illius adam qui peccato suo obligavit
genus humanum sicut ipm q̄m primo creavit
non de gñe alicui creavit. Poterat g ul' sic l'
alio quo vellet modo creare unum alium de
quo vinceret victor prioris b melius iudicavit
et de ipo q' victum fuerat gñe assumere homi
nem p quem hominis vinceret inimicum et tm̄
ex virgine cuius conceptum spc. s. non caro.
fides non libido prevenit n̄ interfuit carnis con
cupiscencia qua ceti concipiuntur qui origi
nale trahunt peccatum b credendo non concum
bendo facta ÷ fecundata virginitas. Ex his
liquide ostenditur alium et aliunde hominem
deum assumere potuisse si homo ille potuit pec
care. non inmerito queritur care ul' non est deus.
utrum ille homo potuit pecare
et potuit dampnari. Si potuit dampnari po
tuit non eē deus. g si potuit pcare potuit nō
eē deus. Quia eē dm̄ et posse velle iniquitatē
simul eē nequeunt. hic distinctione op' est
utrum de psona an de natura agatur. Si n'
de psona agitur manifestum est q pcare non
potuit n̄ q non eē potuit. si ū de natura distin
guendum ÷ utrum agat de ea ut ūbo unita
an de ea tanq̄m non unita ūbo et tm̄ erit. i.
an de ea secundum q fuit unita ūbo. an de
ea secundum q eē potuit et non unita verbo

Non ÷ enim ambiguum animam illam uni
tam ūbo pcare non posse et ÷ sine ambiguo ūū
eandem si eēt non unita ūbo posse peccare. Qdā
tm̄ conantur pbare et eam unitam ūbo posse pec
care q liberum ar. hēt et i flecti pot̄ in utramq
ptem. Qd frivolum ÷ enim et angli li. ar. habent
et tm̄ gr̄a a deo sunt confirmati quod peccare ne
queant. Quanto mag g ille homo c spc ÷ datus
sine mensura. Inducunt quoq auctem ad pbādū
idem. Scriptum est enim in li. sapientie. Qui
potuit tnsgredi et n̄ ÷ tnsgressus facere malum
et non fecit. S; h accipiendum ÷ secundū mē
bra ul' ptim de capite ul' ptim de mbris. de
capite non ÷. De capite non ÷ tnsgressus et non
fecit malum. De mbris potuit tnsgredi et face-
malum si deus potuit assumere hominem in sex
Solet ē queri quibus curiose u muliebri.
an non nisi si deus humanam naturam
potuit assumere secundum muliebrem sexū
quidam arbitrantur eum potuisse assumere
hominem in femineo sexu ut assumpsit i ui
rili. s; oportunius atq convenientius factum
÷ ut de femina nasceretur et virum assumeret ut i
utriusq sexus liberacio ostenderetur. Vn aug. i li. lxxx
iii. q̄onum hominis liberacio in utroq sexu debuit
apparere. g q virum oportebat suscipe qui sex'
honorabilior ÷ consequens erat ut feminei sex'
liberacio hinc appareret q ille vir de femina
natus erat. Sapia g dei que dicitur unigeni
tus filius hominē suscepto in utro et de utro vir
ginis liberationem hominis indicavit. Si x̄

D. XIII Preterea sciendum scd̄m naturam hominis
xp̄m scd̄m hominem i sapi et g' pfice potuit l' p
ab ipsa concepcione gr̄e plenitudinem rece- fecit.
pisse cui spc datus ÷ non ad mensuram et in q
plenitudo divinitatis corporaliter habitat. Ita
no habitat ut ait aug. ad dardanum q omi
gr̄a plenus ÷. Non i habitat in scīs ut et in corpe
n ÷ sensus singulis membris et non quantum
in capite. Ibi n' et visus ÷ et auditus et olfact'

et gustus et tactus. In ceteris autem solus est tac
tus. Et in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis
quia ille caput in quo sunt omnes sensus. In sanctis vero
quasi solus tactus est, quibus datus est spiritus ad mensuram,
cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt
autem de illius plenitudine non secundum essen
ciam sed secundum similitudinem. Quia nec
quantum illam eandem essentialem sed similem acce
perunt gratiam. Porro quod ille plenus sapientia et gratia
fuit ab ipsa conceptione, unde Ieremyas recte di
cit: Novum faciet dominus super terram: mu
lier circumdabit virum, quia in utero virginis perfec
tus vir extitit. Non solum secundum animam et car
nem sed etiam secundum sapientiam et graciam qua plenus
extitit. Auctoritate potius videtur obvi

Huic autem sententie videtur obvi*are*
quod in Luce evangelio legitur: Ihesus proficie
bat sapiencia et etate et gratia apud deum et homi
nes. Si enim proficiebat sapientia et gratia non videtur
a conceptione habuisse plenitudinem gracie
sine mensura. Ad quod sane dici potest ipsum secun
dum hominem tantum a conceptione plenitudi
nem habuisse sapientie et gratie ut deus ei plenius con
ferre non potuit. Et tamen vere dicitur profecisse sapi
entia et gratia proficiebant. Dum eis sapientie
et gratie munera secundum processum etatis magis
ac magis patefaciebat. Unde Gregorius in quadam o
melia ait: Iuxta hominis naturam proficiebat
sapientia. Non quia ipse sapientior esset ex tempore
quia prima conceptionis hora spiritu sapientie
plenus permanebat, sed eandem qua plenus e
rat sapienciam ceteris ex tempore paulatim
demonstrabat. Iuxta hominis naturam pro
ficiebat etate de infancia ad iuventutem.
Iuxta hominis naturam proficiebat sapiencia et
gratia non in se quia non habebat, per accessum
temporis accipiendo, sed pandendo donum gra
cie quod habebat apud deum et homines, quia
quantum proficiente etate patefaciebat ho
minibus dona gratie que in se erant et sapientie

tum eos ad laudem dei excitabat. Et sic deo patri ad lau
dem et hominibus ad salutem proficiebat. In aliis
ergo non in se proficiebat sapientia et gratia. Unde in eodem
evangelio puer plenus sapientia et gratia perhibetur. Sic
ergo dicitur profecisse sapientia et gratia ut aliquis rector
ecclesiasticus dicitur proficere in cura sibi credita, dum
eius industriam alii proficiunt. Alibi tamen scriptum re
peritur quod secundum sensum hominis profecit
sicut etate hominis profecit. Ait enim Ambrosius in libro
ii. de spiritu sancto: Sic deus perfectionem nature humane
assumpsit, suscepit sensum sed non sensu carnis
fuit inflatus. Sensu hominis animam suam dixit
conturbatam, sensu hominis esurivit et rogavit.
Sensu hominis profecit sicut scriptum est: Ihesus pro
ficiebat etate et sapientia et gratia. Quomodo proficiebat sa
piencia dei? Profectus etatis et profectus sapiencie
sed humane est. Ideo etatem commemoravit ut
hominem crederes dictum. Etas enim non divinita
tis sed corporis est. Ergo si proficiebat etate hominis pro
ficiebat sapiencia hominis. Sensus autem profecit.
Quia sensus ideo sapiencia. Cuius sensus pro
ficiebat? Si humanus, ergo ipse susceptus est. Si
divinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim profi
cit mutatur in melius. Sed quod divinum est non
mutatur. Quod ergo mutatur non est divinum.
Sensus ergo proficiebat humanus. Sensum ergo sus
cepit humanum. Non poterat confortari verbum
dei nec crescere deus nec altitudo sapientie
dei impleri. Quod ergo implebatur erat non dei sed
nostra sapientia. Nam quomodo implebatur qui ut omnia
impleret descendit? Per quem autem sensum
prophetat Ysaias quod patrem puer nesciebat aut
matrem? Scriptum est enim: Priusquam enim
sciat puer patrem aut matrem accipiet spo
lia Samarie. Sapienciam enim dei futura et
occulta non fallunt; ex parte agnitionis in Christo infan
ciam per humanam utique imprudenciam quia ad
huc non didicit ignorat. Sed verendum est
inquam ne si duos principales sensus aut ge
minam sapienciam Christo tribuimus Christum

diuidamus. Numquid cum diuinitatem eius
et carnem adoramus christum diuidimus. Numquid
cum in eo ymaginem dei et crucem ueneramur diui
dimus eum. Apostolus certe qui de deo dixit. Quoniam
etsi crucifixus est ex infirmitate nostra uiuit tamen
ex uirtute dei. ipse dixit quia non diuisus est christus.
Numquid et cum dicimus quod animam racio
nalem et intellectus nostri suscepit capacem di
uidimus eum. Non enim ipse deus uerbum pro anima
racionali et intellectus capaci in carne sua fuit.
Sed animam racionalem et intellectus capacem
et ipsam humanam et eiusdem substancie cuius nostre sunt
anime et carnem nostre similem eiusdem cuius ca
ro est nostra substancie suscipiens perfectus est homo fuit.
Hec uerba ambrosii pia diligencia inspicienda
sunt que ex parte hominis ignoranciam instru
unt et illuminant ex parte errandi fomitem ma
le intellecta ministrant. Ibi enim euidenter
traditur duos in christo esse principales sensus siue
geminam sapienciam. Neque tamen ideo unitas et sin
gularitas persone diuiditur. Sed ipse duas naturas
duas habet sapiencias. unam non creatam sed
genitam quod ipse est. alteram non genitam sed cre
atam per graciam ei collatam. Nam ysaias
de eo predicatur. Requiescet super eum spiritus sapien
tie et intellectus. et cetera. spiritus sapiencie
et intellectus. id est sapiencia et intelligencia per spi
ritum. scilicet gratis data. Christus erat sapiens secundum a
nimam. secundum diuinitatem uero sapiens erat sapiencia
eterna que deus est. et sicut in quantum deus
est bonus est bonitate naturali que ipse est et iustus
iusticia naturali que ipse est. ita sapiens sapiencia
naturali que ipse est. Anima uero eius sit bona est
et iusta bonitate uel iusticia gratis data que
ipse non est. ita sapiens sapiencia gratis data que
ipsa non est. Et licet gemina in christo sit sapiencia
una tamen eadem persona est que in quantum deus est. id est in
quantum diuina natura deus est sapiens est sa
piencia eterna. scilicet sapiencia ingenita que est pater
est et sapiencia que non est ingenita quoniam omnis est

tribus personis non tamen gemina sapiencia. Quia
non est alia et alia sapiencia. Sapiencia ingeni
ta que tantum pater est et sapiencia que communis
est pater et filius et spiritus sanctus. In quantum uero eadem
persona est homo est. id est secundum hominem acceptum uel
in quantum est subsistens ex anima et carne sapi
ens est anima creatura. sapiens ergo est humano
sensu et diuino. Sed ex qua causa illius dicti intel
ligencia. scilicet sensus perficiebat humanam assumen
da est. Apte enim uidetur ambrosium innuere quod christus secundum
humanum sensum profecerit et quod in infancia eius
expers cognicionis fuerit et patrem et matrem ig
norauerit. Quod non esse recipit nec premisse auctores
paciuntur sic intelligi. Sed ita sane potest accipi
ut in quantum ad uisum hominum et in sensus
ostensionem christus profecisse dicatur. proficiebat ergo hu
manus sensus in eo secundum ostensionem
et aliorum hominum opinionem. Ita et patrem et
matrem dicitur ignorasse in infancia quia ita
se habebat et gerebat acsi agnicionis esset expers.

D. XIIII

Hic queri oportet. Si anima christi habeat scien
ciam anima christi esset sapiens cum patre et deo.
sapienciam creatura utrum habeat sapienciam uel non equalem deo.
equalem deo scilicet omnium rerum scienciam habent
uel habeat. et utrum omnia sciat que deus scit.
Quibusdam placet quod nec parem cum deo
habeat scienciam nec omnia sciat que deus quia in nullo cre
atura equatur creatori. cum ergo anima creata
sit in nullo equatur creatori. ergo non in sapiencia
non ergo habet equalem sapienciam cum deo nec
scit omnia que deus. Item. Si anima illa e
qualem habet cum deo sapienciam. Non ergo deus
in omni bono maiorem habet sufficienciam quam
eius creatura. Induciunt et auctores ad hoc proban
dum. ait enim propheta ex persona hominis assumpti.
Mirabilis facta est sciencia tua ex me et non potero ad
eam. Quod exponens cassiodorus ait. ueritas hu
mane condicionis ostenditur quia homo assumptus
diuine substancie non potest equari in sciencia uel in alio.
Apostolus etiam ait. Nemo nouit que sunt dei nisi spiritus.

dei. qui solus scrutatur omnia etiam profunda dei. His aliisque pluribus racionibus et auctoritatibus nituntur qui animam Christi asserunt parem cum deo habere scientiam non tamen omnia scire que deus. Quia si omnia scit que deus scit ergo scit creare mundum scit et creare se ipsam. Responsio contra

Quibus respondentes dicimus animam Christi per sapientiam gratis datam in verbo dei cui unita est quodam perfecte intelligere omnia scire que deus scit. sed non omnia posse que potest deus. Nec ita clare ac perspicue omnia capit ut deus. et ideo non equatur creatori suo in sciencia. et si omnia sciat que et ipse. nec eius sapientia equatur sapientie dei. quia illa multo dignior est dignius et perfectius omnia capit quam illius anime. In sapientia ergo et in sciencia maiorem et sufficienciam deus quam anima illa que dignior est omni creatura. Illud vero apostoli quod inducunt nemo novit que dei sunt nisi spiritus dei qui solus scrutatur omnia pro nobis facit. Mox enim addit apostolus. Nos autem dei spiritum habemus ut per spiritum haberet dei profunda se scire ostenderet. Sed anima illa pre omnibus spiritum dei habuit cui spiritus non est datus ad mensuram ut ait Iohannes evangelista. Dona ergo spiritus sancti sine mensura habuit ergo et sapientiam. Omnia ergo scivit anima illa. Si enim quedam scivit quedam non. non sine mensura scientiam habuit. Scit ergo omnia. Hilarius quoque in sermone quodam multa inducit quibus asserit animam illam rerum omnium scientiam habere. ex verbis auctoritate apostoli dicentis. In quo sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie absconditi. Qua etiam racione probari sic. nil scit aliquis quod eius anima ignoret. Sed Christus secundum omnium concessionem omnia scit. Ad id vero quod dicitur si omnia scit ergo scit creare mundum ut se ipsam respondemus. Quia scientiam habet creandi mundum sed non potentiam. et creandi animam et scit quomodo deus se ipsam creavit. Habet ergo scienciam sui create non sui creande quia non est creanda sed creata. Quare deus non dedit ali po

Si vero queritur quare deus tentiam omnium sicut scientiam. non ei dederit potentiam faciendi omnia sicut scientiam. Responderi potest quia naturaliter capax est sciencie et ideo ei id congrue datum est sine mensura cuius ipsam naturaliter capax est. Non est autem ei datum posse facere omnia que deus facit. ne omnipotens et per hoc deus putaretur. Ymmo forte non potenciam faciendi omnia ei dei prestare potuit. et si potenciam faciendi aliqua que non facere potest. Scit ergo anima Christi omnia que deus in verbo dei quod videns et presencius omnia creatura contemplatur cui et unita in quo et angeli et que dei sunt et que futura sunt cognoscunt. Sed si anima illa non habet tantam potenciam quantam deus. non homo assumptus tantam habet potenciam quantam deus. Quomodo ergo illud intelligitur ambrosius super lucam angelus de nascituro filio virginis ait. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Non ideo magnus erit magnus quia ante partum virginis magnus non fuit sed quia potenciam quam dei filius naturaliter habet homo erat ex tempore accepturus ut sit una persona homo et deus. Ecce aperte dicit quod homo erat accepturus ex tempore potenciam quam habuit dei filius naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potenciam. ergo persona vel natura hominis. secundum personam non. quia semper habuit et habet. ergo natura. si non ergo anima. Nam de carne constat quod accipere non potest. Ad quod dicimus illud accipiendum esse de persona. sed non inquantum est dei immo inquantum est hominis persona. Una est enim persona dei et hominis filii dei et filii hominis. que inquantum est dei persona semper et naturaliter omnipotenciam habuit. sed inquantum est hominis non semper fuit. Illa ergo persona que semper fuit dei futura erat hominis persona. et secundum hoc quod erat futura hominis persona accepta erat ex tempore potenciam quam naturaliter et semper habuit inquantum dei persona est. Secundum hanc distinctionem illud et similia sane accipi possunt. que distinctio in pluribus quorundam articulis necessaria videtur quedam perplexam insolubilitatem. Sed cum de verbis constat in ueribus fuisse hec controversia.

D. XV

Illud quoque praetermittendum non est. *De hominis defec-*
quod filius dei naturam hominis *tibus quos assump-*
accepit passibilem, scilicet animam passi- *sit Christus in homine*
bilem, carnem passibilem et mortalem. Ut enim non ap-
pareretur verum corpus habere suscepit defectus
corporis famem et sitim et huiusmodi. Et ut veram animam
probaretur habere suscepit defectus anime, scilicet dolorem
tristitiam et huiusmodi. Omnis autem sensus
anime est. Non enim caro sentit sed anima utens cor-
pore velud instrumento. Unde Augustinus super genesim in
libro XII. Non corpus sentit sed anima per corpus
quo velud nuncio utitur ad confirmandum in
se ipsa quod exterius nunciatur. Sic ergo anima que
foris est per corpus tanquam instrumentum videt,
vel audit, id est per corpus quedam sentit mala que
sine corpore non sentiret ut famem et sitim et huiusmodi.
Unde et nominantur defectus corporis dicuntur. Quedam autem
non per corpus immo etiam sine corpore sentit ut est
timor et huiusmodi. Sentit ergo anima dolores quosdam per
instrumentum corporis, quosdam vero non. Sus-
cepit autem Christus sicut veram naturam hominis
ita et veros defectus hominis sed non omnes. Assump-
sit enim defectus pene sed non culpe. Nec tamen omnes
defectus pene sed eos omnes quos homini eum assu-
mere expediebat et sue dignitati non derogabat.
Sicut enim propter hominem homo factus est, ita propter eum hominis
defectus suscepit. Suscepit enim de nostro ut de suo
nobis tribueret et nostrum tolleret. Suscepit enim nos-
tram vetustatem ut suam nobis infunderet no-
vitatem. Simplam accepit ille vetustatem, id est pe-
ne, ut nostram duplam consumeret, id est pene et culpe.
Tradit autem catholicus quod dominus noster in se suscepit omnia in-
firmitatis nostre preter peccatum quod non accipiatur de
illis tamen que eum sumere pro nobis oportuit nec de-
decuit, sicut ex probabitur. Non enim assumpsit ig-
norantiam etiam cum sit ignorantia quedam
que defectus est non peccatum est, scilicet ignorantia in-
vincibilis. Nam invincibilis peccatum est. Si tamen
de hiis est que nobis expedit scire. Sunt enim quedam
quorum scientia non affert utilitatem, ignorantia non impedit

salutem et forte talium rerum ignorantia
defectus non est. Constat autem in nobis esse
ignorantiam atque difficultatem volendi
vel faciendi bonum que ad miseriam nostram
pertinent. Unde Augustinus in libro III de libero arbitrio. Approbare
mendum falsa pro veris ut erret invitus et resistente
atque torquente dolore carnali vinculi non pos-
se a libidinosis operibus temperare non est natura
instituti hominis sed pena dampnati. Ex qua
miseria peccantibus iustissime inflicta liberat
dei gratia quod sponte homo libero arbitrio cadere po-
tuit non surgere. Ad quam miseriam pertinet ig-
norantia et difficultas quam patitur omnis homo ab
exordio nativitatis sue nec ab isto malo quisquam
nisi gratia dei liberatur. Ecce evidenter hic dicit Augustinus ig-
norantiam qua quis invitus falsa pro veris ap-
probet et difficultatem qua non potest se tem-
perare a malo ad miseriam nostram pertinere et
penam esse hominis. Hec autem Christus non habuit. Non ergo
accepit dominus omnes defectus nostre infirmi-
tatis preter peccatum. Sed forte dicit aliquis illa esse
peccatum cui obviat quod Augustinus tradere videtur hec scilicet deum in-
culpabiliter ante peccatum in exordio conditionis ho-
minum potuisse videre ut essent ei naturalia. Ait
in libro I retractacionum inquiens ignorantia
et difficultas etsi essent hominis primordia natu-
ralia non sic culpandus deus sed laudandus esset.
Sed si hec homo in primordio naturaliter habuisset
numquid essent in eo defectus et pene. Si de-
fectus vel pena ei inflicta fuisset ante peccatum
iniuste cum eo agi videretur. Si autem culpam
sentiret penam. Ob hoc sane dicimus illa non
fuisse defectus vel penas si naturaliter homini
infuissent. Sicut non fuit homini ante peccatum
nondum gratiam adepto defectus sive pene
non posse proficere. Sed postquam gratiam recepit per
quam proficere potuit et ad tempus profecit eamque
culpa sua postea amisit. Similiter proficiendi fa-
cultatem perdidit defectus fuit ei et pena
non posse proficere, scilicet malum declinare et

hominum facere. Omnes ergo defectus nostros suscepit Christus preter peccatum, quos ei quem debebant suscipere et nobis expediebat. Sunt enim plura egritudine ignorantia et corporis vicia, a quibus omnino immunis exstitit. Quos vero defectus habuit, vel ad ostensionem vere humanitatis, ut timorem et tristiciam, vel ad impletionem operis ad quod venerat, ut passibilitatem, vel ab immortalitatis desperatione spem nostram erigendam, ut mortem suscepit. Hos autem defectus non conditionis sue necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Nos quidem habent defectus sicut et nos, sed non eadem causa. Nos enim ex peccato originali hos defectus trahimus, sicut apostolus insinuat dicens: Corpus quidem propter peccatum mortuum est, id est necessitatem moriendi habet in se. Christus autem non ex peccato hos habuit defectus, quia sine peccato fuit conceptus et natus et inter vivos conversatus, sed ex sola miserationis voluntate de nostro in se transtulit veram infirmitatem, sicut accepit veram carnem, quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absque culpa eandem suscepit. Sed quia nonnulli de suo sensu in passione humanitatis Christi male sensisse inveniuntur, asserentes similitudinem atque imaginem passionis et doloris Christum hominem pertulisse, sed nullum omnino dolorem vel passionem sensisse, auctoritatum testimoniis eos convincentes indubitabile faciamus quod supra diximus. Propheta Ysaias ait: Vere langores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Et Veritas ipsa in evangelio ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Ubi et legitur cepisse tedere et pavere. Propheta etiam ex persona Christi ait: Repleta est malis anima mea. Quod exponens Augustinus ait: Non viciis et peccatis, sed humanis malis, id est doloribus, repleta est anima Christi, quibus ipsa compatiebatur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. Dolere autem anima et non dolente corpore potest. Hos autem humane affectus infirmitatis sicut ipsam carnem et mortem non conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Ambrosius quoque in libro II de Trinitate sic ait: Scriptum est: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Timet ergo Christus, et dum Petrus non timet, Christus timet. Petrus dicit: Animam meam pono pro te. Christus dicit: Anima mea turbatur. Utrumque verum est et rationis plenum, quod et ille qui est inferior non timet, et ille qui superior est gerit timentis affectum. Idem in eodem: Ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur. Per naturam hominis et tedians et resurrexit. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius divinitas, sed turbatur anima secundum humane fragilitatis assumptionem. Nam qui suscepit animam suscepit et humane passionem. Non enim eo quod deus erat aut turbari aut mori potest. Idem in eodem: Suscepit meam tristiciam; confidenter tristiciam nomino qui crucem predico. Quia homo habuit tristiciam, quia in eo suscepit affectum incorporationis meum(?). Tristis est, mihi dolet ergo, pro me et in me doluit, qui pro deo se nil habuit quod doleret. Doles ergo, domine Ihesu, mea vulnera, non tua, quia tu non pro te sed pro me doles. Ieronimus quoque in explanatione fidei ait: Nos ita dicimus hominem passibilem a dei filio susceptum ut divinitas impassibilis permaneret. Passus est enim dei filius non putative sed vere omnia que scriptura testatur, secundum illud quod pati poterat, scilicet secundum substantiam assumptam. Licet ergo dei filius susceperit passibilem hominem, in tamen eius habitatione substantiam suam nil passa est, ut tota trinitas quam impassibilem necesse est confiteri. Hiis aliisque auctoritatibus perspicuum fit Christum vere passibilem assumpsisse hominem atque in eo defectus et affectus nostre infirmitatis suscepisse, sed voluntate, non necessitatis conditione. Quedam tamen reperiuntur in scripturarum tractatibus que premissis adversari videntur. Nam super illum locum psalmi: Clamabo et non exaudies, Augustinus tradere videtur Christum non vere timuisse nec vere contristatum esse, sic dicens: Quomodo hic dicit qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius? Sed de nobis corpore suo hic dicit. Corporis

n̄r. sui. i. eam gerebat p̄m. sicut et alibi cum
dix̄. transeat a me ca. i. i. p nob loquitur tam
forte putetur timuisse mori. s; non uero ti
mebat dominus pati tercia die resurrecturus
cum arderet paulus dissolui et esse cum x̄o. Non n̄r
fortior est miles quam imperator. Miles g̊ corona
dus gaudet mori et dn̄s coronaturus timet
mortem. Sz infirmitatem nr̄am representans p
suis infirmis qui timent mori h' dixit. Vox illorum
erat. Jero. e. ait. Erubescant qui putant salua
torem timuisse mortem et passionis pauore
dixisse transeat a me. c. i. Ne autem in sacris litteris
aliqua aduersa diuersitas esse putetur haz auctorum
uerba in hunc modum accipienda dicimus ut n̄
ueritatis timoris et tristicie uel passionem s; timoris
et tristicie necessitatem et passionem a x̄o remouis
se intelligantur. habuit n̄r x̄c uerum timorem
et tristiciam in natura hominis s; non sic nos
qui sumus miseria eius. Nos n̄r ca peccati n̄ri huius defec
tibus necessario subiacemus. et in nob sunt isti defec
tus secundum propassionem et passionem. s; in x̄po
non n̄ secundum propassionem. sicut n̄r in peccatis
gradus quidam notantur propassio et passio in t̄
in huius penalibz affectibz. asserit̄ n̄r quando tedium
timore uel tristicia i' ut meus intellectus si inde
moueatur a rectitudine uel di contemplacio
ne et tunc propassio est. Aliquando uero mouetur et
turbatur et tunc passio est. x̄c uero non sic fuit tur
batus in anima timore uel tristicia. ut a recti
tudine uel di contemplacione aliquatenus
declinaret. Secundum quem modum intelli
gitur cum dicitur non timuisse uel tristis fuis
se. Vn̄ Jero. sr̄ matheum ubi legit̄ cepit contris
tari et esse tristis. Vt ueritatem in quo proparet sus
cepti hominis uere contristatus est. s; non passio
eius dn̄abat̄ animo. Vnde propassio est. Vn̄ ait. cepit
contristari aliud est. n̄r contristari aliud incipere
contristari. Quia e alit̄ contristatur quis per propassi
onem. alit̄ per passionem. Jd hanc distinctione
aliquando dicitur x̄c non uere timuisse. quia uerum

timorem habuit et tristiciam s; non secundum
passionem neque ex necessitate condicionis.
Vn̄ aug. Ex huius causis uolens assumi dictorum
intelligenciam dicit x̄pm non uere timuisse.
l' tristatum esse. et in continenti ueram tristiciam
habuisse huius uerbis. Infirmos in se prefigurans do
minus ait. pater si fieri p̄. t. c. i. a. m. Non enim
uere timebat dominus pati tercia die resurrectu
rus cum arderet paulus dis. et esse cum x̄po.
Iste gaudet coronandus. et tristis est dn̄s corona
turus. Ecce h' uidetur tristiciam et timorem
a x̄o remouere. continuo autem subiungit. Tristiciam
sic assumpsit quomodo carnem. Fuit enim x̄c
tristis ut euangelium dicit. Si enim tristis fuit et
euangelium dicat. tristis est a. m. et e. g̊ n̄ qui dic
dormiunt ihc n̄ dormiuit uel qui dicit mandu
casse non manducauit et in nil sanum reli
quitur ut dicatur et quod corpus eius non erat
uerum. quicquid g̊ de illo scriptum est. uerum est
et factum est. g̊ et tristis fuit. s; uoluntate tristici
am habuit ueram. Quomodo uoluntate carne
ueram apte nosias eundem s' in huius uerbis con
tradicere n̄ uarias dictorum disserit causas
ex quibz intelligencia uerborum assumenda est.
Si n̄r discernatur intelligentie causa pre
dictorum uerborum nil occurrit contradictionis.
Cum h' passionum genera infirmitatem car
nis afficiant d' tamen uerbo caro factus non po
tuit a sede mutabilis esse patiendo. Verbum n̄r.
quod caro factum est. h' se passioni subdiderit non tamen
demutatum est. passibilitate patiendi. nam
pati potuit et passibilis esse non potuit quia
passibilitas infirme nature significatio est. passio
autem est eorum que sunt illata perpessio. de quibus-

Verumptamen mag*dam hylarii capitulis* *ualde obscuris q̄ uidet̄*
monent ad distinctionem *gi sine ob*
questionem asserunt uerba hylarii quibus ui *uiare.*
detur tradere ictus et uulnera et h' sic in x̄pm
inadisse ut passionis dolorem non inciut
ent sic thelum tectum per aquam et ignem uel

aera ea sane que circumtrahitur per corpora alia
ta quod perforat et compungit non tamen dolorem in
gerit quia non sunt ille res capaces doloris. Ita
et corpus christi sine sensu uim uel etiam pene exce
pisse dicat. Quia sic corpus nostrum non habet talem
naturam ut ualeat calcare undas. Item corpus
idem dicit non habuisse naturam nostri doloris quia non
habuit naturam ad dolendum. Ait enim sic in x.
li. de trinitate. Unigenitus deus hominem uerum secundum
similitudinem nostri hominis non deficiens
a se deo sumpsit in quo quamuis aut ictus in
cideret aut uulnus descenderet aut nodi concurre
rent aut suspensio eleuaret afferrent quidem hec
impetum passionis nec tamen dolorem passionem
inferrent. Ut telum aliquod aquam perforans uel ig
nem compungens uel aera uulnerans. Omnes
quidem has passiones nature sue infert ut
perforet ut compungat ut uulneret sed naturam
suam in hec passio illata non retinet dum in
natura non est uel aquam forari uel pungi ignem
uel aera uulnerari quamuis nature teli sit et
uulnerare et compungere et forare passus quidem
est dum ceditur dum suspenditur dum mo
ritur sed in corpus irruens passio nec non fuit passio
non tamen naturam passionis exuit dum et
penali ministerio pena deseuit et uirtus corpo
ris sine sensu pene uim pene in se deseuientis
excepit. Habuit sane illud domini corpus do
loris nostri naturam si corpus nostrum id non habet ut
calcet undas et fluctus desuper eat nec clau
se domus obstaculis arceatur. At uero si domini
corporis solum ista natura sit ut feratur in
humidis et insistat in liquidis et structa transeat
quid per naturam humanam corporis carnem
ex spiritu sancto conceptam iudicamus. Caro illa
de celis est et homo ille de deo est habens ad patiendum
corpus et passus est sed naturam non habens ad dolendum.
Idem in eodem. Uideamus an ille passionis or
do infirmitatem in domino doloris permittat intelli
gi. Hilarius enim causas ex quibus metum domino

hereses ascribunt res ipsas ut geste sunt conferamus
non enim si postea id timorem eius significet in uerbis e
iuus fiducia contineatur in factis. Timuisse quod
hec ante passionem uidetur sed ob ignorantie huius
errorem petrus et nathanael et scandalum est. An
ne timuit qui armatis obuius prodiit et in cor
pore eius infirmitas fuit ad cuius occursum con
ternata persequentium agmina supinatis cor
poribus conciderunt. Quare ergo infirmitatem do
minatam huius corporis credis cuius tantam habuit na
turam. Sed forte dolorem uulnerum timuit. Quem
rogo o tu dominice infirmitatis assertor pene
trantis carnem claui habuit terrorem qui excisam
aurem solo restituit attactu perducens hec ma
nus autem clauum dolet et sentit uulnus qui al
terius dolorem uulneris non reliquit pungente car
nis metu christus est qua a tactu caro post cedem sa
natur. Item. Collatis ergo dictorum gestorum quibus uirtuti
bus demonstratur non est ambiguum in natura
corporis eius infirmitatem corporee nature non
fuisse et passionem illam licet corpori illata sit non
tamen naturam dolendi corpori intulisse. Quia licet
forma corporis nostri esset in domino non tamen uitiose in
firmitatis nostre forma erat in corpore qui ex concep
tu spiritus sancti uirgo progenuit. Audisti lector illa hy
larii quibus dolorem excludere uidetur. Sed si ex
cussa sensus et impietatis ebrietatione premissis
diligenter intendas atque ipsius scripture circum
stantiam inspicias doctorum rationem atque uir
tutem percipe ut cumque potius et intelligentiam
arguere non accuses. Intelligitur enim ea ratione
dixisse dolorem passionis in christum non cadisse
et uirtutem corporis christi excepisse uim pene quia
causam et meritum doloris in se non habuit. Quod
uidetur notasse ubi ait non habens naturam
ad dolendum et id non uindicanda est caro illius
secundum naturam nostri corporis non in eo est
dominium habuit passio. Ita enim non habuit naturam
ad timendum uel tristandum quia non habuit ta
lem naturam in qua esset causa timoris uel

tristicie. Itaque necessitas timendi non fuit in eo
nec doloris natura sicut est in nobis.
Tristiciam tamen in eo fuisse
consequenter asserit, sed causam
eius extitisse non suam mortem sed defectum
petri et aliorum apostolorum. Dicit ergo xpm non propter
mortem sed usque ad mortem tristem fuisse his verbis.
Interrogo quid sit tristem esse usque ad mortem. Non
ergo eiusdem significationis est tristem esse propter mortem
et usque ad mortem. quia propter mortem tristicia est illius
mors causa tristicie est. Usque vero tristicia usque ad mortem est
mors non tristicie causa est. sed finis a deo quod non propter
mortem suscepta est tristicia ut sit destituta per
mortem. Non ergo sua tristis est sed illis qui in scandalo
propter infirmitatem carnis erant futuri. Quos
monet orare ne inducantur in temptationem
Cum ante polliciti erant se non scandalizari. Ani

D. XV

Hic oritur questio an fuit necessitas patiendi
et moriendi in eo.
Hec predictis ducens originem et moriendi in quo est
dictum est. Supra ergo quod xpc in se nostros defectus genera- defect.
suscepit preter peccatum est quod hominis generalis quidam
defectus qui peccatum non est scilicet necessitas patiendi vel
moriendi. unde corpus nostrum non tantum mortale sed
et mortuum dicitur quia non tantum aptitudinem mo-
riendi sed et necessitatem habet. Solo quo itur necessitas
talis in xpi corpore fuit. De aptitudine enim
moriendi quod in eo fuit ambiguum non est.
quam et ante peccatum in homine fuit quam aliquis in eo
non fuit defectus. nec ergo mortalitas illa tunc
in eo fuit defectus quia non ei erat. Unde et quidam
mortalitatem talem in nobis non esse defectum
non improbe tradunt. sed necessitate moriendi.
sed et patiendi que mortalitas dicitur vel passibili-
tas. Dicitur ergo homo nunc passibilis nunc mortalis non
modo propter aptitudinem sed et propter necessitatem. Sed mi-
quid hii defectus fuit in xpi carne. anima quoque eius
cum passibilis extiterit ante mortem numquid
necessitatem patiendi habuit. Si ergo necessitas pa-
tiendi vel moriendi fuit in xpo non videtur so-
la voluntate miserationis defectus nostros accepisse. ad quod dici potest xpm voluntate non
necessitate sue nature hos defectus sicut alios susce-
pisse. scilicet necessitatem patiendi in anima. sic
et patiendi et moriendi in carne. Unde hanc ne-
cessitatem non habuit ex necessitate sue conditionis
quia a peccato immunis. sed ex sola voluntate ac-
cepit de nostra infirmitate ponens tabernaculum
suum in sole. id est temporali mutabilitate et
labore. Unde super epistolam ad hebreos auctoritas dicit.
Constitit hominibus alius vivere et lege nature sta-
tutum est semel mori. Ita et xpc eodem necessitate et iure
nature semel oblatus est et non sepe. Non ideo dicit
iure nature quia ex natura sue conditionis habuit
defectum patiendi quod et non pervenit nobis ex na-
tura secundum quod prius est instituta. sed ex ea
peccato viciata et ideo dicitur hic defectus naturalis
quia per naturam videtur in omnibus diffusus.

Et est hic notandum
xpm de omni statu
hominis aliquid accepisse qui
omnes venit salvare. Sunt enim iiii or status
hominis. Primus ante peccatum. Secundus post
peccatum et ante gratiam. Tercius sub gratia. Quartus
in gloria. De primo statu accepit immunitatem
peccati. Unde augustinus illud iohannis evangeliste exponens
qui de sursum venit super omnes est. Dicit enim xpm ve-
nisse de sursum. id est de altitudine humane
nature ante peccatum quia de illa altitudine assump-
sit verbum dei humanam naturam dum non
assumpsit culpam cuius assumpsit penam
Sed penam assumpsit de secundo statu et ali-
os defectus. De tercio vero gratie plenitudinem. De
quarto non posse peccare et dei perfectam con-
templacionem. Habuit ergo simul bona vie quedam
et bona patrie sic et quedam mala vie. Si voluntas xpi

D. XVI

Post predicta considerari oportet vel voluntas
oportet utrum xpo aliquid voluit impleta fuit.
nil oraverit quod factum non sit. Hoc enim estima-
ri potest pro eo quod ipse ait. Pater si possibile est trans-
eat a me calix iste. Impletum non quidem est. Unde videtur quod non ... hic

namq; uoluntatem suam a patris uoluntate dis
cernere uidetur. de uoluntatibus xpi secundum
Quo circa ambigendum non est. duas naturas
noualas in xpo fuisse uoluntates. uidelicet duas. nobis
scilicet diuinam uoluntatem et humanam. uoluntas
est affectus racionis uel affectus sensualitatis
et alius est affectus anime secundum racionem a
lius secundum sensualitatem. Ypocrisis. cum dicitur hu
mana uoluntas. affectu autem racionis id uolebat
quod uoluntate diuina scilicet pati et mori. sed affectu
sensualitatis non ualebat. immo refugiebat.
Non tamen in eo caro contra spiritum uel contra deum concu
piscebat. quia ut ait Augustinus. non nullum est malum
cum caro concupiscit aduersus spiritum. ca
ro autem dicitur concupiscere quia hoc secundum ipsam a
git anima. sicut anima per aurem audit per
oculum uidet. Caro tamen nichil nisi per animam con
cupiscit. Et concupiscere dicitur cum anima car
nali concupiscentia spiritui reluctatur. habens car
nalem delectacionem de carne et a carne ad
usus delectacionem quam spiritus habet. ipsius autem carna
lis concupiscentie non est causa in anima sola set
in carne sola. Ex utroque tamen fit quia sine utroque delecta
cio talis non sentitur. Talis igitur rixa talis contrarietas
racio in anima xpi nullatenus esse potuit. quia
carnalis concupiscencia in eo esse nequiuit. Vel tamen
uoluntas sine et racionis placebat ut id secundum
carnem uellet quatinus ueritas humanitatis
in eo probaretur. Nam qui hominis naturam
suscepit que ipsius sunt subire debuit. ideo sicut
in nobis duplex est affectus mentis scilicet et sensua
litatis. ita et in eo debuit esse geminus affectus
ut mentis affectu uellet mori. et sensualita
tis affectu nollet. sicut in uiris sanctis fit. petro. Ysi
ipsa ueritas dicit. Cum senueris extendes ma
nus tuas et alius te cinget et ducet te quo tu
non uis. scilicet ad mortem. Quod exponens Augustinus dicit.
quod petrus ad illam molestiam nolens est ductus
nolens adeam uenit. set uolens eam uicit et
reliquid affectum infirmitatis quo nemo uult

mori qui a deo est naturalis ut eum petro nec
senectus abstulerit. Unde et dominus ait. Transeat
a me calix iste. set uicit eum uis amoris quod et in xpo secundum
humanitatem et in membris eius geminus est affectus.
unus racionis caritate informatus quo propter deum desiderat
mori. uult. alter sensualitatis carnis infirmita
ti propinquus et ei connexus quo mors refugitur. Ut tamen
ait Augustinus. pius sensus racione cupit dissolui et esse cum xpo.
sensu autem carnis refugit et recusat. hic autem est
humanus affectus. quoniam qui diligit uitam
odit mortem secundum istum affectum et ex
racione petit. Ex affectu igitur humano quem de
uirgine traxit uolebat non mori et calicem transi
re orabat. unde beda. orat transire calicem quia
homo est dicens. pater si possibile est transeat a me calix iste. Ecce
hic uoluntatem humanam expressam. uide
iam rectum cor. set non quod ego uolo set quod tu
uis. Unde alibi. Non ueni facere uoluntatem meam
scilicet quam temporaliter sumpsi de uirgine set uo
luntatem eius qui misit me. Quam scilicet eternus
habui cum patre. Hic aperte dicit duas in xpo fuisse uo
luntates. secundum quas diuisa uoluit. Iohannes Crisostomus super
illum locum scripture propter premissa et ca. ait. manifeste datur
intelligi duas uoluntates expressim ait in hoc contra
eutychianos qui dicunt in xpo unam tantum uo
luntatem. Hec autem ostendit humanam que propter infir
mitatem carnis recusat passionem et diui
nam que prompta est perficere dispensacionem. Am
brosius quoque in xpo duas asserit uoluntates dicens. quantum
tamen deus distat ab homine tantum uoluntas
dei a uoluntate hominis. Unde hominem ge
rens xpc ostendit prauatam quandam hominis
uoluntatem in qua et suam et nostram figura
uit qui caput nostrum est et ad eum sicut membra per
tinemus pater inquid si fieri potest transeat a me. Haec hu
mana uoluntas erat proprium aliquid et tamquam
priuatum uolens. Set quia rectum uult esse ho
minem et ad deum dirigi subdit non quod
ego uolo set quod tu uis. ac si diceret. uide o
homo te in me quia potes aliquid proprium

uelle non deus aliud uellet. Concedit tamen huma
ne fragilitati. Idem alibi. Christus in passione duas
expressit uoluntates unam secundum duas naturas
ait enim. Pater si fieri potest transeat a me calix. Ecce habes
hominis uoluntatem quam ad diuinam conuertit
dirigens ait. Uerumptamen non sicut ego uolo sed sicut
tu. Ambrosius etiam in libro de trinitate. Scriptum est pater si
fieri potest transeat a me calix. Uerba Christi sunt. Sed quoniam ad inquis
forma dicantur attende. Hominis substantiam gerit
hominis assumpsit affectum. Non ergo quasi deus
sed quasi homo loquitur. Suscepit quidem uolunta
tem meam meam uoluntatem quam suam dixit
cum ait. non sicut ego uolo sed sicut tu uis. Cum
autem dixit. Omnia que habet pater mea sunt
quia nil excipit sine dubio quam pater habet eandem
et filius habet uoluntatem. Eadem ergo Christi uolun
tas que paterna. Una ergo uoluntas est patris et filii
Sed alia uoluntas dicitur a hominis ut scias uo
luntatem suam esse hominis. passionem autem
Christi in uoluntate diuina ut pateretur pro nobis. Huius
testimoniis euidenter docetur in Christo duas fuisse uo
luntates. Quod qui negauit Macharius antiochene sedis episcopus in
metropolitana synodo condempnatus est
Et ex affectu humano sensualitatis quidem
non rationis illud uoluit et petiit quod non impe
trauit. Non ideo petiit nec impetraret quod scie
bat deum nolle esse futurum illud. Nec illud
fieri uolebat affectu rationis uel uoluntate di
uinitatis. Ideo quidem ergo petiit non ut mentis formam
preberet imminente turbatione clamandi
ad deum et subiciendi uoluntatem suam diuine
uoluntati. Ut si pulsante molestia clamatur
pro eiusdem amotione orent. Sed si nequiuerit ui
tare dicant quod ipse Christus. Non ergo ad insipientiam
fuit quod Christus clamans non auditur ad salutem corpo
ralem bonum quidem petiit. scilicet ut non more
retur sed melius erat ut moreretur quod et factum est.

Ceterum non paruam de eo quod Ambrosius dicit Christum
nobis mouent uerba Ambrosii dubitasse affec
quibus significare uidetur Christum tu humano

secundum humanum affectum de poten
tia patris dubitasse sic dicens in libro II de trinitate. Ex
quo dubitat de se. etiam de patre et de eo utique etiam
dubitat transferri. Dubitat hominis affectu. Nam deus
de patre non dubitat nec de morte formidat pro
pheta et non dubitat quod nil deo est impossibile as
serit. Non minus homines constitues deum propter
pheta non dubitat et filium dubitare tu credis. Ergo
ut homo ergo dubitat. ut homo locutus est.
Hiis uerbis innui uidetur quod Christus non in quantum
deus et dei filius sed in quantum homo dubi
tauit humano affectu. Quod ea ratione dictum
accipi potest non quod ipse dubitauit sed quia mo
dum gessit dubitantis et hominibus dubita
re uidebatur. Illud etiam ignorandum non est quod hy
larius asserere uidetur Christum non timuisse sed suis o
rasse cum dixit. Transeat a me calix. Ubi non est sed suis ti
muit. Non enim uoluisse ut ab eo non esset passio sed
ut aliis transiret calix passionis inquiens.
Si passio honorificatura eum erat sicut iuda ex
eunte ait. Nunc honorificatus est filius hominis
quomodo istem eum metus passionis effe
ceret. Non forte tam irrationabilis sunt ut pati
timuerit que patientem se glorificatura esset.
Sed forte timuisse uel eo estimabitur transferri
a se calicem deprecatus sic dicens. Pater transfer
calicem hunc a me. Quomodo ergo pro patiendi metum transferri
deprecatur a se. quia pro dispensationis studium
festinaret implere. Non enim conuenit ut pa
ti nolit qui pati uelit. Et tamen pati eum uelle cog
nosceres et religiosius fuerat hoc confiteri quam ad id
impie stultitie prorumpere ut eum asseveres
ne pateretur orasse quem uelle pati cognosceres. Non
ergo est transferri uel sibi orat transire calicem. sed discipulis
ne in eos calix passionis incumbat. quod in se
transire orat ne in hiis scilicet maneat. Non enim ro
gat ne secum sit sed ut a se transeat. Deinde ait
Non sicut ego uolo sed sicut tu uis. Humane ruinam se sol
licitudinis significans consorcium sed non dis
cernens suam esse communis cum patre uoluntas.

Pro omnibus qui uult transire calicem per quem omnes
temptandi erant discipuli. et ideo pro petro rogat ne
deficiat fides eius. Sciens quod hec omnia per mortem
suam destrueret usque ad mortem tristis est. et scit hunc
calicem non posse transire nisi bibat. ideo ait pater
mi. si non potest. t. c. i. n. b. f. u. t. Sciens in se consu
mata passione mecum calices transiturum
qui non eum bibissent transire non possent. nec firmis
crederet non consumata passione terrore succederet
quia post mortem eius per uirtutum gloriam apertius
infirmitatis scandalum pelleretur. Attende lec
tor hiis uerbis pia intelligentia ne sint tibi uasa
mortis. Si xpistus meruit sibi et nobis et quid

D XVIII

De merito christi pretereundum sibi et quid nobis.
non est. de quo quidem dicere solent. quod
non sibi sed membris tantum meruit. promeruit quidem
membris redemptionem diabolo a peccato a pena et
regni reserationem. ut amota ignea rumphea
libere pateret introitus. Sed et sibi meruit impas
sibilitatis et immortalitatis gloriam. sicut ait apostolus.
et christus factus est. p. n. o. u. ad. m. m. a. c. propter quod et deus ex.
il. et d. il. n. q. e. s. o. n. Aperte dicit apostolus xpistum propter
ea exaltatum per impassibilitatis gloriam. quia est
humiliatus per passionis obedientiam. humi
litas quoque passionis meritum fuit exaltationis. et
exaltatio premium humilitatis. unde Augustinus ex
ponens premissum capitulum ait. ut xpistus
resurrectione clarificaretur. prius humiliatus
est passione. humilitas claritatis est meri
tum claritas humilitatis est premium. sed hoc
totum factum est in forma serui. In forma ue
ro dei semper fuit et erit claritas secundum ambrosium. idem
capitulum tractans ait. Quantum quantum humi
litas meretur. hic ostenditur. huius testimo
nii euidens fit. quia christus per humilitatem et obe
dientiam passionis meruit clarificationem
corporis. Nec id solum sed et impassibilitatem
anime. anima enim ipsius ante mortem erat pas
sibilis sicut caro mortalis. sed post mortem merito
humilitatis et anima impassibilis facta est. et caro
immortalis. ut enim anima sic facta impassibilis quando ca
ro facta est immortalis. scilicet in ipso resurrectionis mo
mento. de auctoritate certum nobis non est. sed uelut mox post
carnis separationem anima impassibilitate do
tata est. an in resurrectione quando caro refloruit.

Quod a conceptu christus me
ruit sed non per passionem.

Sed solum hoc meruit
christus quando per obediens
crucem subiit. sed et ab ipsa conceptione ex quo
homo factus est. per caritatem et iustitiam et alias
uirtutes in quarum plenitudine fuit secundum homi
nem conditus quoque tantum meruit quantum per marty
rii tolerantiam. Tanta enim plenitudo
spiritualium carismatum in eo fuit quod in eis
proficere non potuit. et ideo melior ipsius anima
fieri non fuit potuit. quam ab initio sue conditionis
extitit. quia proficere in uirtutis non ualuit. ut uero Gregorius
ait. non habuit omnino christus unde meritum anime quod
potuisset proficere. In membris autem quod nos sumus
cotidie proficit. Non ergo plus meruit christus per crucis pa
tibulum quam a conceptione meruit per gratiam
uirtutum. Non profecit secundum anime me
ritum quantum ad uirtutem suam profecit tamen quan
tum ad numerum meritorum. plura enim merita
habuit in passione quam in conceptione. sed maio
ris uirtutis non extiterunt in merendo plura
quam ante fuerant pauciora. Meruit ergo a concep
tione non modo gloriam immortalitatis et im
passibilitatis corporis. sed et impassibilitatem
anime per quam utique per obedientiam et uoluntatem
perfectam. quam nonnisi premium habuit non ma
iorem cum pati cepit et mori. Obediens uero
perfecte et bonus extitit. fuit hominem et quo fuit
homo. habuit ergo anima illa aliquod bonum in se
post mortem quod non habuit ante. Non ergo melior uel
beatior fuit quam ante. Absit quod melior fuerit
quia non sanctior nec gratia cumulatior. Nec etiam
beatior fuit in dei contemplatione in quo
precipue beatitudo consistit. prout tamen dici non fuisse
beatior quia ab omni miseria immunis extitit neque
nostra simpliciter quidem beatior fuit.

Nec tamen gloriam impassi- De hoc quod scriptum est
bilitatis et immortalitatis donavit illi no-
men et donavit ei nomen quod est super omne nomen quod est super omne nomen.
scilicet honorificenciam qua vocatur deus. hoc tamen ante
mortem habuit. habuit enim hoc nomen dei filius in quantum
deus est ab eterno per naturam. In quantum vero
homo factus est habuit ex tempore per graciam. Se-
cundum hoc Augustinus dicit homini datum esse illud nomen
non deo. quia illud nomen habuit cum in forma dei
tamen esset. Sed cum dicitur propter quod et deus exaltavit il-
lum et dedit illi nomen quod est super omne nomen satis ap-
paret propter quid exaltavit. id est propter obedienciam. et in
qua forma exaltatus sit. In qua enim forma crucifixus est
in ea exaltatus est. et in ea donatum est illi nomen
ut cum ipsa forma servi nominetur unigeni-
tus dei filius. hoc illi datum est ut homini iam
habebat ipse idem deus. hoc quod per graciam accepit. non
ipse enim homo ut subsistens in forma servi id est in
anima et carne nominetur. et sic deus. Sed numquid
hoc meruit? Superdictum est enim quod hoc tamen bonum
homo ille non meruit. Quomodo ergo hoc dicitur
propter obedienciam donatum est ei hoc nomen secundum
tropum illum in scriptura creberrimum
hoc accipiendum est quo dicitur res fieri quando innotescit.
propter resurrectionem vero quod ante fuerat in obscu-
ro: in evidenti positum est. ut scirent homines
et demones. Manifestacionem ergo illius nominis do-
navit ei deus post resurrectionem. sed illam meruit
per obedienciam passionis qui eo quod obedivit
paciendo exaltatus est resurgendo. Et per hoc ma-
nifestum est nomen. hoc eodem tropo usus est
dominus et post resurrectionem suam dicens.
Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. non
quia tunc primo accepit sed quam ante habebat. tunc
manifestata est potestas. Ceterum Ambrosius dicit non
illud donatum esse deo non homini. Et videtur
secundum verborum superficiem oppositus Augustino. Sed in-
telligencia non obviat licet diversum sapiat.
nam Ambrosius de naturali donacione id dictum
intelligit qua eternaliter generando pater dedit
filio nomen quod est super omne nomen
scilicet esse deum per naturam. quia genuit ab eterno
filium plenum et sibi equalem deum. quod vero tamen
nomen accepit propter obedienciam passionis Christus dona-
tum dicit. Sed premisso locucionis modo acci-
piendum est. Si Christus sine omni merito illa

Si vero quam iterum Christus habere potuit.

Si illam immortalitatis et impassibilita-
tis gloriam et nominis dei manifestacionem
sine omni merito habere potuit. Sane dici potest
quod humanam naturam in gloriosam suscipere
potuit sicut in resurrectione extitit nomen
quoque suum aliter hominibus manifestare potu-
isset fuitque et ad illam gloriam sine merito per-
venire potuit quidem sed non decuit per-
venire ad illam sine merito passionis quia po-
tuit consumpta mortalitate in mortali-
tatis gloria vestiri. sed non sine merito iusticie
et caritatis aliarumque virtutum. Non enim Christus
homo esse potuit in quo plenitudo virtutum et
gracie non fuerit non virtutes ei merere potuere sed
aliud mortalitatis induto quin per eas mere-
batur ergo has virtutes secundum passibilem ho-
minem ac mortalem non potuit non mereri glo-
riam immortalitatis non ergo potuit sed mor-
talitate sine merito gloriam impassibilitatis et immor-
talitatis ac manifestacionem dei nominis
consequi. potuit tamen hoc assequi sine merito passi-
onis. quia per passionem nil ei meruit quod non ante
per virtutes meruit. De causa mortis et passionis Christi

Ut quid ergo voluit pati et mori si ei virtu-
tes ad merendum illa sufficiebant? pro
te non posse. Quomodo pro me? ut Christi passio et
mors tibi essent forma et causa: forma virtutis
et humilitatis. causa: glorie et libertatis. forma
deo usque ad mortem obediendi et causa tue
liberacionis ac beatitudinis. meruit enim
nobis per mortis ac passionis tolleranciam
quam precedencia non meruerant scilicet aditum pa-
radisi et redempcionem a peccato. a pena.

a diabolo. et per mortem eius hec nos adepti sumus, scilicet redemptionem et filiorum glorie adoptionem. Ipse vero moriendo factus est hostia liberationis nostre. Sed quomodo per mortem nos a diabolo et a peccato redemit et aditum glorie aperuit? Decreverat deus in misterio, ut ait Ambrosius, propter primum peccatum non intromitti hominem in paradysum, id est ad dei contemplationem non admitti nisi in uno homine tanta existeret humilitas et caritas que omnibus suis proficere posset, sicut in primo homine tanta fuit superbia que omnibus suis nocuit. Non est autem inventus inter homines aliquis quo id posset impleri nisi leo de tribu iuda qui aperuit librum et solvit signacula, implendo in se omnem iustitiam, id est consummatissimam humilitatem qua maior esse non potest. Nam homines alii omnes debitores erant, et vix unicuique sua virtus sufficiebat et humilitas. Nullus igitur eorum hostiam poterat offerre sufficientem nostre reconciliationi. Sed Christus homo sufficiens et perfecta fuit hostia, quia multo amplius est humiliatus amaritudinem mortis gustando, quam ille Adam superbivit et per esum vetiti ligni noxia delectatione perfruendo. Et si igitur illius superbia omnium extitit ruina, ipsum de paradyso mittens foras et alios quasi accludens ianuam, multo magis Christi humilitas qua mortem gustavit regni celestis ianuam omnibus suis in specie dei decreto aperire valuit, atque decreti delere cyrographum. Secundum Ambrosium: Tantum fuit peccatum nostrum ut salvari non possemus nisi unigenitus dei filius pro nobis moreretur debitoribus mortis. Sed sic dignos fecit testamenti et promisse beatitudinis hereditatis. Quod non ita intelligendum est, quasi non alio modo si decrevisset salvare nos potuit quam per mortem suam, sed quia per aliam hostiam non poterat nobis aperiri regni celestis aditus et fieri salus nisi per mortem unigeniti cuius tanta fuit, ut dictum est, humilitas et patientia

ut eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Propagina igitur in morte unigeniti prestita est nobis ut liceat nobis redire in patriam, sicut olim in morte summi pontificis his qui ad civitatem refugii confugerant secure ad propria remeare licebat. Ecce aliquatenus ostensum est qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis patefactus.

D. XIX

Hic querit qualiter a diabolo et a peccato redemit nos Christus per mortem suam.

Nunc igitur queramus quomodo per mortem Christi a diabolo et a peccato et a pena redempti sumus. A diabolo igitur et a peccato per Christi mortem liberati sumus, quia ut ait apostolus in sanguine ipsius iustificati sumus. Et in eo quod sumus iustificati, id est a peccatis soluti, a diabolo liberati sumus, qui nos vinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo a peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia per mortem eius, ut ait apostolus, commendatur nobis caritas dei, id est apparet eximia et commendabilis caritas dei erga nos in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tante erga nos dilectionis arra et nos movemur accendimurque ad diligendum deum qui tanta pro nobis fecit, et per hoc iustificamur, id est soluti a peccatis iusti efficimur. Mors ergo Christi nos iustificat, dum per eam caritas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoque et aliter per mortem Christi iustificati, quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur. Unde apostolus: Iustitia dei est per fidem Ihesu Christi. Et item: quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, id est per fidem passionis, ut olim aspicientes in serpentem eneum in ligno erectum a morsibus serpentium sanabantur. Si igitur recte fidei intuitu in illum respiciamus qui pro nobis pependit in ligno, a vinculis diaboli solvimur, id est a peccatis, et ita a diabolo liberamur, ut nec post hanc vitam in nobis inveniat quod puniat. Morte quippe sua uno verissimo sacrificio quicquid culparum erat in nobis, unde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit, ut in hac vita temptando nobis non prevaleat. Licet vero nos

suggestionibus

temptet per Christi mortem quibus modis ante tempta
bat. non tamen uincere potest sicut ante uincebat. Nam
petrus qui ante mortem Christi ancille uoce territus ne
gauit. post mortem eius ante reges et presides
ductus non cessit. quare quia fortior Christus ueniens in
domum fortis id est in corda nostra ubi diabolus habita
bat alligauit fortem id est a seducione compescuit
fidelium. ut temptacioni que ei adhuc permit
titur ne sequatur seduccio. In precio ergo quod dedit alligatus est. Item
in Christi sanguine qui soluit que non rapuit. redempti
sumus a peccato et per hoc a diabolo. Nam ut ait
Augustinus. In ipso uincuntur inimice nobis inuisibiles
potestates. ut inuisibiles cupiditates uincuntur.
Fuso ergo sanguine sine culpa omnium culparum chiro
grapha deleta sunt quibus debitores qui in eum
credunt a diabolo ante tenebantur. Unde qui pro
multis effunderetur. per illum ergo redempti sumus
in quo princeps mundi nichil inuenit. Unde Augustinus
causam et modum nostre redempcionis insinuans
ait. nil inuenit diabolus in Christo. Numquid ideo fecit retentum
sed per uoluntatem patris Christus mori uoluit. non habens
mortis causam de peccato sed de obediencia et iusti
cia mortem gustauit per quam nos redemit a
seruitute diaboli. Inuadimus ergo principem huius se
culi qui seduxit adam et seruum fecit cepit
que nos quasi uernaculos possidere. sed uenit redemp
tor et uictus est deceptor. Et quid fecit redemp
tor captiuatori nostro. Tetendit ei muscipulam
crucem suam posuitque ibi quasi escam sanguinem su
um. Ille autem fundit sanguinem non debito
ris per quod recessit a debitoribus. Ille quippe
ad hoc sanguinem suum fudit ut peccata nostra
deleret. Unde ergo diabolus nos tenebat deletum
est sanguine redemptoris. non enim tenebat nos nisi
in uinculis peccatorum nostrorum. Iste erant catene
captiuorum. uenit ille et alligauit fortem
uinculis sue passionis. Intrauit in domum eius
id est in corda eorum ubi ipse habitabat et uasa eius id est
nos eripuit que ille impleuerat amaritudine
sua. Deus autem noster uasa eius eripiens et sua faciens
fudit amaritudinem et impleuit dulcedine
per mortem suam a peccatis redimens et adop
cionem glorie filiorum largiens.

Factus est ergo homo mortalis
ut moriendo diabolum uinceret. non enim
homo esset qui diabolum uinceret non iuste
sed uiolenter homo ei tolli uideretur qui
se illi sponte subiecerat. Sed si eum uinceret homo
iure manifesto hominem perderet. Et ut
homo uinceret necesse est ut in eo deus sit qui eum
a peccatis inmunem faciat. Si enim homo per se
fuisset uel angelus in homine facile peccaret
cum utriusque naturam per se constet cecidis
se. Ideo dei filius hominem passibilem suscepit
in quo et mortem gustauit quo celum no
bis aperuit et a seruitute diaboli id est a pec
cato. seruitus enim diaboli peccatum est et a pe
na redemit. A qua pena. temporali et eterna.

A qua pena temporali quomodo et a qua pe
et eterna. ab eterna quidem na Christus nos rede
relaxando debitum. a temporali mit per mor
uero penitus nos liberabit in futuro quando tem
mors nouissima inimica destruetur. Ad
huc enim expectamus redempcionem corporis
secundum uero animam iam redempti sumus
a parte non ex toto. a culpa non a pena.
nec omnino a culpa. Non enim ab ea sic re
dempti sumus ut non omnino sit sed ut
non dominetur. penam nostram portauit.

Peccata nostra quia id est penam nostrorum
peccatorum dicitur in corpore suo
super lignum portasse quia per ipsius penam
quam in cruce tulit omnis pena temporalis
que pro peccato commisso conuersis debetur
in baptismo penitus relaxatur ut nulla a
baptizato exigatur et in penitencia mino
ratur. Non enim sufficeret illa pena qua pe
nitentes ecclesia ligat nisi Christi pena cooperaretur
qui pro nobis soluit. Item peccata iustorum qui
fuerunt ante aduentum in sustentacione

dei fuisse usque ad mortem Christi, dicit apostolus: ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore. Ecce aperte expositum est quomodo et quid Christus per mortem nobis meruit et impetravit. Si solus Christus deus dicitur redemptor, et si solus dicitur mediator.

Unde ipse vere dicitur mundi redemptor et dei et hominum mediator. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius. Redemptor vero aliquando et pater vel spiritus sanctus, sed hoc secundum usum potestatis, non secundum exhibitionem humilitatis et obedientiae. Usurpatam secundum potestatis simul et obedientiae usum filius ipse dicitur redemptor, quia et in se explevit per quae iustificati sumus et ipsam iustificationem operatus est potentia deitatis cum patre et spiritu sancto. Est ergo redemptor in quantum deus potestatis usu, et in quantum homo humilitatis effectu. Et saepius dicitur redemptor secundum humanitatem, quia secundum eam et in ea suscepit et implevit illa sacramenta quae sunt causa redemptionis nostrae. Ipse ergo filius dei redemptor dicitur.

Qui solus dicitur mediator, non pater vel spiritus sanctus. De mediatore. De quo apostolus: Unus est mediator dei et hominum homo Christus Iesus, id est per hominem quasi in medio arbiter est ad componendam pacem, id est ad reconciliandum homines deo. Hic est arbiter quem Iob desiderabat dicens: Utinam nobis esset arbiter. Reconciliati vero sumus deo, ut ait apostolus, per mortem Christi. Quod non sic est intelligendum quasi nos ei sic reconciliaverit Christus ut inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico ut deinde sint amici qui antea se oderant, sed iam nos diligenti deo reconciliati sumus. Non enim ex quo reconciliati sumus ei per sanguinem filii nos coepit diligere, sed ante mundum priusquam nos aliquid essemus. Quomodo ergo diligenti nos deo reconciliati sumus? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, quia habebat ergo nos caritatem, etiam cum inimicitias exerceremus adversus eum operando iniquitatem. Ita ergo inimici eramus deo sicut iustitiae sunt inimica peccata. Et ideo remissis peccatis tales inimicitiae finiuntur et reconciliantur iusto quos ipse iustificat. Christus ergo dicitur mediator eo quod medius inter deum et homines ipsos reconciliat deo. Reconciliat autem dum offendicula hominum tollit ab oculis dei, id est dum oculis peccata delet quibus deus offendebatur et nos inimici eius eramus. Sed cum peccata deleat non solum filius sed et pater et spiritus sanctus, et deletio criminum sit ad deum reconciliatio, quare dicitur solus filius mediator? Nam de patre legitur quod reconciliavit sibi mundum; ait enim apostolus: Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. Cum ergo reconciliet et pater, quare non dicitur mediator? Quia non medius est inter deum et homines, nec in se habuit illa sacramenta quorum fide et imitatione iustificemur, id est reconciliemur deo. Reconciliavit ergo nos tota trinitas, itemque filius, scilicet dum peccata delet. Sed filius solus impletione obedientiae in quo pa no [illegible] tata sunt secundum humanam naturam, per ea quae credentes et imitantes iustificamur.

Unde et mediator. Secundum quam naturam mediator. Secundum humanitatem tantum sit mediator, non secundum divinitatem dicitur. Non enim est mediator inter deum et deum secundum humanitatem, quia unus est deus, sed inter deum et homines quasi inter duo extrema, quia medius esse non potest inter aliqua. Mediator ergo in quantum homo, non in quantum deus. Homo mediator, sed aequalis patri est, hic idem quod est cum patre unus deus. Mediat ergo inter homines et deum trinitatem secundum hominis naturam, in qua suscepit illa per quae reconciliaremur deo trinitati, et secundum eandem habet aliquid simile deo et aliquid simile hominibus, quia mediator coniungebat, ne per omnia similis hominibus longe esset a deo, aut per omnia similis deo longe esset ab hominibus, et ita mediator non esset. Verus ergo mediator Christus inter mortales peccatores et immortalem iustum apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum deo per immunitatem

appropinquans nobis per iusticiam deo. Recte ergo mediator est dictus quia inter deum immortalem et hominem mortalem est deus homo reconcilians hominem deo. In tantum mediator in quantum est homo. In quantum autem verbum quia est essencia non est medius quia equalis cum patre deus. Sic ergo christus secundum quod nos ostendi a unam tantum naturam inter utrumque medius esse non intelligitur medius ut deus sit per naturam divinitatis et homo per humanitatis naturam. Quomodo in eo humana reconciliantur divinis. Nam ipse veniens prius in se humana sociavit divinis per utriusque nature coniunctionem in una persona. Deinde omnes fideles per mortem reconciliavit. Ideo dum sanati sunt ab impietate. Quorum humilitatem christi credendo dilexerunt et diligendo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur quare christus solus dicitur mediator dei et hominum et secundum quam naturam mediet scilicet humanam. Et cui mediat scilicet deo trinitati. Trinitati enim per mortem per quam et nos redemit nos reconciliavit a servitute diaboli. Nam ut petrus ait: Non corruptibilibus auro et argento redempti sumus sed precioso sanguine agni inmaculati. Quare alio modo non potuit liberare et quare potius isto.

D. XX

Si vero queritur alio modo posset deus hominem liberare quam per mortem christi, dicimus et alium modum fuisse possibilem deo cuius potestati cuncta subiacent. Sed nostre miserie sanande convenientiorem alium modum non fuisse nec esse potuisse. Quid enim mentes nostras tantum erigit et ab inmortalitatis desperatione liberat quam quod tanti fecit nos deus ut dei filius inmutabiliter bonus in se manens quod erat et accipiens a nobis quod non erat dignatus nostrum inire consorcium mala nostra moriendo perferret. Est et alia racio quare potius isto modo quam alio liberare voluit, ut sit iusticia superatur diabolus non potencia manifesta. Et quomodo id factum sit explicabo ut potero. Tradita iusticia dei in potestatem diaboli est traditum genus humanum peccato primi hominis in omnes transeunte originaliter et illius debito omnes obligante. Unde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. Unde apostolus: Eramus natura, id est a prima nativitate, filii ire, scilicet ut est depravata peccato, non ut est recta creata ab inicio. Modus autem ille quo traditus est homo in diaboli potestatem non ita debet intelligi tamquam hoc deus fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permiserit iuste tamen. Illo enim deserente peccantem peccati auctor illico invasit. Non tamen deus sic continuit in ira sua miseraciones suas nec hominem a lege sue potestatis amisit cum in diaboli potestate esse permisit, quia nec diabolus a potestate dei alienus est sicut nec a bonitate. Nam qualicumque vita non subsisteret nisi per eum qui vivificat omnia. Non ergo hominem deus deseruit ut non se illi exhiberet dominum, sed inter mala penalia et mala inmixta prestitit bona. Et tandem hominem quem commissio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorum per sanguinem christi data a diabolo eruit. Ut sic iusticia vinceretur diabolus non potencia. Qua iusticia fuit

Et qua iusticia ihesu christi victus diabolus.

Si quomodo victus est, ea quia in eo nil dignum morte inveniens occidit tamen eum. Et utique iustum est ut debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes quem sine debito ullo occidit. Ideo autem potencia vincere noluit quia diabolus vicio perversitatis sue amator est potencie et desertor oppugnator que iusticie, in quo homines magis eum imitantur qui neglecta vel etiam perosa iusticia potencie magis student eiusque vel adepcione letantur vel cupiditate inflammantur. Ideo placuit deo ut non potencia sed iusticia vincens hominem erueret, in quo homo eum imitari disceret. Post ubi in resurrectione secuta est potencia quia revixit mortuus numquam postea moriturus. Sed nonne iure equissimo vincere(t) diabolus si potencia tantum cum illo agere

voluisset. Utrumque enim proposuit, quia potuit in prius ageret quam oportuit. Iustitia non humilitatis hominem liberavit quem sola potentia eripere liberare potuit.

De causa inter deum et hominem et diabolum

Si iure tres illi in causam convenirent, scilicet deus, homo, diabolus, diabolus et homo quid adversus deum dicerent? non haberent. Diabolus enim de iniuria dei conveniretur, quia servum eius, scilicet hominem, et fraudulenter abduxit et violenter tenuit. Homo etiam iniustus deo conveniretur, quia precepta eius contempsit et se alieno domino mancipavit. De hominis iniuria etiam conveniretur diabolus, quia et illum prius fallaci promissione decepit et postea mala inferendo lesit. Iniuste ergo diabolus quantum ad se tenebat hominem, sed homo iuste tenebatur, quia diabolus numquam potestatem super hominem iuste habuit, sed homo meruit propter culpam pati diaboli tyrannidem. Si ergo deus utique poterat potentia hominem liberare, vel sola iussionis virtute hominem poterat rectissime liberare, sed ob causam premissam iustitia humilitatis uti voluit, quidum in carne mortali crucifixus est, iustificati sumus, id est per remissionem peccatorum exuti de potestate diaboli sumus, et ita a Christo iustitia diabolus victus est non potentia. Quomodo autem in eius sanguine peccata nobis sint dimissa, supra expositum est.

De traditione Christi que facta dicitur a filio et a iuda et a iudeis.

Christus ergo sacerdos idemque hostia et pretium nostre reconciliationis, qui se in ara crucis non diabolo sed deo trinitati obtulit pro omnibus quantum ad sufficientiam pretii, sed pro electis tantum quantum ad efficientiam, quia predestinatis tantum salutem effecit. De quo etiam legitur quod sit traditus a patre et quod se ipsum tradidit et quod iudas eum tradidit et iudei. Ipse se tradidit, quia sponte ad passionem accessit, et pater eum tradidit quia voluntate patris, immo totius trinitatis passus est. Iudas tradidit prodendo et iudei instigando. Et fuit actus iude et iudeorum malus, et actus Christi et patris bonus. Opus Christi et patris bonum, quia bona patris et filii voluntas. Contrarium fuit opus iude et iudeorum, quia mala fuit intentio. Diversa fuerunt in facto sive opera, id est diversi actus, et una res sive unum factum, scilicet passio illa. Sancti doctores aliquando uniunt in facto illo patrem et filium iudam. Et iterum aliquando disiungunt. Respicientes enim ad passionem unum opus illorum dicunt; attendentes intentiones et actus, facta diversa discernunt. Unde Augustinus: Facta est inquit traditio a patre, facta est traditio a filio et a iuda; est traditio una res facta est, id est passio. Quid ergo discernit inter homines quod hoc fecit pater et filius in caritate, Iudas vero in proditione? Videtis quia non quid faciat homo, sed qua intentione considerandum est. In eodem facto, id est operatione, invenimus deum quo iudam. Deum benedicimus, Iudam detestamur; quia deus cogitavit salutem nostram, Iudas cogitavit precium quo vendidit dominum suum. Filius precium quod dedit pro nobis. Diversa ergo intentio diversa facta facit, cum tamen una res sit ex diversis. Ecce dicit unam rem fuisse et diversa facta, quia una fuit passio, sed diversi actus; et actus quidem iude et iudeorum mali, quibus operati sunt Christi passionem, quod bonum est et opus dei est.

Quod Christi passio dicitur opus dei et iudeorum et quomodo.

Passio ergo Christi et opus iudeorum dicitur, quia ex actibus eorum provenit, et opus dei, quia eo auctore, id est eo volente, fuit. Unde Augustinus: Nemo aufert animam Christi ab eo, quia potestatem habet ponendi et sumendi. Ecce habes auctoritatem. [opus ponis animam, ecce sic est opus auctoris.] Hic generaliter concludam: quecumque in carne Christus aliquid patitur, opus auctoris est, quod per sua voluntate non alio cogente perpetratur. Ipse actor est operis. Cum autem passio Christi opus dei sit et ideo bonum, eamque operati sunt iudas et iudei, queritur an concedendum sit eos operatos esse in bonum. Hic distinguendum est: Proprie dici quod operati sunt bonum, quia ex actibus eorum

bonum pervenit, id est passio, quam fecerunt quod operati sunt, non fuit bonum sed malum, quia actio eorum non fuit bona sed mala. *Si in Christi divisio in morte fuit anime vel carnis a Verbo.*

D. XXI

Post predicta considerandum est utrum in morte a Verbo sit separata anima vel caro a deitate. Quidam putaverunt carnem sic ab anima ita a divinitate in morte fuisse divisam. Sic enim inquiunt anima media divinitas carni unitur, sicut sepius prenotatum est. Ergo quando divisa est caro ab anima, divisa est et a divinitate, quia non potuit anima a Verbo sejungi postquam Verbo erat unita, quando a Verbo divideretur. Fuit autem divisa caro ab anima in morte; alioquin vera mors non fuisset, quia ut ait Augustinus: Mors quam timent homines separatio est anime a carne; mors autem quam non timent separatio est anime a Deo. Utraque vero suasu diaboli homini propinata est. Si ergo in Christo homine vera mors fuit, divisa est anima a carne, ac per hoc divinitas a carne. *Auctoritatem huic sue probabili inductam.*

Hi etiam adducunt auctoritatis testimonium Ambrosii, qui tractans de Christi derelictione, qui in cruce voce magna clamans dixit: Deus Deus meus ut quid dereliquisti me? ait: Clamat homo separatione divinitatis moriturus. Nam cum divinitas mortis libera sit, utique mors esse non poterat nisi vita discederet, quia divinitas est vita. Hic videtur tradi quod divinitas separata sit in morte ab homine, que nisi discessisset, homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt, quam dicunt a Deo separatam. Quibus respondemus illam separationem sic esse accipiendam, ut hic intelligitur derelictio que illis verbis significatur: ut quid me dereliquisti? Quoniam ergo Christus derelictus erat a Patre, cum in cruce se derelictum clamabat, non recesserat Deus ab homine in quo esset soluta unio Dei et hominis. Alioquin fuit quoddam tempus quando Christus ad horam verus homo erat et non Deus, quia ad horam ... mus se derelictum clamabat non derelinquendo. Sed ergo illa derelictio ... intelligatur solutio? Ante facta fuit solutio Dei et hominis quam Christus mortuus esset. Si quis hoc dicat, fateamur quod Deum quodammodo illum hominem in morte deseruisse, quia potestati persequentium eum exposuit ad tempus, non suam potentiam exercendo illum defendit ut non moreretur. Separavit se divinitas, quia subtraxit protectionem, sed non solvit unionem. Separavit se foris ut non adesset ad defensionem, sed non intus defuit ad unionem. Si enim non cohibuisset potentiam sed exercuisset, non moreretur Christus. Occisus est Christus divinitate recedente, id est effectum potentie defendendo non exhibente. Hoc est hircus emissarius, qui altero hirco immolato in solitudinem emittebatur, ut legitur in Levitico. Duo vero hirci divinitas et humanitas Christi intelliguntur. Humanitate ergo Christi immolata, divinitas in solitudinem abiit, id est in celum, unde exierat. In solitudinem, id est in celum, tempore passionis divinitas dicitur abiisse, non loci mutatione, sed quodammodo potentiam cohibens ut possent impii consummare passionem. Abiit ergo, id est virtutem cohibuit vel divinitatem et potentiam, et portavit iniquitates nostras, non habet sed ut consumeret. Deus vero ignis consumens est. Ex his satis ostenditur quomodo premissa verba Ambrosii sic accipienda esse ut predixi.

Alii quorum autem *aliam inducunt auc-* auctoritatem, qui asserunt *contentem* divinitatem in morte recessisse ab homine secundum carnem. Ait vero Athanasius ... qui totum hominem quem assumpsit Dei Filius denuo assumptum vel levatum tertia die a mortuis resurrexisse non confitetur, fiat fiat. Si, inquiunt, denuo assumptus est homo in resurrectione quem assumpserat in incarnatione, deposuit eum ergo in morte; separata ergo fuit divinitas ab humanitate in morte. Quibus respondemus quod sicubi hujusmodi assumptio talis intelligatur que fit per unionem

non carnem tantum sed totum hominem, id est animam et carnem denuo sibi univit in resurrectione, quia non simpliciter hominem sed totum hominem assumptum dicit. Totum ergo hominem in morte deposuit, id est animam et carnem. Sed quis nisi hostis veritatis dicat animam a verbo depositam? Et tamen non est fatendum quod totus homo sit assumptus. Non pro eis facit illa auctoritas que totum dicit assumptum. *Determinatio auctoritatis.*

Sciendum est ergo Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam qui Christi resurrectionem negabant, putantes eum morte detineri qui solus inter mortuos liber est. Ideo illum maledicit qui totum non confitetur hominem denuo assumptum resurrexisse, id est Christum animam denuo corpori coniunxisse, et in hiis duobus denuo convictus in resurrectione vere secundum hominem vixisse sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima a carne. Unde vere dicitur Christus mortuus, sed neutrum est separatum a verbo Dei.

Sicut Augustinus *auctoribus astruit carnem* super Iohannem *Christi a verbo in morte non esse divisam.* docens, tractans illud domini verbum: Ego pono animam meam ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo ponendi eam et iterum sumendi eam. Hic animam dicit emissam. A quo emissa est? Anima ipsa non est emissa, quia se ipsam non posuit, nec verbum posuit vel carnem. Caro ergo posuit animam et hoc potestate in se manentis deitatis, potencia ergo deitatis divisa est a carne, sed neutrum a verbo Dei. Unde Augustinus: Verbum ex quo suscepit hominem, id est carnem et animam, numquam deposuit animam ut esset anima a verbo separata, sed caro posuit animam quando expiravit, qua redeunte surrexit. Corpus ergo ad tempus et carnem et animam separavit, sed neutrum a verbo Dei. Caro ergo posuit et sumit animam non potestate sua sed potestate carne inhabitantis deitatis. Hiis evidenter ostenditur nec animam nec carnem a Dei verbo in morte divisam ut aliquo modo soluta fuerit unio. Unde Augustinus contra Felicianum: Absit ut Christus sic mortem senserit ut quantum in se est vita vitam perdiderit. Si enim hoc ita esset vite fons aruisset. Sensit ergo participatione mortem humanam affectus quam sponte susceperat. Non tamen sue perdidit potenciam per quam cuncta vivificat. Sic in sepulcro Christus carnem suam commoriendo non deseruit sicut carnem suam in utero virginis connascendo formavit. Oportuit enim ergo Christum non discedente vita sicut passus est in pereunte potencia. Nemo tollit animam eius ab eo quia potestatem habet ponendi et sumendi eam. Ecce et hiis verbis Christum non deseruisse carnem in morte et vitam non decessisse a mortuo, quia sponte tradidit spiritum, non alius extorsit. Unde Ambrosius: Emisit Christus spiritum tamen qui arbitrio crucem suspendi quam corpus. Emisit spiritum, non amisit. Pendebat in cruce et omnia commovebat. Et unde emisit ex carne quem emisit ad patrem. *Qua ratione dicatur Christus mortuus et passus.*

Recedente vero anima mortua est caro Christi. Et [illegible] quia caro mortua est, mortuus est Christus. Sic et mortuus dicitur Deus quia mortuus est homo. Ita mortuus dicitur homo quia mortua est caro. Separacio anime mors carnis fuit. Propter carnem ergo unitam verbo que mortua est dicitur Deus mortuus, et propter carnem et animam que utrumque dolorem sensit dicitur Deus passus, cum divinitas omnis doloris expers existeret. Unde Augustinus: Verbum caro factum est ut per carnem eam assumendo panis celestis ad infantes transiret. Et secundum hoc ipsum verbum crucifixum est, sed non est mutatum in hominem. Homo in illo mutatus est, id est humana natura, ut melior fieret quam erat. Pro eo ergo quod homo erat mortuus est Deus, et pro eo quod Deus erat homo excitatus est et resu-

rexit. Quicquid passus est homo non potest dici non passus deus, quia deus erat homo. Quomodo non potest dicere non te passum iniuriam, si vestis tua conscinderetur, quamvis vestis tua non sit tu, multo magis ergo quicquid patitur caro unita verbo, deus dicitur pati. Deus licet verbum nec mori nec corrumpi nec mutari potuerit, sed quicquid homo passus est. Unde hoc etiam Ambrosius in libro III de spiritu sancto ait: Quia verbi caro patiebatur manens in carne verbum, in se per assumptionem corporis referebat, ut verbum diceret pati quod caro patiebatur, sicut scriptum est: Christo in carne passo. Hic docetur qua ratione deus vel dei filius passus vel mortuus dicitur, non quia mortem senserit in quantum deus est, sed quia caro ei unita mortua est, secundum quam rationem dicit Augustinus: Si quis dixerit atque crediderit filium dei deum passum, anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda est aperiens in eodem subdit: Si quis dixerit quod in passione dolorem senserit filius dei deus et caro cum carni anima, quam sibi accepit, anathema sit. Sane ergo dici potest quod mortuus est deus et non mortuus, passus est dei filius et non passus, passa est etiam persona et non passa. Crucifixum est verbum dei et non crucifixum; secundum alteram naturam est passus, secundum alteram naturam impassibilis. Unde Ambrosius: Generalis est ista fides quia Christus est dei et natus de virgine, quem gignentem propheta describit, eo quod biformis geminae quia naturae unus sit consors divinitatis et corporis. Idem ergo patiebatur et non patiebatur, moriebatur et non moriebatur, sepeliebatur et non sepeliebatur, resurgebat et non resurgebat. Resurgebat secundum carnem quae mortua fuerat, non secundum verbum quod apud deum semper manebat. Si Christus in morte fuit homo.

D. XXII

Hic quaeritur utrum in illo triduo mortis Christus fuerit homo, quod non videtur quibusdam quia mortuus erat et homo mortuus non est homo. Addunt etiam quod si tunc erat homo, vel mortalis vel immortalis. Sed mortalis non, quia mortuus, nec immortalis quia tamen post resurrectionem scilicet futurus immortalis. Quibus respondemus quod licet homo mortuus fuit in morte, tamen erat deus homo, non mortalis quidem nec immortalis, et tamen vere erat homo. Ille vero et huiusmodi arguitiae in creaturis locum habent, sed fidei sacramentum a philosophicis argumentis est liberum. Unde Ambrosius: Aufer argumenta ubi fides quaeritur, ipsis gymnasiis suis iam dialectica taceat. Piscatoribus creditur, non dialecticis. Dicimus ergo in morte Christi deum vere fuisse hominem et tamen mortuum et hominem eundem nec mortalem nec immortalem, quia unitus erat animae et carni existentibus, id est separatis. Alia vero ratione dicitur deus homo vel homo deus quam incarnatus, vel Iohannes homo vero dicitur deus et e converso propter susceptionem hominis, id est animae et carnis. Unde Augustinus: Talis erat illa susceptio quae deum hominem faceret et hominem deum. Cum ergo illa susceptio per mortem non defecerit, sed deus homini et homo deo sicut ante unitus erat, vere et tunc deus erat homo et e converso, quia unitus animae et carni, et homo mortuus erat quia anima a carne divisa erat propter separationem animae a carne mortuus, sed propter utriusque unionem homo secundum. Non autem sic erat homo ut ex anima et carne simul unitis subsisteret. Ex qua ratione dicitur aliquis alius homo et ipse forte ante mortem. Hic vero modo erat homo et post resurrectionem futurus in morte, nec erat homo tamen propter animae et carnis secundum unionem et mortuus propter divisionem inter illa duo. Si Christus in morte erat homo.

Hic quaeritur si Christus alicubi et si ubique est homo. In morte alicubi erat homo sic et si ubicumque est homo. Ad quod dicimus quod non ubicumque erat homo erat, nec ubicumque est homo est, quia ubique est secundum divinitatem, non ubique est homo, quia non ubique hominem unitus est, sed ubicumque est Christus hominem.

N

in homo est. tempore autem mortis et unitus secundum divinitatem
erat et in sepulcro secundum hominem et in inferno secundum
hominem est. sed in inferno secundum animam et
in sepulcro secundum carnem et in sepulcro ergo erat
homo quia humanitati unitus. sed non toti. quia
carni tantum et in inferno erat homo: quia humanitati
unitus et non toti. quia anime tantum. Hic in inferno
anime tantum. et in sepulcro carni tantum unitus erat.
ergo nec in inferno unitus erat anime et carni nec
in sepulcro. Quomodo ergo hic vel ibi homo esse di
citur? Que est ratio dicti? quia una eademque uni
one unitus erat anime in inferno et carni in
sepulcro. et sic erat illis duobus tunc separatis uni
tus. sicut ante separationem id est ante mortem. Ad hoc
autem opponitur. Si Christus animam tantum vel
carnem tantum assumpsisset: non fuisset verus
homo. Sed post utriusque assumptionem verus homo
fuit. Sic ergo nisi carnem et animam sibi unitam
haberet verus homo non erat. Sed tempore mortis non
quoniam illa duo unita habebat. quia nec in sepulcro.
nec in inferno. nec alibi unquam ergo erat homo.
Ad quod dicimus quod Christus utique verus homo non fu
isset si carnem et animam non assumpsisset.
Sed tamen quia ex quo assumpsit neutrum deposu
it. sed cum utroque eandem unionem indefi
nenter tenuit quam assumendo contraxit. Ideo
non incongrue utique anime vel carni vel
utrique unitus esse id est homo esse dicitur. quia id est huma
nitatis est id est humane nature unitus. ergo et in
sepulcro erat homo. et in inferno homo erat.
quia utrobique humanitatis erat Christus et unam ea
demque cum anima et carne licet separatis habebat
unionem. et immo eodemque tempore Christus iacu
it in sepulcro. et ad infernum descendisset; in
sepulcro iacuit secundum carnem solam.
et in infernum descendit secundum solam
animam. Unde augustinus. Quis non est derelictus
in inferno? Christus. sed in sola anima. Quis iacuit
in sepulcro? Christus. sed in carne sola. quia in hiis
singulis totum esse xpm in hiis omnibus et in singulis confitemur. Ex hiis evidenter

ostenditur quod carni iacenti in sepulcro unitus
erat Christus sicut et anime in inferno. alioquin si carni
mortue non esset unitus: non in ea diceretur
iacuisse in sepulcro. Anima ergo ad infernum des
cendit. caro in sepulcro iacuit. ibi sapientia cum utraque
permansit. quia in inferno positis ut ait Ambrosius lu
men vite fundebat eterne. Radiabat illic in inferno lux
vera sapientie. et illuminabat infernum. sed
in inferno non claudebatur. Quis enim locus est
sapientie ut eam includat? de qua scriptum
est. Nescit homo viam eius, nec invenitur in terra ho
minis. de qua abyssus dicit: non est in me. et ma
re dicit non est mecum tantum. ergo nec in tempore
nec in loco sapientia est cui nec mors ubi tenenda
est. In ligno etiam caro non illa operatrix omnium
divina gloria pendebat. Confitemur tamen Christum
pependisse in ligno et iacuisse in sepulcro. sed in
[carne] sola. et fuisse in inferno sed in anima sola.

Et itaque totus perfectus quod Christus ubique est totus si non
eodem tempore totum ut totus homo vel deus
erat in inferno totus in celo si non totum.
id est perfectus. totus ubique presens. tamen illa eterna non
maior erat nisi carnem et animam simul unita
sibi haberet. quam nisi alterum tantum. nec maior erat nisi v
trumque simul vel alterum tantum unitum haberet:
quam si erat neutrum habens unitum. totus ergo Christus
id est perfectus ubique erat. Unde augustinus. non dimisit Christus
patrem cum venit in virginem. ubique totus ubique
perfectus. Uno ergo eodemque tempore totus erat
in inferno. totus in celo. erat apud inferos re
surrectio mortuorum. erat super celos vita viven
cium. vere mortuus. vere vivus. In quo et
mortem suscepto mortalitatis excepit. et
vitam divinitas non perdidit. Mortem ergo dei
filius et in anima non pertulit. et in maiesta
te non sensit. Sed tamen participatione infirmita
tis rex glorie crucifixus est. Ex hiis apparet
quod Christus eodem tempore totus erat in sepulcro.
totus in inferno. totus ubique. Sic et modo totus
ubicumque est. sed non totum. id est non secundum utrumque

tamen naturam. nec in sepulcro vel in inferno to
tum erat. et si totus fuit christus totus est deus. totus
est homo. sed non totum. quia non solum est deus vel
homo sed et deus et homo. totum enim ad naturam
refertur. totus autem ad ypostasim. sicut aliud et
aliquid ad naturam. alius vero et aliquis ad personam
referuntur. Unde Iohannes. totus est christus deus perfectus. non
autem totum deus est. non enim solum deus est. sed et
homo. et totus et totus homo perfectus. non autem
totum homo. non enim solum homo est sed et deus.
totum enim nature est representativum. totus vero ypostaseos id est
persone. sed aliud quidem est nature. alius autem ypos
taseos sicut et hic. Si ea que dicuntur de deo vel de filio dei

Solet etiam queri si con possint dici de homine vel de

Solet etiam queri si congruenter dici possit filius hominis. filio ho
vel ille homo de celo descendisse vel increatus esse minus
sicut dicitur filius dei vel deus de celo venisse
et increatus esse. ad quod dicimus. si ad unitatem persone
referatur dicti intelligentia. sane dici potest.
Si vero ad distinctionem naturarum. nullatenus
concedendum est. Unde augustinus. Quia una persona est christus deus
et homo. ideo dicitur. Nemo ascendit in celum nisi
qui descendit de celo et cetera. Si ergo attendas distincti
onem substantiarum. filius dei descendit. et filius hominis
crucifixus est. si vero unitatem persone. et filius hominis
descendit. et filius dei crucifixus est. propter hanc uni
tatem persone non solum filium hominis descendisse
de celo. sed etiam ostendit se esse in celo cum loqueretur
in terra. propter hanc eandem unitatem scilicet persone dominus
glorie dicitur crucifixus. qui tamen ex forma servi
tantum crucifixus est. non secundum hoc quod deus glorie est.
secundum quod glorificat suos. et tamen dicitur deus glo
rie crucifixus. Recte quidem non ex virtute divi
nitatis sed ex infirmitate carnis. Quid ergo et propter quid
et quid et secundum quid dicatur. prudens et dili
gens et pius lector intelligat. Hec de corrigia cal
ciamenti domini id est de misterio incarnationis suf
ficiant. ne olla regis ydumee consumantur
usque ad cinerem. Si christus habuit fidem spem ut ca

D XXIII

Cum vero supra predictum sit christum plenum gratia fuisse. non est supervacuum inquirere utrum fidem et spem sicut cari
tatem habuit. Si enim his caruit. non videtur ple
nitudinem gratie habuisse. Ut autem hoc quod valeat
apertius explicari. de his singulis aliqua in medi
um sunt proferenda. Et primum de fide secundum
mensuram cuius scripsit apostolus unicuique sapere.

Fides autem est virtus Quid sit fides.
qua creduntur que non videntur. quod tamen
non de omnibus que non videntur accipiendum est.
sed de his tantum que credere interest ad religio
nem id est ad fidem christianam pertinet. quedam enim sunt
que si christianus ignoret nichil metuendum est quod
non ideo a religione deviat. Quot modis di

Accipitur autem fides. citur fides.
tribus modis scilicet pro eo quo creditur. quod aliud est
ab eo quo creditur et non est virtus scilicet fides informis.
et pro eo quod creditur quod aliud est ab eo quo creditur.
Unde augustinus inquid. aliud sunt ea que creduntur.
aliud fides qua creduntur. Illa enim in rebus sunt
que vel esse vel fuisse vel futura dicuntur esse. hec autem
in animo credentis est. et ei tantum conspicua id est mani
festa cuius est. et tamen nomine fidei censetur utrumque.
et illud scilicet quod creditur et id quo creditur. pro quo quod
creditur. dicitur fides. sicut in hoc est fides catholi
ca et cetera. fides autem qua creditur si cum carita
te sit virtus est quia caritas ut dicit ambrosius mater
est omnium virtutum. que omnes informat.
sine qua nulla virtus est. fides autem operans per di
lectionem virtus est qua non visa creduntur. hec
est fundamentum quia mutari non potest.
ut ait apostolus. que posita in fundamento nemi
nem perire sinit. Unde augustinus. fundamentum est
christus ihesus id est christi fides scilicet que per dilectionem operatur.
per quam christus habitat in cordibus nostris que neminem
perire sinit. Alia vero non est fundamentum. fides
autem sine dilectione inanis est. fides cum dilec
tione christiani est. alia demonis est. nam et demones
credunt et contremiscunt. et multum interest
utrum quis credat christum vel christo vel in christum. nam

ipm ee xpm demones credunt cum tn in xpm n credunt.
Aliud est credere in deum. Quid sit credere deo
aliud credere deo aliud credere deum. aliud credere in deum.
Credere deo est credere uera esse que loquitur. quod
et mali faciunt et nos credimus homini sed non in
hominem. Credere deum est credere quod ipse sit deus
quod et mali faciunt. Credere in deum est credendo
amare credendo in eum ire credendo ei adhe
rere et eius membris incorporari. per hanc fidem
iustificatur impius ut de inde ipsa fides incipi
at per dilectionem operari. Ea ergo sola opera
bona dicenda sunt que per dilectionem dei fi
unt. ipsa enim dilectio id est ipsum diligere opus fi
dei dicitur. Fides quoque quam demones et falsi christiani
habent qualitas mentis est. sed informis quia sine
caritate est. nam et malos fidem habere cum tamen
caritate careant apostolus ostendit dicens. Si ha
buero omnem fidem caritatem autem non habuero
et cetera. que fides donum dei est. dici potest quia et in malis
quedam dona dei sunt. An illa informis qualitas

Si uero queritur utrum mentis que in malo
illa informis qualitas christiano est fiat uirtus
quando malus christianus uniuersa credit et bonus fit
que bonus christianus accedente caritate re
maneat et fiat uirtus an ipsa eliminetur et
alia qualitas succedat que uirtus sit. utrumlibet
sine periculo dici potest. Cui tamen uidetur quod illa
qualitas que prius erat remaneat et accessu
caritatis uirtus fiat. Ex quo sensu dicatur

Cum diuersis modis Una fides
dicatur fides. fatendum est tamen unam esse
fidem. unus dominus. una fides. Sed si accipiatur
fides pro eo quod creditur siue pro eo quo creditur
recte dicitur fides una. Si uero pro eo quod creditur
accipiatur ex hoc intelligitur cum dicitur una
fides quia idem iubemur credere et unum idemque
est quod creditur a cunctis fidelibus. unde
fides catholica dicitur id est uniuersalis. Si uero
accipiatur fides pro eo quo creditur. etiam tamen
dicitur una fides esse. non quia una sit numero
in omnibus. sed genere id est similitudine. unde
augustinus. fides quam qui habent fideles uocantur. et
qui non habent infideles. communis est omnibus fide
libus. sicut pluribus hominibus facies communis
esse dicitur. cum tamen singuli suas habeant. non enim
una fides numero est. sed genere. que cum sit in uno
est et in aliis non ipsa sed similis et propter similitu
dinem magis dominus unam esse quam multas. sicut
idem uolentium dicitur una uoluntas cum
tamen cuiusque sit sua uoluntas et duorum simillimorum
dicitur una facies. Quid fides est de his que non uidentur

Notandum quoque est quod sepe cum uidetur ab
quod fides sit de non apparentibus eo in
est tamen. unde gregorius. apparentia non habent fidem quia
sed agnitionem. Idem cum paulus dicat. fi
des est substantia rerum sperandarum argumentum
non apparentium. Hec uera dicitur credi quod
non ualet uideri. nam iam non potest quod ui
deri potest. Thomas aliud uidit et aliud credidit.
hominem uidit et deum confessus est dicens. deus
meus et dominus meus. de hoc et augustinus dicit. fidem
ipsam uidet quisque esse in corde suo si credit. uel
non esse si non credit. non sicut corpora que ui
demus oculis corporis et per ipsorum ymagines
quas memoria tenemus et absentiam cogi
tamus. nec sicut ea que non uidimus et ex his
que uidimus cogitatione utcumque formamus
et memorie commendamus. nec sicut hominem cuius
animam et si non uidemus ex nostra coniectamus
id est cenimus uel cognoscimus. et ex motibus corporis
hominem sicut uidendo didicimus intuemur et
cogitando non sic uidetur fides in corde in quo
ab eo cuius est. sed eam tenet certissima scientia. cum
quoque ideo credere iubemur uidere non possu
mus. ipsam tamen fidem quando est in nobis ui
demus in nobis. quia et rerum absentium presens
est fides et rerum que foris sunt intus est fides
et rerum que non uidentur. et fides uidetur et ipsa tem
poraliter fit in cordibus hominum et si ex fi
delibus infideles fiunt perit ab eis. hic ubi

euidenter traditur fidem ipsam in corde hominis
ab homine ipso uideri non corporaliter non ymagi
ginarie set intellectualiter. ipsam tamen absenti
um esse rerum que non uidentur esse. ut non alibi au
gustinus. Credimus ut cognoscamus. non cog
noscimus ut credamus. Quid enim est fides nisi crede
quod non uides. fidei igitur est credere quod non uides
ueritas quod credidisti uidere. Vnde recte fides ar
gumentum dicitur uel conuictio rerum apparentium
quia fides est ex eo conuincitur et probatur aliqua
esse non apparentia. quia siquis dum de eis du
bitet per fidem probatur. cum fides non sit nisi de non
apparentibus. Descripcio fidei.

Ait namque apostolus
Fides est substantia rerum sperandarum argumen
tum uel conuictio non apparentium. quia per fidem sub
sistunt in nobis et non speranda subsistere in fu
turo per experientiam et ipsa est probatio et conuictio
non apparentium. quia siquis de eis dubitet per
fidem probantur ut ad hoc probandum futura resurrec
tio. quia ita crediderunt patriarche et alii sancti uel
probatio uel certitudo quod sint aliqua non appa
rentia ut supradictum est. Substantia tamen autem fides
dicitur substantia rerum sperandarum quia sperandis substat
et subsistit et quia fundamentum est bonorum quod nemo
mutare potest. Si illa est descripcio spei conue

Secundo queritur an hec descripcio michi
spei conueniat sane concedi potest utrumque.
similiter dicatur conuenire. Sunt et alia plura
quibus differunt fides et spes. Sed non improbe dici
potest soli fidei conuenire et non spei quia fides
sola fundamentum dicitur. non quia fides possit
esse uirtus sine spe et caritate. Vnde augustinus. fides op
erans per dilectionem utique sine spe esse non potest
nec amor sine spe nec sine amore spes. nec utrumque
sine fide et fides sine amore nichil prodest. potest tamen
aliquid credi quod non speratur. nichil autem
potest sperari quod non creditur. Sed prius credere quod non est
actus fidei naturaliter precedit sperare quod est spei ac
tus quia nisi aliquid credatur non potest sperari.

quod non creditur. Sed prius credere quod non est actus
fidei naturaliter precedit sperare quod est spei ac
tus quia nisi aliquid credatur non potest sperari.
Creditur autem quod non speratur. Item est quod in scriptura
plurimum reperitur. quod fides precedit spem
et spes sequitur fidem non quod uirtus fidei precedat
uirtutem spei tempore uel causa. Sed quia actus fi
dei naturaliter precedit actum spei. quod et quidam
concedunt de ipsa uirtute fidei ut naturaliter prece
dat spem et non tempore. Vnde et recte ea sola dicitur
fundamentum omnium uirtutum et bonorum
operum. non autem fundamentum est caritatis
que est species. scilicet quia non ipsa caritatis sed caritas ipsius
uirtutis fidei causa est. Caritas namque causa est et mater
omnium uirtutum. que si desit frustra habentur
cetera. Si autem assit habentur omnia. caritas namque
species. scilicet est ut in superioribus premonstratum est. Ipsa igitur mater
est omnium uirtutum. non ipsius aliqua uirtu
tum causa est. quia omnia munera excellit. Vnde
augustinus. respice ad munera ecclesie et inuenies
excellentius caritatis munus cognosces. quod
ut oleum non potest premi in imo. Sed super excellit
non igitur causa uel fundamentum eius fides est.
Gregorius tamen super ezechielem dicit. quod nisi fides prius te
neatur. nullatenus ad spiritualem amorem
attingitur. non namque caritas fidem sed fides cari
tatem precedit natura non tempore. quia nemo
potest amare quod non credidit sicut nec sperare. Sed hoc
accipi potest dictum de fide scilicet informi que uirtus
non est. Ipsa enim spem et caritatem precedit
frequenter uel de actu id est de motu fidei quod forte natur
aliter actum caritatis precedit sicut actum spei
quod uerba premissa diligenter notata innuunt et ea
tamen que addit dicens nisi ea inquid que audis crede
dideris ad amandum ea que audis non inflam
maris que tamen de non uisis est ut etiam dixim
Vnde Iohannes Crisostomus. fides in anima nostra facit
subsistere ea que non uidentur de quibus premissa
fides est de prius namque non est fides set agnicio. Quomodo in
telligitur quod scriptum est ut cum factum fuit caritas.

Hic queritur tamen si fides est de non visis, quomodo
veritas apostolus ait: Nunc dico vobis priusquam
fiat, ut cum factum fuerit credatis. Ubi innuitur
quod fides illa fuit de factis et visis. Super quo Augustinus
movet questionem et solvit in tractatu. Quid
sibi vult ut cum factum fuerit credatis? Hec est laus fi-
dei si quod creditur non videtur. Nam et tho-
mas cui dictum est: Quia vidisti me thoma cre-
didisti, non hoc credidit quod vidit. Cernebat enim et
tangebat carnem viventem quam viderat
morientem. Et credebat deum in carne ipsa
latentem. Credebat ergo mente quod non videbat
per hoc quod sensibus corporis apparebat. Sed et si
dicuntur credi que fide agnicionis non fide
credulitatis videntur. Sic dicit unusquisque o-
culis suis credidisse non ipsa est que in nobis e-
dificatur fides. Sed ex rebus que videntur agi-
tur in nobis ut ea credantur que non videntur.
Ex hiis aperte intelligitur quod proprie fides non appa-
rentium est. Nec illa est fides qua in Christo edifica-
mur: qua dicimus usitata locucione nos
credere ea que videmus. Alibi tamen dicit Augustinus fidem esse
de rebus presentibus quod erit in futuro cum per
speciem deum presentem contemplabimur. Que
tamen proprie dicitur fides. Sed ĩtcas est inquid fides qua cre-
duntur ea que non videntur. Sed tamen est fides
et rerum quarum non visibilium sed rebus ipsis presentibus
creditur quod erit cum per speciem manifesta-
ta se prebebit se contemplandam dei sapientia.
Sed non proprie hec dicitur fides immo fidei merces
ad quam credendo pervenitur ut ex fide laborum
mereatur iustus in fidem rerum. Si petrus habuit
fidem passionis.

Si vero queritur utrum
Petrus fidem passionis quando vidit ho-
habuit cum hominem Christum minem illum pati
oculis pati cernebat, dicimus eum fidem pas-
sionis habuisse non in eo quod credebat hominem
pati et hoc videbat, sed in hoc quod credebat deum esse
qui patiebatur. Non sustitulus fidei erat quod
credebat homo pati et mori quod iudeus cernens
credebat. Sed quod credebatur deus esse qui patie-
batur. Unde Augustinus super illum locum psalmi: Respondit ei
in via virtutis sue. Laus fidei est non quia credit
hominem illum mortuum esse quod et paganus
credit. Sed quod credit illum glorificatum et verum
deum. Credit ergo fides deum mortuum et hominem
glorificatum. Non ergo fuit Petro fidem credere ho-
minem illum mori quod oculis cernebat. Sed
credere deum esse qui moriebatur. Sic nobis est fides
in hoc meretur quod credimus hominem illum
mortuum quod et iudeus credit. Sed quod credimus ho-
minem deum mortuum. Si aliqua

Post hoc queri solet sciuntur que credantur.
Cum fides sit de non apparentibus et non
visis utrum sit et de incognitis tantum. Si sit de in-
cognitis tantum est de hiis tamen videtur esse que ig-
norantur. Sed sciendum est quod cum visio alia sit
interior alia exterior, non est fides de subiectis ex-
teriori visioni. Est tamen de hiis que visu inte-
riori utcumque capiuntur et quedam utique sic
capiuntur ut intelligantur nunc in enigma-
te et sic non ut in futuro quedam autem non. Quo-
tiens fides sit ex auditu non modo exteriori sed
interiori non potest esse de eo quod ignoratur om-
nino quia ipsa ad sensum corporis non pertinet. Unde
Augustinus tractat dicens: Quamvis ex auditu fides in
nobis sit non tamen ad eum sensum corporis perti-
net qui dicitur auditus quia non est sonus nec ad il-
lum sensum pertinet corporis. Quoniam in cordis est
res ista non corporis. Quedam ergo fide creduntur
que intelliguntur naturali racione, quedam
vero que non intelliguntur naturali racione.
Unde Ysaias propheta: Nisi credideritis non intelligetis. Quod
Augustinus aperte distinguit: Alia sunt inquid que
nisi intelligamus ut deus non credimus. Alia
que nisi credamus non intelligemus ut de arti-
culis fidei. Nemo tamen potest credere in deum nisi
aliquid intelligat cum fides sit ex auditu
predicacionis. Idem est in libro de trinitate contra i. Firma
fides utcumque inchoat cognicionem, cognicio

uo certa non pficietur n post hanc uitam
aspectu ꝗ ait n fides non statim cognicio ubi
cognicio fidei pcessit. Ex hus apparet aliqua
credi que non intelliguntur uel sciuntur uel
prius credantur. Quedam uo intelligi aliqn
f an qm credantur nec tn sic intelliguntur
modo ut in futuro scientur. Et nunc p fidem
qua mundantur corda ut amplius intelligantur.
q n p fidem diligatur deus non mundatur
cor ad eum sciendum. vn aug. Quis est deum
scire nisi eum mente conspicere firmeqꝫ co
apere. Sꝫ ut plus qm pspicere ualeamus & pci
pere deum sicut pcipit a mundis cordibus n
p fidem diligatur non potest cor mundari ut
ad eum uidendum sit aptum. Ecce h apte hes.
q non pot sciri deus nisi prius diligendo cre
datur. Sup aut dictum est q nemo credere pt
in deum nisi aliquid intelligatur. Unde col
ligitur non posse sciri & intelligi credenda q
dam n prius credantur & quedam non credi n p
us intelligantur. Et ipsa p fidem amplius in
telligi nec ea que prius creduntur qm intel
ligantur penitus ignorantur. cum fides sit
ex auditu ignorantur tn ex pte q non sciuntur
creduntur ꝫ quod ignoratur ꝫ non penitus sic
f amatur q ignoratur. vn aug. Sciri aliquid
& non diligi pot. diligi uo q nescitur quero y
tum possit. Si non potest nemo diligit deum
ante qm sciat. Sꝫ aut illa tria sunt. fides. spes.
caritas n in animo credente q non dum sit
& sperante & amante q creditur. amatur ꝫ
& quod ignoratur ꝫ tn creditur. De fide an

XXXV

Predictas adiciendum est tiquorum.
De sufficientia fidei ad salutem illis qui p
cesserant aduentum xi & qui sequuntur uidentur
pfecisse. fides scdm temporum pcessum sicut
pfecit cognicio. fides quippe magna dicitur
cognicione & articulorum qualitate f constan
cia uel deuocione. Est autem quedam men
sura fidei sn qua numqm potuit ee salus.
vn apls. oportet accedentem ad deum credere q
deus est & q remunerator est sperantium in se. Sꝫ
queritur iterum credere h an aduentum an
ante legem ad salutem sufficeret. nam tpꝫ
gracie constat certissime h non sufficere. oportet
vniuersa credere que in symbolis continentur
ꝫ n ante aduentum uel an legem uidetur
h sufficisse q sn fide mediatoris nullum ho
minem uel ante uel post fuisse saluum. scorꝫ
auctes contestantur. vn aug. adoptatum
Illa fides sana est qua credimus nullum ho
minem sn maioris sn puule etatis liberari a
contagio mortis & obligacione pcti q pma
natiuitate contraxit quando anima i sn
diuit corpori n p unum mediatorem dei & ho
minum ihm xpm. c hois eiusdem q dei sa
lutima fide & illi iusti salui facti sunt qui
priusqm uenire c in carnem credideruntur
in carnem uenturum. Eadem enim fides est
nra & illorum pm cum omes iusti sn an incar
nationem sn post nec uixerunt nec uiuunt
n ex fide incarnationis xi. pfco q scriptum est
non ee aliud n. sb celo in quo oporteat salua
ri nos n ex illo tpe quo uenit ad saluandum
genus humanum ex quo in adam uiciatum
tum est. Idem nemo liberatur a dampnacione
q facta est p adam n p fidem ihu xi. Idem. Ea
dem fides mediatoris que nos saluat sal
uos faciebat iustos antiquos pusillos cu
magnis. q sicut credimus xpm in carne
uenisse i illi uenturum & sicut nos mor
tuum illi moriturum & sicut nos resurrexisse i
illi resurrecturum & nos illi ad iudicium uiuo
rum & mortuorum xpm uenturum. gg super
ezechielem & qui pibant & qui sequebantur
clamabant osanna filio dd q omnes electi
qui in iudea ee potuerunt sn qui nunc i ec
clesia sunt mediatorem dei & hominum cre
diderunt & credunt. h aliis q pluribus
testimoniis pspicue docetur nulli umqm salutem

esse factam nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentem credere quod subdit apostolus, set non sufficit. *De fide simplicium.*

Quid ergo dicetur de illis simplicibus quibus non erat revelatum misterium incarnacionis, qui pie credebant que eis revelatum vel traditum fuit? Dici potest nullum fuisse iustum vel salvum cui facta non esset revelacio vel distincta vel velata, in aperto vel misterio: distincta ut Abrahe et Moysi aliisque maioribus qui distinctionem articulorum fidei habebant, velata ut simplicibus quibus revelatum erat esse ea credenda que credebant illi maiores et docebant, sed eorum distinctionem apertam non habebant. Sicut et in ecclesia aliqui minus capaces sunt qui articulos fidei distinguere et assignare non valent, omnia tamen credunt que in simbolo continentur. Credunt enim que ignorant, habentes fidem velatam in misterio. Ita et tunc minus capaces ex revelacione eis facta maioribus credendo inherebant, quibus fidem et spem suam committebant. Unde in Iob dictum est: Boves arabant et asine pascebantur iuxta eos. Simpliciores et minores sunt asine pascentes iuxta boves, quia humilitate maioribus adherendo in misterio credebant que et illi in misterio docebant, qualis forte fuit vidua Sareptana.

Sed queritur, *utrum ante adventum credere de mediatore sufficiat,* cum sine fide mediatoris antiquis non fuit salus, sicut nec modernis, utrum oportuerit illos credere omnia illa de mediatore que nunc credimus. Quibusdam videtur quod suffecerit illa quatuor tantum credere, scilicet nativitatem, mortem, resurrectionem, adventum ad iudicium, que ex premissis auctoritatibus colliguntur, quia ista quatuor posuit. Aliis autem videtur sine fide trinitatis et misterio incarnacionis fidei suffecisse ut crederetur Dei filius nasciturus de virgine et iudicaturus, quod de Iohanne baptista documentum

hi⁹ rei assumpsit, qui de morte Christi et descensu ad inferos in evangelio dubitasse videtur secundum exposicionem Gregorii, quando interrogavit per discipulos: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Quasi diceret: Si tu per te ipsum descensurus es ad infernum, an alium ad hec sacramenta mittimus? Quidam tamen dicunt eum non dubitasse de ignorancia, sed de pietate, id est dubitare se ostendisse non quod ignoraverit, sed pietatis affectu compassum esse Christo et eius humilitatem admirando insinuasse. *De fide Cornelii.*

Solet etiam queri de Cornelio utrum fidem incarnacionis habuit, cum dictum est ei per angelum: Accepte sunt elemosine tue et exaudite sunt oraciones tue. Si enim fidem incarnacionis non habebat, tunc ergo sine fide incarnacionis erat ei iusticia, quia de illo scriptum est quod iustus erat et timens Deum. Si vero incarnacionis fidem habebat, ad quid ergo missus est ad eum Petrus? Sane dici potest eum habuisse fidem unitatis et trinitatis et incarnacionis habuisse Dei revelacione, sed incarnatum iam esse Dei filium ignorasse, et ideo missus est ad eum Petrus ut iam natum Dei filium ei annunciaret et sacramentum regeneracionis ei conferret. Habebat ergo fidem incarnacionis, set iam factam vel futuram esse non noverat. Et ita per fidem venit ad opera. Deum enim unum credebat, per opera amplius solidatus est in fide. Per fidem enim, ut ait Gregorius, venitur ad opera. Cornelius etiam per fidem venit ad opera. Deum enim unum credebat, sed filium eius nesciebat incarnatum; per fidem placuerunt Deo opera eius; sine fide enim impossibile est placere Deo. Augustinus vero dicit Cornelio dictum esse per angelum: Accepte sunt elemosine tue et oraciones tue exaudite sunt, antequam in Christum crederet, nec tamen sine aliqua fide donabat et orabat. Nam quomodo invocabat in quem non credebat? Sed si posset sine fide Christi esse salvus, non ad eum

mitteret archiectus ecce petrus. Attende quod
ait sine fide christi salutem esse non posse. et tamen cor-
nelium exauditum ante quam crederet in christum
quod sic intelligi potest. scilicet ante quam sciret christum in-
carnatum in quem credebat. scilicet in misterio.
Illud etiam non est de qualitate fidei spei et caritatis et
pretermittendum operis quod si ad sunt equalia.
quod fides. spes. caritas. et operatio. secundum aliquid equalia
sunt in presenti. Unde gregorius. fidem spem atque cari-
tatem et operationem dum in hac vita vivimus
equales sibi esse apud nos invenimus. quia quantum
credimus tantum amamus. et quantum amamus tantum
de spe presumimus. Quisque enim fidelis tantum credit
quantum sperat et amat. et tantum operatur quantum spe-
rat credit et amat. Sed tamen maior et dignior
fide et spe dicitur caritas. quia cum ad dei speciem per-
venitur. fides et spes transibit. sed caritas remanet
et hoc quia caritas mater est omnium virtutum
que tamen non ideo post fidem et spem ponitur quod ex
eis oriatur. sed quia post ista remanebit aucta. Ca-
ritas enim numquam excidit. premissa autem equalitas
spe secundum interiorem actuum intensionem
consideranda est. huic vero quod hic superius dictum
est. scilicet quod caritas non est ex fide et spe sed econverso. videtur
obviare quod ait apostolus. finis precepti est caritas de
corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Quod
exponens augustinus. cor accipit pro intellectu et con-
scientiam pro spe. Ecce inquit caritas est finis
precepti procedens de corde puro. id est de puro intellec-
tu ut nil nisi deus diligatur. et conscientia. id est de
spe bona et fide non ficta. id est simulata. non ergo
caritas fidem vel spem sed fides et spes caritatem
precedere videntur. hoc ergo ea ratione dictum est in-
tellige non quod fides et spes causa vel tempore
caritatem omnium bonorum matrem precedant
sed quia caritas sine illis in aliquo esse non potest. sed
illa sine caritate esse possunt quamvis non sit pia
fides vel spes sine caritate. Ideo ergo ex fide et spe pro-
cedere dicitur caritas. quia nulli provenit sine
istis.

Est autem spes virtus quid sit spes.
qua spiritualia et eterna bona sperantur. id est
cum fiducia expectantur. Est enim spes certa
expectatio future beatitudinis veniens ex
gratia dei et ex meritis precedentibus. vel ipsam
spem quam natura precedit caritas vel rem spera-
tam. id est beatitudinem eternam. Sine meritis enim
aliquid sperare non spes sed presumptio dici potest.

C XXVI

Est sicut fides est etiam de quibus sit spes.
et spes est de invisibilibus. Unde augustinus.
fidem appellamus eorum que non videntur. de spe
quoque dicitur spes que videtur non est spes. quod enim
videt aliquis quid sperat quia attinet ad non vide-
re que creduntur vel que sperantur fidei spei
que communis est. Distinguuntur tamen fides a spe
sicut vocabulo ita rationali differentia. Est
enim fides malarum rerum et bonarum. quia et bona cre-
duntur et mala. et hoc fide bona non mala est.
Est fides et preteritarum rerum et presentium et futu-
rarum. Credimus enim mortem christi. quod iam preteriit.
Credimus etiam sessionem. scilicet ad dexteram patris
que nunc est et exstat. Credimus venturum ad
iudicandum quod futurum est. Item fides est
et suarum rerum et alienarum. nam et se quisque
credit esse cepisse nec fuisse utique sempiter-
num. et alia atque alia non modo de aliis hominibus
quamplura que ad religionem pertinent verum etiam
de angelis credimus. Spes autem non nisi
bonarum rerum est nisi futurarum et ad eum perti-
nentium qui earum spem gerere perhibetur. Re

Post hoc superest dictum ad premissam questionem an
investigare fides et spes in christo fuerint
utrum fides et spes in christo fuerint. unde tracta-
tus iste sumpsit exordium. Quibusdam non
indocte videtur fidem virtutem et spem in eo
non fuisse sicut et in sanctis iam beatificatis vel in
angelis non sunt. et tamen sancti credunt et sperant
resurrectionem futuram. et angeli eandem cre-
dunt. nec tamen in eis fides vel spes virtus est. quia
et deum per speciem contemplando fruuntur. et in dei

uero reſurrectionem futuram .ſ. membrorum
ſui iudicium non per ſpeculum in enigmate ſed
perclariſſime inſpiciunt. Sic et qui credunt re
ſurrectionem factam .ſ. membrorum ido
neorum ÷ eoſ fidem habere quod ea conſummata poſt
iudicium ſimiliter et fidem habere dicuntur qui
credent eam preteritam. Sed ſicut tunc credent
nec tamen fidem que fides facit habebunt qui non
credunt abſque ſua que non erit enigmatica. Sed
per ſpem. ita modo credunt et ſperant reſurrecti
onem. nec tamen fidem habent qui credendo cognoſ
cunt. Venit enim eis quod perfectum eſt et euacua
tum eſt quod ex parte eſt. Venit enim cognicio et e
uacuata eſt fides. Venit ſpes et deſiit ſpes.
Ita et Chriſtus in quo fuerunt bona patrie credidit
quidem et ſperauit reſurrectionem tercia die
futuram per quam et orauit patrem. nec tamen fi
dem uirtutem uel ſpem habuit qui non enigma
ticam et ſpecularem ſed clariſſimam habuit de
ea cognicionem qui non profectus eam cog
nouit perfectam quam intellexit futuram. Spatium
tamen ſit in pſ. ait. Inter diē ſpecam non tamen
fidem uel ſpem uirtutem habuit. qui per fidem in
debat ea que credebat. [ſi iuſti apud inferos te]
De antiquis uero patribus [ut fidem et ſpem habuerunt]
qui apud inferos uſque ad paſſionem te
nebantur non incongrue dici poteſt quod
fidem et ſpem uirtutem habuerunt quia crede
bant et ſperabant ſe uiſuros deum per ſpem quam ha
bebant cum non uidebant. qui non patuit eis
cognicio dei per ſpeciem ante paſſionem. qua
conſummata a fide tranſierunt ad ſpeciem.

DIST. XXVII

Cum autem Chriſtus [de caritate qua diligimus]
et ſpe fidem non habuit [deum et proximum q. i.]
dilectionem tamen habuit in quantum homo [et nobis]
caritatem quam maior eſſe non ualet qui ex carita
te extrema animam poſuit pro amicis et inimicis
habuit enim caritatem in corde quam ope nobis ex
hibuit ut exhibitionis forma nos ad diligen
dum inſtrueret. Hic aliquid dicendum eſt
de caritate de modo et ordine diligendi deum
et proximum. [quid ſit caritas.]

Caritas eſt dilectio qua diligitur deus propter
ſe et proximus propter deum uel in deo. Hec habet duo
mandata unum pertinens ad dilectionem dei
quod eſt maximum in lege mandatum et alte
rum pertinens ad diligendum proximum. illi
ſimile primum eſt. Diliges deum ex toto cor
de ex tota anima et ex tota mente. Quod ſcriptum
eſt in deuteronomio. Secundum eſt. diliges proximum
tuum ſicut te ipſum. In hiis duobus preceptis
tota lex pendet et prophete. Finis enim precepti eſt
dilectio et ea gemina .i. dei et proximi eſt. [ſi eadem]

Hic queritur [caritate diligitur deus et proximus.]
Si ex ipſa dilectione diligitur deus qua et
proximus. an alia ſit dilectio dei et alia proximi.
Eadem ſane dilectio eſt qua diligitur deus et pro
ximus que ſpiritus ſanctus eſt. ut ſupradictum eſt quia deus
caritas eſt. Vnde aug. Iohannes ait. Non poteſt deum
diligere quem non uidet qui fratrem quem ui
det non diligit. Sed ſi eum quem uidet huma
no uiſu ſpirituali diligeret caritate uideret de
um qui eſt ipſa caritas uiſu interiori quo uideri
poteſt. Qui ergo fratrem quem uidet non diligit
deum qui eſt dilectio qua caret qui fratrem
non diligit quomodo poteſt diligere. Ex una
igitur eademque caritate deum proximumque dili
gimus. ſed deum propter deum. nos uero et proximum propter
deum. Sed ecce una eademque eſt caritas dei
et proximi. quare dicitur gemina: propter duo dilecta .ſ.
deum et proximum. et ſi enim una ſit caritas duo
tamen diuerſa ea karitate diliguntur .ſ. deus
et homo uel angelus. propter quod et duo ſunt manda
ta. quia cum eadem caritas utrumque commendetur
diligi tamen diuerſa precipiuntur. Vnde aug. Arbi
tror bis ideo ſpiritum .ſ. datum. ſemel in terra et
iterum de celo ut commendarentur nobis
duo precepta caritatis .ſ. dei et proximi. Vna eſt
karitas et duo precepta. Vnus ſpiritus .ſ. et duo data.
Qui alia karitate non diligit proximum niſi illa

que diligit deum. Quia ergo caritate deum diligi
mus ipsa deum diligimus. Sed quia aliud est deus a
liud est proximus et sub una caritate diliguntur
ideo forte duo forte precepta dicuntur. Sed alte
rum maius et alterum minus ut propter duos motus
qui in mente geruntur dum deus diligitur et proximus
commovetur. Vel mens ad diligendum deum movetur
et ad diligendum proximum et multo magis erga
deum quam erga proximum. De modo diligendi.

Consequenter modum intuisque
dilectionis advertamus. Hec regula ut
ait augustinus dilectionis divinitus constituta est ut
deum propter se ex toto corde et proximum diligas si
cut te ipsum. id est ad quod et propter quod te ipsum diligere
debes. In bono ergo diligendus est proximus non in
malo et propter deum proximum vero omnem hominem
oportet intelligi quia nemo est cum quo sit operandum ma
le. Qui ergo amat homines vel quia iusti sunt
vel quia ut iusti sint amare debet. Sic et in deo vel propter deum
sic et se ipsum debet amare. scilicet in deo vel propter
deum id est quia iustus est vel ut iustus sit. Qui vero aliter
se diligit iniuste se diligit quia ad hoc se diligit
ut sit iniustus. Ad hoc ergo ut sit malus. Unde ergo iam
se diligit qui non diligit. Inde augustinus in xiiii libro
de trinitate ait. Sic condita est mens humana ut numquam
sui non meminerit numquam se non intelligat
numquam se non diligat. Sed quoniam qui odit aliquem
nocere ei studet. Non immerito et mens hominis
quando sibi nocet se odisse dicitur. Nesciens enim se
vult male dum non putat sibi obesse quod vult.
Sed tamen male se vult quando id vult quod sibi obsit. Unde
illud. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Qui ergo
diligere novit deum diligit. Qui vero non deum
diligit et si se diligit quod ei naturaliter inditum est
tamen non incongrue se odisse dicitur cum id agit
quod sibi adversatur et se ipsum tamquam suus inimicus
insequitur. Modus ergo diligendi sapiendus est
hominum id est quomodo se diligat ut prosit sibi. Qui
autem se diligat et prodesse sibi velit dubitare dementis
est. Modus autem precipitur cum ait sicut te ipsum

ut proximum diligas ad quod te ipsum. Sic ergo te
non propter te diligere debes. Sed propter illum ubi dilec
tionis tue rectissimus finis est. Non succense
at aliquis homo sic et ipsum propter deum dili
gas. Huius dilectionis modum veritas insinu
at dicens. Mandatum novum do vobis ut
diligatis invicem sicut dilexi vos. id est ad quod
dilexi vos. scilicet ut filii sint ut vitam habeatis. De
dilectionis autem dei. Modo diligendi deum.

Dilectionis autem dei modum insinuat cum dicitur. Ex toto cor
de id est ex toto intellectu. Ex tota anima id est ex
tota voluntate. Ex tota mente id est memoria.
ut omnes cogitationes et omnem vitam et omnem
intellectum in illum conferas a quo habes ea
que confers. Hec dicens nullam partem reliquid
nostre vite que vacare debeat a dilectione dei
Sed quicquid venit in animam illuc rapiatur
quo dilectionis impetus currit et diligere dominum
propter se. Modus diligendi deum est. Et sunt isti duo
modi diligendi deum ut quibusdam placet.

Illud autem De ipletione illius mandati.

preceptum non penitus impletur ab homine
in hac mortali vita sed ex parte non ex toto quia
ex parte diligimus sicut ex parte cognoscimus. In
futuro autem implebitur ex toto. Unde augustinus
Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentie
non omni modo ex tota anima diligitur deus.
Caro tamen non dicitur concupiscere nisi quia car
naliter anima concupiscit. Cum autem veneri
nt quod perfectum est ut destruatur quod ex parte est.
id est anima non ex parte sit sed ex toto. Caritas
autem non auferetur sed augebitur et imple
bitur in quia plenitudine illud preceptum
caritatis implebitur. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde etc. Tunc erit iustus sine
peccato quia nulla erit lex repugnans menti
tunc prorsus toto corde tota anima tota
mente diligemus deum quod est summum pre
ceptum. Quod de ratione precepti.

Set cur hominum ista perfectio precipitur

cum in hac vita nemo habeat eam? quod non recte
accipitur si quo attendendum est nesciatur. Quo
modo autem sciretur si nullis praeceptis ostenderetur?
Ecce habes cur illud praeceptum est quod hic perfecte
impleri non potest. impletur tamen ex parte. scilicet secun
dum expletionem vel perfectionem vite que est
in vita mortali. Alia est enim perfectio cursus
et alia pervenientis. facit hoc mandatum ut
ait Isidorus qui deum ante omnia et prae omnibus di
ligit. nec tamen omnia perficit. Quod alterum mandatum

Cum autem duo sint **datum in altero est**
praecepta caritatis, posteriusque ponitur secun
dum. non in tractatu quod non deus sit proximo nec
proximus sine deo diligi potest. Unde apostolus. Omne man
datum legis dicit instaurari. id est contineri et
impleri in hoc verbo. Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Et Christus dilectionem proximi spe
cialius commemorat dicens. Mandatum
novum do vobis ut diligatis invicem. sicut dilexi vos. Ubi
illud maius mandatum dilectionis dei intelligitur
permissum. sed bene intelligentibus utrumque
invenitur in singulis. quia qui diligit deum non
potest contemnere eum quem deus diligere
praecipit. et qui diligit proximum quid in eo di
ligit nisi deum. Ipsa est dilectio ab omni mundana
dilectione discreta. quam distinguens dominus ait.
sicut dilexi vos. Quid enim nisi deum diligit in nobis. Non
quem habebamus sed ut haberemus. sicut medicus
diligit egrotum. et quid in eo diligit nisi salutem
quam cupit revocare. non morbum quem ve
nit expellere. Sic et nos invicem diligamus
ut quantum possumus invicem ad habendum
in nobis deum ex dilectione attrahamus. **Que dili**

Sed que hic dilectione **genda sint caritate**
diligenda sint iam inquiramus. **caritate**
non enim ut ait Augustinus omnia diligenda sunt
quibus utendum est. sed ea sola que vel nobis cum
societate quadam referuntur in deum sicut
est homo vel angelus vel ad nos relata. id est
pertinentia beneficio dei per nos indigent ut corpus.

Hic quod in praecipiendum est diligi ut ei ordinare pru
denter quod consulatur. **Si illo praecepto iubemur**
et potest queri utrum **diligere totum**
in illo mandato dilectionis proximi totum DXXIIII
proximum. id est animam et corpus. et nos ipsos totos di
ligere praecipiamur. Ad quod dicimus. Omne genus di
ligendarum rerum illis duobus mandatis continetur.
Quatuor enim diligenda sunt ut ait Augustinus. Unum
quod supra nos est. scilicet deus. alterum quod nos sumus. Terti
um quod iuxta nos est. scilicet proximus. quartum quod infra nos
est. scilicet corpus. De secundo et quarto nulla praecepta
danda erant. ut scilicet diligeremus nos vel corpus
nostrum. praecipitur autem deus diligi et proximus. Ut
autem se quisque diligat carnaliter praecepto non
est opus quantumlibet enim homo excidat a veritate
remanet tamen illi dilectio naturalis sui et dilectio
sui corporis. quia nemo umquam carnem suam odio
habuit. Nam et illi qui corpora sua cruciant
non corpus sed corruptiones et pondus oderunt.
Hic videtur Augustinus dicere quod ex praecepto non teneamur
diligere nos ipsos vel corpus nostrum. Quod si est non omne
genus diligendarum rerum his duobus praeceptis con
tinetur cum et nos ipsos et corpus nostrum diligere
debeamus. Ad quod necessarium est praeceptum cum scrip
tum sit. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. specialiter de hoc pre
ceptum non erat dandum nec speciali praecepto
opus erat ideo tradi ut quisque se vel corpus suum di
ligeret. quia hoc in illo praecepto continetur. diliges
proximum tuum sicut te ipsum. sibi et tibi et proximum
totum et te totum debes intelligere. Unde Augustinus
in eodem. Sic te totum intelligas. id est animam et cor
pus et proximum totum. id est animam et corpus. Homo
enim ex anima et corpore constat. nullum rerum di
ligendarum genus in his duobus praeceptis permissum
est. Cum enim praecurrat dilectio dei eiusque dilectionis
modus praescriptus appareat et sequatur dilectio proximi.
De tua dilectione nichil dictum videtur. sed cum
dictum est. diliges proximum tuum sicut te ipsum. simul et tui
abs te dilectio permissa non est. Ecce hic aperte
dicit in illo praecepto non tantum proximi sed et mi

dilectionem continere · totius proximi · totius que
mei · Ex quo apparet quod dictum est de secundo · i · de di
lectione nostri et corporis nostri nulla precepta danda
esse · Non est intelligendum · scilicet specialia et diuisa · quia in
illo uno totum continetur · et quod id quod sumus · scilicet
anima · et quod infra nos est · scilicet corpus ad nos tamen pertinens
non lege diligimus · et que in bestiis est · Sequitur et de illo
quod supra nos est · et de illo quod iuxta nos est · diuisa precepta sum
simus · In quorum altero eius quod sumus et illius quod infra
nos est · dilectio continebatur. **Si in illo precepto**

Hic autem oritur questio **continetur dilec**
de angelis utrum ad illud **tio angelorum.**
preceptum dilectionis proximi pertinet dilectio
angelorum · nam quod nullum hominem excepit
qui precepit proximum diligere · dominus in parabola
semiuiui relicti ostendit eum dicens proximum quem
erga eum extitit misericors · deinde subdit · Va
de et tu fac similiter · Ut per hoc proximum intelliga
mus ei uel exhibendum est officium misericor
die si indiget · nullum uero exceptum esse cui nega
dum sit misericordie officium · Quis non uideat
cum usque ad inimicos nostros porrectum sit domino
dicente · Diligite inimicos uestros · benefacite hiis
qui oderunt uos · Manifestum est quod omnem hominem
proximum esse deputandum · proximum uero nomen
ad aliquid est · nec quisquam est proximus nisi proximo
esse potest · Unde consequens est et cui prebendum et a quo
prebendum est officium misericordie recte proximum dici ·
Manifestum est quod precepto dilectionis proximi
et sanctos angelos contineri · a quibus tanta nobis misericordie
impenduntur officia · ex quo et dominus proximum se nomi
nari uoluit · Ut in parabola sauciati figurat · et in
propheta · quasi proximum quasi fratrem nostrum sic compla
cebam · sed quia excellentior ac supra naturam nostram natura est ·
diuina scriptura preceptum dilectionis dei ab proximi
dilectione distinctum est · Forte licet deus omnia
nobis impendat beneficia · non tamen nomine proximi
includitur in illo precepto · quem non sicut nos
diligere debemus · sed plus quam nos toto corde et
anima · Christum uero in quantum homo est sicut nos

diligere debemus eiusque secundum hominem di
lectio illo continetur mandato quo est secundum
hominem magis quam nos sed non quantum deum
debemus diligere · quia in quantum est homo minor
est deo · **quibus modis dicitur proximus.**

Hic notandum est proximum dici diuersis mo
dis · scilicet conditione prime natiuitatis · spe
conuersionis · propinquitate cognationis · et one
beneficii exhibitionis · **de ordine diligendi quid**
Post predicta de ordine **prius quid posterius**
caritatis agendum est · quia dicit sponsa
Introduxit me rex in cellam uinariam et
ordinauit in me caritatem · Videamus quod or
dinem quid prius quid post esse debeat · pec
cat enim qui preposterе agit · Nam scire quid
facias et nescire ordinem faciendi non est per
fecte cognitionis · Ordinis namque ignoran
tia conturbat meritorum formam · ordinem autem
diligendi augustinus insinuat dicens · Ipse est qui or
dinatam habet dilectionem ne aut diligat quod non
diligendum aut eque diligit quod minus uel am
plius diligendum est aut minus uel amplius
quod eque diligendum est · Omnis peccator in quan
tum peccator est non est diligendus · et omnis
homo in quantum est homo diligendus est
propter deum · Deus uero propter se ipsum · et deus propter se omni
homine amplius diligendus est · et amplius quisque
debet deum diligere quam se ipsum · Item amplius
alius homo diligendus est quam corpus nostrum
quia propter deum omnia ista diliganda sunt · et
potest nobiscum proximus deo perfrui quod non potest
nostrum corpus · quia corpus per animam uiuit
qua fruimur deo · Audisti aliqua de ordine
caritatis ubi expressum est · nos amplius dilige
deum quam omnes homines uel nos ipsos et
amplius animam alterius hominis quam
corpus nostrum · In enumeratione autem quatuor di
ligendorum superius posita · prius ponitur
quod supra nos est · secundo quod nos sumus in enumerati
one · tertio quod iuxta nos est · quarto quod infra nos est.

ũ ordo diligendi insinuari uidetur ex rõne
cantificationis. Non ẽ autẽ apertum utrũ
omnes homines pariter debeamus diligere
tantum quantum nos ł minus. an dms
Unde & sup hoc homines pariter dili
sepe mouetur questio gendi sunt
quam perplexam faciunt scõꝝ uba uarie plãta
quidam n credere uidentur q pari affec
tu omis diligendi sint sꝫ in effectum .i. in
exibitione obsequii. distinctio obuanda
sit. unde aug. omnes homines eque diligẽ
di sunt. sꝫ cum omnibus pdesse non possis
hiis potissimum consulendum est qui pro
locorum uł temporum uł quarumlibet re
rum oportunitatibus constrictius tibi quasi
quadam sorte iunguntur. p sorte enim
hñdum ÷ quo quisq tibi temporaliter col
ligatus adheret. Ex quo legis potius
illi dandum eẽ. Idem sup eplam ad ga
lathas. Operemur bonum ad omnes max
ime autẽ ad domesticos fidei .i. ad xpianos.
Omnibꝫ n pari dilectione uita eterna
optanda est. & si non omnibus eadem possunt
exibi dilectionis officia que fratribus max
ime sunt exibenda. q sunt inuicem mẽbra
que hñt eundem patrem. hiis aliisq testi
moniis innuitur qui dicunt omnes ho
mines pariter diligendos eẽ caritatis af
fectu sꝫ inde opis exhibitione differentia.
Quibꝫ obuiat Que hiis repugnare
illud preceptum legis uideantur
de diligendis parentibus. honora patrem
& ma. t. ut s. l. s. t. ut quid n. specialiter illud
preciperetur de parentibꝫ si maiori dilectio
ne forent diligendi. sꝫ hic illi referendum
dicunt ad exteriorem exibitionem in qua
preponendi sunt parentes. unde honora dixit non
dilige. Obuiat & illis q legitur sup ezechi
elem .s. ut ordine caritatis sicut scriptum
est. Ordinauit in me caritatem pro omnium
patrem deum. carnis quoq diligatur pater et
mater & filius & filia soror & frater. Ambꝫ quoq
diligendi exprimens illud capitulum canti
corum. ordinauit in me caritatem. Ait inuol
torum caritas inordinata ÷ q in primo ẽ
ponunt deum uł quantum. primo deus diligendus ÷
scdo parentes. tercio filii. post domestici. qui si boni
sunt malis filiis preponendi sunt. Secundum
hec in euangelio ad cuiusq dilectionem propriam
dominus ponit. Diliges dnm deum tuum ex
toto corde tuo & ex omnibꝫ uiribꝫ tuis ÷ pro
ximum tuum sicut teipsum & inimicos non ex
tota uirtute non sicut te ipsm sꝫ simpliciter.
Sufficit enim quod diligimus & non odio ha
bemus. Ecce hic ex premissis aperte insinuatur
que in affectu caritatis distinctio sit habenda
ut differenti affectu non pari homines dili
gamus. & ante omnia dm. scdo nos ipsos. tercio
parentes inde filios & fratres. post domesticos demum
inimicos diligamus. sꝫ inquiunt illi que
de ordine dilectionis supradicuntur eẽ referen
da ad operum exhibitionem que differenter
proximis exibenda sunt. primo parentibus.
inde filiis post domesticis. demum inimicis. de
uoto uero tamen affectu quam obsequii exibitione
ante omnia diligendus. q aliq eorum dixerunt
Quorum & non nulli tamen proximos quantum
credunt affectu caritatis nos debere dilige
sed uerum tamen proximos eẽ diligendos quantum re
nos ipsos diligimus q confirmant auctoritate
aug. dicit nec illa iam q mouerat qua quantum
caritatis fratri debeamus impendere quantum deo
incomparabiliter plus deo quam nobis. fratri uidetur
quantum nobis. Nos autem quanto magis diligi
mus quanto magis diligimus dm. Ex hiis & premis
sis testimoniis aug. asserunt omnes homines
pariter eẽ diligendos a nobis tamen quantum nos
dm autẽ plus quam nos. corpus uero minus
quam nos uł quam proximos nec enumeratione
premissa. iiij. diligendorum ordinem diligendi as

signari dnt sz tm que sunt diligenda **secund'**
Uerum q̄ pmissa u̇ba **alios non pari af**
ambr̄ ordinem diligendi **fectu omnes**
scdm affectum mag̃ qm̃ secundum **diligēdi sr̄**
effectum diligentez inuentib; explicare ui
dentur. Non incocte alii dicunt non modo
in exhibitione op̃is sz ẽ in affectu caritatis or
dinem differentemeẽ statutum ut ante
omnia diligamus deum. sedo nos. tertio parẽtes
q̄rto filios uel fr̄es et cetera modi. postea domesticos
demum inimicos. Qz uo aug̃ dic̄. pariter omẽs
eẽ diligendos et pari dilectione omnib; uitã
optandam l' accipi pot̄ ut paritas nõ ad aff
tum referatur sz ad bonum q̄ eis optetur.
q̄ caritate omnib; optare debemus ut eadem
bona mereantur sicut apls̃ dicit. Uolo omnes
homines eẽ sicut me. optanda ẽ enim inimi
cis p̄fectio maior ut et ipsi fiant p̄fecti et sic
p̄riem mereantur beatitudinem uel pari di
lectione .i. eadem dilectione omnes diligendi
sunt. Item q̄ ait aug̃. Ut etiã diligamus fra
tres q̄ntum nos .s. intelligi pot̄ .i. ad tãtũ
bonum diligam⁹ fr̄es ad q̄ntum nos. ut tan
tum bonum eis optem⁹ in eternitate q̄ntum
nob̄ et si non tanto affcũ. l' .i. q̄ntum simili
dinis ẽ non q̄ntitatis. **Q̄ de parentibus**
Solz ẽ queri si parẽtes **mali et alii boni**
Si enim mali sint uel filii uel fr̄es an magis
ẽ an minus diligendi sint aliis bonis. hac ra
tione nob̄ non copulatis. Uidetur q̄ mag̃ sint
diligendi boni qui carne nobis non sunt cõ
iuncti q̃m mali carne coniũcti. q̄ nobis sunt
coniuncti corde glutino caritatis sanctior
ẽ est copula cordium q̃m corporum. Unde
beda de illo ub' dominus. Mater mea et fr̄es mei
hii sunt qui u̇bum di faciunt ait. Non ĩm
nos negligit matrem nec matres negat
que ẽ de cruce agnoscentur. sz religiosiores
monstrant copule mentiũ uinq̃m corporum.
Uerũptã latebrosa q̄o h; ẽ nec a nob̄ plene

absoluenda p̄p q̄utatib; ad alia. Monem⁹
ẽ sup̄ u̇bis uiris. inimicos non ex tota uir
tute non sicut te ipm iubet diligere set
simpliciter. sufficit ẽ quod diligimus et nõ
odio hẽmus. q̄ non ita accipiendum est
q̄i sufficiat ẽ diligere inimicum et non sicut
te ipsum. q̄ om̃s et amicos et inimicos sicut
te ipsum dilige debes. sz ad ostendendum
gradus dilectionis l' diligendi dm̃ et p̄ximũ
et inimicum qui tñ p̄ximus ẽ. sp̃a dominus
ponit cum ait. diliges deum ex tota u̇tute
et p̄ximum sicut te. non ait ex tota uirtu
te ut ostendat p̄ximum diligendum mi
nus q̃m deum. Dicit ẽ. diligite inimicos uẽs
tros nec addit ex tota uirtute nec sicut te ipm
sz simpliciter. sufficit ẽ q̄ diligimus et nõ
odio habemus. .i. sufficit dicere ut diliga
mus et non odio habeamus non quin eos di
ligere debeamus sicut nos q̄ p̄ximi sunt. sz
sufficit si eos minus diligimus q̃m alios p̄x
imos q̄ dilectionis genus innuit.
Queri ẽ solet cur **Q̄ aug̃**
dns̃ p̄cepit inimicos diligere cum
ali p̄cipiat odio h̃re parentes et filios. ad q̄
dicendum ẽ dico diligenda eẽ in homine
naturam et uirtutem uicium uõ et peccatũ
odiendum et parentes g̃ in q̄ntum mali sunt
odiendi sunt et inimici diligendi in q̄ntũ
homines. Diligamus g̃ inimicos uicinos
regno dei et odiamus in p̄pinquis si nõ ĩpe
diunt a regno dei et in omnib; cõmunẽ
naturam diligamus q̃m deus fecit.
Sciendum quoz **de gradib; caritatis**
est diuisos eẽ gradus
caritatis. Est ẽ caritas incipiens p̄ficiens
p̄fecta p̄fectissima. Un̄ aug̃. p̄fecta caritas
h; ẽ ut quis paratus sit p̄ fr̄ib; ẽ mori. Sz nũ
quid mox ut nascitur iam prius p̄fecta
ẽ imo ut p̄ficiatur nascitur cum fuit nata
nutritur. cum fuit nutrita roboratur. cũ

fuerit roborata perficitur cum ad perfectionem
uenerit dicit cupio dissolui et esse cum christo. hec
aperte perfectus et perfectio caritatis insinuatur
quam perfectionem et ueritas commendat dicens.
maiorem hac dilectionem nemo habet quam ut
animam suam ponat quis pro amicis suis.
quod utique dictum est de opere dilectionis
quia maior dilectionis effectus non est quam
ponere animam pro fratribus. nec te moueat
quod ait pro amicis. qui enim ponit animam pro
amicis ponit pro inimicis ad hoc ut fiant a-
mici. Si melius est diligere amicos quam ini-

CXXX

micos.

Hic queri solet quid potius sit et ma-
ioris meriti diligere amicos an dili-
gere inimicos. sed hec comparatio multiplicata
est. Si enim conferatur dilectio amicorum tantum di-
lectioni amicorum et inimicorum perspicua est
absolutio. Sed si in aliquo uno homine qui
diligit simul amicum et inimicum quid
horum potius sit queratur. credo quod obscu-
ra est responsio quia de motu mentis id agitur. de
quo non est nobis iudicium. animi idem quoque
motus sit erga amicum et inimicum. sed
erga amicum intensior. An duo. unus quidem
amicum qui uidetur feruentior alter erga
inimicum qui dicitur difficilior nec incon-
grue putatur melior qui est feruentior
nisi unus idemque est. inde potior ut est arden-
tior non inproprie estimatur. Augustinus tamen sentire
uidetur magis esse diligere inimicum quam
amicum qui perfectorum esse dicit diligere inimi-
cos et benefacere eis. Nec hec tanta multitudi-
ne impleri quanta exauditur in dominica oratione.
cum dicitur. dimitte. n. d. n. Illam enim spon-
sionem dicit a multis impleri qui non dum
diligunt inimicos. Ait enim sic. Magnum est
erga eum qui nichil tibi mali fecerit esse be-
niuolum et beneficum. Illud multo gran-
dius et magnificentissime bonitatis. ut
tuum quoque inimicum diligas et ei qui tibi
malum uult et si potest facit. tu semper bonum
uelis facias quod possis audiens dicentem deum.
Diligite inimicos uestros et benefacite his qui
oderunt uos. et orate pro persequentibus et calump-
niantibus uos sed quoniam perfectorum filiorum dei
est istud et quod quidem se debet omnis fidelis exten-
dere et humanum animum ad hunc affec-
tum orando dominum secumque agendo luctando-
que perducere tamen quia hoc magnum bonum tante
multitudinis non est quantam credimus exaudiri
cum dicitur in oratione. dimitte. n. d. n. sicut et
n. d. d. n. procul dubio uerba sponsionis huius
implentur. si homo qui non dum ita perfectus
ut iam diligat inimicum tamen quando rogatur ab ho-
mine qui peccauit in eum ut ei dimittat di-
mittit ex corde qui et sibi roganti uult dimitti
cum orat et dicit s. et. n. d. d. n. Quicumque
uero rogat hominem in quem peccauit si peccato
suo mouetur ut roget. non est adhuc deputan-
dus inimicus ut eum diligere sit difficile sicut
erat quando inimicicias exercebat. Quisquis uero roganti
et penitenti non dimittit. non estimet a domino
peccata sua dimitti quia mentiri ueritas non
potest. qui cum docuisset orationem hanc in
ea positam sententiam commendauit dicens
Si dimiseritis hominibus peccata eorum. dimittet
et uobis peccata uestra. Si uero non dimiseritis nec
pater uester dimittet uobis peccata uestra. Ecce
hinc habetur uidetur quod prediximus scilicet maioris
uirtutis esse diligere inimicum et benefacere
ei quam illum qui nil mali uobis fecit uel ami-
cum. Et si quis concedere simpliciter noluerit di-
cens. intensius diligitur amicus quam inimicus et
ideo illud potius isto detinemet ista secundum
premissam intelligenciam dicens. id est comparatio-
nem esse facturus inter dilectionem qua tantum
diligitur amicus et illam qua amicus et inimicus
diliguntur. Illud uero quod sequitur magis nos mo-
net. scilicet quod dicit non esse tante multitudinis dili-
gere inimicos quanta exauditur cum dicitur. dimitte

n. d. n. Ubi dat intelligi quod aliena a deo dimittuntur
peccata non diligenti inimicum. Sed et ipse
rogatur qui in se peccavit dimittit sed cum
peccata non dimittantur alicui adulto nisi cari
tatem habeat sequitur ut caritatem habeat qui non
diligit inimicum. Quo nomine proximi
omnis homo intelligitur in illo mandato.
diliges proximum tuum sicut te ipsum. Si vero omnis
homo proximus est tunc inimicus. Praecipimur
ergo inimicos diligere. Et quia illud praeceptum
generale est omnibus praecipitur omnes homines
inimicos et diligere proximos. Quidam quod hic dicitur sim
pliciter tenere nolentes illud praeceptum de
terminant dicentes. Illud perfectis dari in praecep
tum diligere omnem hominem et inimicum.
minoribus vero in consilium. In praeceptum vero
eos diligere qui nichil mali fecerunt eis et
inimicos non odire. Sed melius est ut intelligatur
omnibus illo mandato praecipi amicos diligere
et inimicos. Cui sensui attestantur superius po
site auctoritates et aliae multae. Illud vero Augustini novis
sime positum de perfecta caritate dictum in
Dicitur telligitur quod tantum perfectorum est qui non solum ami
cos sed et inimicos perfecte diligunt eisque be
nefaciunt. Quae perfectio dilectionis non est tantae
multitudinis quanta exauditur in oratione do
minica. Et hic revera grande est et eximie bo
nitatis. Scilicet perfecte diligere inimicum. Unde et cum
dicit impleri illa illius sponsionis ab homine
qui non in perfecto ut diligat inimicum de di
lectione perfecta accipiendum est.

D XXXI

Illud quoque non Si caritas semel habita
est praetermittendum quod qui amittatur.
dam asserunt caritatem semel habitam
ab aliquo non posse excidere nullumque
dampnandum habere aliquando hic qui habet
traditionem eorum muniunt testimoni
is. Apostolus ait. Karitas numquam excidit. Augustinus et in quinto
karitas quae deseri potest nunquam vera fuit.
fons Item. Karitas fons proprius est et singularis bonorum

ea non communicat alienus. Alieni sunt omnes
qui audituri sunt istam vocem. Non novi
vos. De hoc fonte scriptura ait. Fons aquae vivae
sit tibi proprius et nemo alienus communicet tibi. Si
quae alieni sunt qui audituri sunt illam vo
cem non ergo huic fonti communicant dampn
nandi. Item Augustinus super epistolam Iohannis. Radicata
est caritas. Securus esto. Nichil mali procedere
potest. Item Gregorius in maioribus [moralibus] validior est vero mortis
dilectio. Virtuti propter mortis dilectio comparatur. [margin: ...]
quia nimirum mentem quam semel cepit a
dilectione mundi funditus occidit. Item
Augustinus super epistolam Iohannis. Unde innuisti cari
tatem quae non est quaecumque fuerit radix exit illi quae ar
dente sole arescere non potest. Nutritur ca
lore solis non arescit. Item Beda super Iohannem
Querendum est quomodo speciale filii dei ag
noscendi signum fuerit quod super eum descendit
et mansit spiritus. Quid magni est filio dei
quod in ipso manere spiritum astruatur. Notandum
quod semper in domino mansit spiritus. In sanctis
vero quamdiu mortale corpus gestaverint partim
semper maneat partim redituris se recedat. Ma
net enim apud eos ut bonis insistant actibus. Re
cedit vero ad tempus ne semper infirmos curandi mor
tuos suscitandi demones eiciendi vel et prophetandi
habeant facultatem. Manet ergo semper ut possint
habere virtutes ut mirabiliter ipsi vivant. Venit
ad tempus ut et aliis per miraculorum signa
quales sint iustius effulgeant. Item Gregorius in Moralium
cordibus secundum quasdam virtutes semper per
manet spiritus. Secundum quasdam recessurus venit
et venturus recedit. In his virtutibus sine quibus
ad vitam non pervenitur in electorum suorum cor
dibus permanet. In his vero per quas sanctitatis virtus
ostenditur ut in exhibitione miraculorum aliquando
adest aliquando se subtrahit. Item Ambrosius. Ficta caritas
est quae in adversitate deserit. Hiis innixi videntur
quod caritas semel habita non amittatur. Ideo
quidam in praxatam prosiluerunt audaciam

dicentes caritatem a dampnandis non haberi, nec a quoquam habitam posse amitti, quosdam tamen, ut auctoritas quedam ait, quodam tempore fuisse bonos qui postea fiunt mali, et e converso. Unde et quorundam nomina dicit scriptura in libro vite, qui tamen postea abierunt retro. Sed scriptura dicit non secundum presentiam sed secundum presentem iustitiam cui deserviebant, quia digni erant tunc illo bono quod habuerant, sunt scripti secundum presentiam. Unde Ambrosius: Quibusdam gratia data est in usum, ut Sauli, Iude et illis discipulis quibus dominus dixit: Ecce nomina vestra scripta sunt in celo, et postea abierunt retro. Sed hoc dixit propter iustitiam cui deserviebant, quia tunc boni erant. Frequenter enim alii mali fuerunt qui futuri sunt boni, et aliquotiens prius sunt boni qui futuri sunt et permansuri mali, secundum quod dicuntur scribi in libro vite et deleri. Determinatio predictarum auctoritatum.

Quod vero apostolus ait: karitas numquam excidit, nullatenus pro eis facit; dignitatem vero caritatis ostendens dicit eam non excidere, quia hic et in futuro erit. Sed fides et spes evacuabuntur et scientia. Item quod dicitur caritas numquam fuisse vera que deseri potest, non ad essentiam caritatis refertur sed ad efficientiam, quia non efficit caritas que deseritur hominem vere beatum, non perducit ad verum bonum. Item fontem alienum, id est dampnandi, non communicant, id est in fine, quia non perseverant. Possunt tamen hec et cetera que de caritate dicta sunt de perfecta intelligi, quam soli perfecti habent, que semel habita non amittitur. Exordia vero caritatis aliquando crescunt, aliquando deficiunt. Sunt enim virtutis exordia et profectus et perfectio, quos gradus ille discernit qui parabolam illam intelligit: Sic est regnum dei quemadmodum si iaciat homo semen in terram, et dormiat et exurgat, et semen germinet et crescat, et cetera. Et sic perfecta caritas sic radicata est ut amitti nequeat. Incipiens tamen et provecta amitti potest et sepe amittitur. Sed dum habetur non sinit habentem criminaliter peccare. Quod Augustinus ostendit ita inquiens: Quia radix omnium malorum est cupiditas et radix omnium bonorum est caritas, simul ambe esse non possunt, nisi una radicitus evulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere si radicem non contendit evellere. Queritur

Ad hoc dicendum si fides spes et sciencia dicuntur esse ex parte et quomodo evacuari, non caritas, cum et de fides spes et scientia dicantur evacuari, cum sit ex parte. Queritur, cum fides et spes et scientia dicantur evacuari quia ex parte sunt, et non caritas, cum et ipsa non sit ex parte. Ex parte enim, id est imperfecte, diligimus, sicut ex parte scimus, ut ait Ieronimus super Leviticum. Cum ergo omne quod ex parte est evacuetur, cur caritas excipitur, que dicitur numquam excidere? Caritas quidem et ex parte est, ut sepe sancti docent, quia ex parte diligimus nunc, et ideo ipsa evacuabitur inquantum ex parte est, quia tolletur imperfectio et addetur perfectio, remanebitque ipsa caritas et actus eius et modus diligendi, ut diligat deum super se et toto corde et proximum sicut te ipsum. Sed imperfectionis modus eliminabitur. Fides vero et spes penitus evacuabuntur. Scientia vero secundum actum et modum sciendi qui nunc est, non secundum sui essentiam tolletur. Ipsa enim scientia remanebit, sed alium tenebit usum et modum. Si Christus ordinem caritatis prescriptum habuerit.

Nunc iam autem superest investigare si Christus, qui homo, ordinem diligendi prescriptum servaverit, quia sicut est omnem hominem sicut se ipsum dilexit, omnibus quoque vitam optavit, omnesque salvos fieri voluit. Sed non omnes salvi sunt, et ita non est factum quod optavit. Sed non est ignorandum Christum habuisse caritatem iuxta modum patrie et vie, eumque ordinem diligendi implesse qui servatur in patria, non in via, quia qui in patria sunt, id est iam beatificati, sunt adeo iustitie dei addicti sunt ut nichil eis placeat nisi quod deo placet, ac per hoc illorum tantum salutem diligunt

et nolunt quos deus salvari vult. eos enim solos sicut se diligunt eorumque salutem optant.

D. XXXII

Presentibus adiciendum de caritate est de dilectione dei qua ipse diligit nos, que non est alia quam illa qua diligimus eum. Dilectio autem dei una est et eadem qua dilectione pater et filius et spiritus sanctus se diligunt et nos, ut supra disseruimus. Cumque eius dilectio sit immutabilis et eterna, alium tamen magis alium minus diligit. Unde Augustinus: Incomprehensibilis est dilectio atque immutabilis qua deus diligit unumquemque, nec sicut nos, ita et ipse diligit aliquando quod odit, sicut et odit quod nos fecimus. Conversus autem est ad divinam mentem, quando odit, diligit nos, et hoc quomodo in omnibus intelligi potest. Quis enim digne poterit eloqui quantum diligat membra unigeniti sui, et quanto amplius unigenitum ipsum? De ipso enim dictum est: Nichil odisti eorum que fecisti. Ex his percipitur quod deus omnes creaturas suas diligat, quia scriptum est: Nichil odisti eorum que fecit. Et item: Vidit deus cunctaque fecerat et erant valde bona. Sed omnia que fecit bona sunt et omne bonum diligit, omnia ergo diligit que fecit, et inter ea magis diligit rationales creaturas, et de illis eas amplius que sunt membra unigeniti sui, et multo magis ipsum unigenitum. Ex quo

Cum autem dilectio intelligenda dei magis dei immutabilis sit, utrum diligere hunc vel illa. et ideo non intenditur vel remittitur. Si queritur que dicti sit ratio cum dicatur magis vel minus diligere hunc quam illud, et cum dicatur omnia diligere, dicimus dilectionem dei sicut pacem exsuperare omnem sensum humanum, ut ad tante altitudinis intelligentiam humanus sensus vix aliquatenus aspiret. Potest tamen sane intelligi ea ratione dici omnia diligi a deo que fecit, quia omnia placent ei, omnia approbat in quantum opera eius sunt, nec tunc plus vel amplius placuerunt ei, non minus quam postquam esse ceperunt. Quod vero rationales creaturas, scilicet homines et angelos, alios minus, alios magis diligere dicitur, non mutabilitatem eius caritatis significat, sed quia alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit, alios ad meliores usus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proveniunt. Electorum ergo alios magis, alios minus dilexit ab eterno et diligit et nunc, quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua preparavit bona, aliisque maiora et aliis minora bona confert in tempore. Unde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere. Ex duobus modis

Considerantur enim specialiter dilectio dei. duobus modis dilectio dei secundum essentiam et secundum efficientiam, nec recipit magis vel minus secundum essentiam, sed secundum efficientiam tamen, ut magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno maius bonum preparavit et in tempore contulit, et minus dilecti quibus non tantum preparavit. Inde est quod aliqui quando convertuntur et iustificantur dicuntur tunc incipere diligi a deo, non quod deus nova dilectione quemquam possit diligere, immo sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionem quoscumque diligit. Sed tunc dicuntur diligi incipere ab eo cum eterne dei dilectionis sortiuntur effectum, scilicet gloriam vel gratiam. Unde Augustinus: Absit ut deus temporaliter aliquem diligat, quasi nova dilectione que in ipso ante non erat, apud quem nec preterita transierunt et futura iam facta sunt. Itaque omnes suos sanctos ante mundi constitutionem dilexit, sicut predestinavit. Sed cum convertuntur et inveniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur, ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sicut et cum iratus malis dicitur et placidus bonis, illi mutantur, non ipse, ut lux infirmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorum scilicet mutatione, non sua. Sic cum aliquis per iustificationem incipit esse amicus dei, ipse mutatur, non deus. Si aliquis magis

Si vero queritur utrum diligatur a deo unus tempore de aliquo uno ut magis, potest quam alio.

diligatur a deo uno tempore quam alio. distinguen-
da est dilectionis intelligencia. Si refertur
ad dilectionis effectum: possibile est. Si vero
ad dilectionis essenciam: inmutabile est.

De reprobis vero qui **Si deus ab eterno di-**
preparati non sunt **lexit reprobos.**
ad vitam sed ad mortem si queritur utrum
debeat concedi quod deus ab eterno dilexerit
eos: dicimus de electis sic simpliciter hoc esse conce-
dendum quod deus ab eterno eos dilexit quos
ad iusticiam et coronam preparavit. de non
electis vero simpliciter est concedendum quod
odio habuit. id est reprobavit. sicut legitur. Jacob di-
lexi. esau odio habui. Sed non est simpliciter
dicendum quod dilexit ne prodestinati intel-
ligantur. Sed cum adiectione dilexit eos
in quantum opus eius futuri erant. id est quid et
quales facturus eos erat. **De quatuor**

D. XXXIII.

Post predicta de quatuor **principalibus**
virtutibus que principales **virtutibus.**
les vel cardinales vocantur disserendum est.
que sunt iusticia. fortitudo. prudencia. tem-
perancia. de quibus augustinus ait. Justicia est in
subveniendo miseris. prudencia in precavendis
insidiis. fortitudo in perferendo molestiis.
temperancia in cohercendis delectationibus
pravis. De his dicitur in libro sapiencie. sobri-
etatem et prudenciam docet. iusticiam et ve-
ritatem. sobrietatem vocat temperanciam.
et veritatem vocat fortitudinem. Hee vir-
tutes dicuntur cardinales. ut ait Jeronimus. quibus
in hac mortalitate bene vivitur et post ad eter-
nam vitam pervenitur. que in christo plenissime
fuerunt et sunt. De cuius plenitudine nos
omnes accepimus in quo habuerunt usus eorum.
quos in patria habent et quosdam alios vel vere. Sump-
tum enim hee virtutes cum tempore in animo in-
cipiant esse qui cum sint ut prius esse tamen
erat animus. desinant esse cum ad eterna
pervenerint non videtur quod sit. Quibusdam visum
est
eas desinere. Ideo ibi quidem prudencia
sine fortitudine temperancia. cum hec dicit nichil
dici videtur. Justicia enim inmortalis est et mag-
is tunc perficietur in nobis quam esse cessabit. cum be-
ne vivemus nectare contemplacione divi-
ne que creavit omnes. ceteras que instituit na-
turas qua nichil melius et amabilius est. cui
regenti esse subditum: iusticie est et ideo morta-
lis est omnino iusticia. nec in illa beatitudine
esse desinet. sed talis ac tanta erit ut perfectior
et maior esse non possit. fortassis et alie tres vir-
tutes prudencia sine ullo iam periculo erro-
ris fortitudo sine molestia tollerandorum malo-
rum. temperancia sine repugnacione libidi-
num erunt in illa felicitate ut prudentie
sit usus sic nullum bonum deo preponere vel equa-
re. fortitudinis ei firmissime coherere. tem-
perancie nullo defectu noxio delectari. Quod vero
nunc agit iusticia in subveniendo miseris
quod prudencia in precavendis insidiis. quod forti-
tudo in perferendis molestiis. quod temperancia
in cohercendis delectacionibus pravis. non erit omnino
ibi ubi nichil mali erit. Ista igitur virtutum opera
huic mortali vite necessaria sicut fides ad quam
referenda sunt in preteritis habebimus. Ecce
hic aperte augustinus dicit quod predicte virtutes in fu-
turo erunt. sed alios usus tunc habebunt
quam modo. Cui beda consentit in exodo. ita
dicens. Columpne autem quatuor appensum est velum.
potestates celi sunt quatuor eximiis virtu-
tibus preclare. id est fortitudine prudencia iusti-
cia temperancia. que aliter in celis servantur ab
angelis et animabus sanctis quam hic a fidelibus et
consequenter assignat beda usus illarum virtutum
secundum presentem statum et futurum imitans
augustinum in premissis assignationibus.

Nunc de septem donis **De septem donis spiritus**
spiritus sancti agendum est ut prius **sancti.** D. XXXIIII.
considerandum est an hec dona virtutes sint
secundo an in futuro desitura sint vel omnia vel horum

aliqua. Deinde an in Christo fuerint ista septem dona. Hec dona virtutes esse nec in futuro desitura Ambrosius ostendit ea .vii. fore virtutes dicens: et in angelis habundantissime esse sic. Civitas dei illa ierusalem celestis non meatu alicuius fluvii terrestris abluitur, sed ex vite fonte procedens spiritus sanctus, cuius nos brevi saciamur haustu, in illis celestibus spiritibus redundantius videtur effluere pleno. Unde virtutum spiritualium fervens meatu. Et quasi fluvius ripas editus superfusus exundat. Quanto magis spiritus omnem supereminens creaturam. Cum iste sitientis anime tanquam inferiora perstringat, celestem illam angelorum naturam effusiore quadam sanctificationum ubertate letificat. Deinde sanctificationes exponens subdit: his autem sanctificationibus significatur plenitudo .vii. spiritualium virtutum quas enumerat ysaias dicens: spiritus sapientie et intellectus, consilii et fortitudinis, scientie et pietatis et timoris domini. Unde est flumen, sed multi spiritualium meatus donorum. Quamvis ergo multi dicantur spiritus ut spiritus sapientie et intellectus etc. unus tamen est dei spiritus sue libertatis arbitrio omnia pro auctoritate voluntatis dividens singulis. Hic expresse traditum est .vii. dona et virtutes esse sanctificationes que fidelium mentium et in futuro non desitura cum sint et in angelis. quia

In christo autem hec eadem in Christo fuerunt illa .vii. dona fuisse ysaias ostendit dicens: Egredietur de radice iesse et f. d. r. e. a. et requiescet s. e. s. s. et intell. s. c. et for. s. scie et pie. et replebit eum spiritus timoris domini. obviare premissis

His autem videtur obviare quod beda dicit de timore domini super parabolas s. quod omnis timor in futuro cessabit. Ait enim super illum locum: Timor domini principium sapientie: duo sunt timores domini, servilis qui principium est sapientie et amicalis qui perfectionem sapientie comitatur. Servilis principium sapientie est, quia qui post errata sapere incipit primo timore corripitur divino ne puniatur. Sed ubi perfecta caritas foras mittit, succedit inde timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Quare non excludit caritas sed auget, quo timet filius ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat, utique in futuro cessabit. Non quo ad omnem usum sed quo ad aliquem usum. Caritas vero numquam excidet. Augustinus quoque super illum locum psalmi: adorabo ad t. s. t. in timore tuo, timorem dicit desiturum sic: Timor domini est magnum presidium proficientibus ad salutem, sed pervenientibus foras mittitur. Non enim timent iam amici c. s. ad id quod repromissum est perducti sunt. Ex his auctoritatibus significatur quod timor non erit in futuro. Si enim timor non fuerit in futuro, ergo nec .vii. dona erunt, nec modo sunt in angelis nec in animabus sanctis. Ad quod dicimus auctoritatum premissarum que videtur repugnantiam determinantes, quod .vii. illa dona et modo in angelis sunt et in animabus sanctis fideliter viventibus et in nobis erunt in futuro, sed non habebunt omnia hos usus sive officia que nunc habent, ut ubi gratia. Timor filialis modo facit timere ne offendamus quem diligimus et neve separemur ab eo facit vel nos revereri eundem. In futuro vero faciet nos revereri quia non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis nunc est in angelis vel in animabus sanctis nec in nobis erit in futuro sed reverentia que est mixta cum dilectione dilecti. Que et in Christo fuit sicut dicit apostolus in epistola ad hebreos loquens de Christo quod exauditus est pro sua reverentia. Quidam tamen secundum effectum timorem esse in Christo et in angelis tamen esse contendunt. plena

Et quia de timore tractandi occurrit nobis locus, timorum distinctio. Sciendum est quatuor esse timores, scilicet mundanum sive humanum, servilem, in-

nuncialem castum vel filialem sive amicalem.
humanus timor est ut cassiodorus quando time
mus pati pericula carnis vel perdere bona mundi
propter quod delinquimus. hic timor malus est qui in
primo gradu cum mundo deseritur quem
dominus prohibet in evangelio dicens. Nolite
timere eos qui occidunt corpus etc. Timor
autem servilis est ut ait augustinus cum per timorem gehe
ne continet se homo a peccato quo presenciam
iudicis et penas metuit. et timore facit quicquid
boni facit. non timore amittendi eternum bo
num quod non amat sed timore paciendi ma
lum quod formidat. non timet ne perdat am
plexus pulcherrimi sponsi. sed timet ne mittatur
in gehennam. Bonus est iste timor. scilicet et utilis.
licet insufficiens. per quem fit paulatim consu
etudo iusticie. et succedit inicialis timor quando
incipit quod durum erat amari. et sic incipit ser
vilis timor excludi a caritate et succedit
deinde timor castus sive amicalis quo time
mus ne sponsus tardet. ne discedat. ne offen
damus. ne eo careamus. Timor iste de amo
re venit. Ille quidem servilis est utilis. sed non
permanens in eternum. ut iste timor divinus
comes est per omnes gradus. collatio predictorum.

Attende quod quatuor hic distinguntur
timores. cum superius dixerit beda tantum timo
res duos esse. sed beda humanum timorem in
pretermisit. et nomine servilis duos quos hic dis
tinximus complexus fuit. scilicet servilem et inicia
lem. Amicalem vero castum dicit. Augustinus quoque
servilem et castum timorem aperte discer
nit. dum epistole ad romanos illum locum ex
ponit. Non enim iterum accepistis spiritum
servitutis in timore. sed accepistis spiritum adopcionis filiorum.
Dicit ita dicens. Duo timores hic insinuantur.
unus qui est in perfecta caritate. scilicet timor castus.
alter qui non est in caritate scilicet servilis in quo quam
vis deo credant. non tamen in deum. et si bonum
fiat non tamen bene. Nemo enim invitus bene facit.
et si bonum est quod facit. de casto et servili timore ple

Dehinc eisdem timoribus. ubi augustinus tangit etiam de inicial[illegible].
niarius disputat augustinus. dicens. Cepit aliquis
credere diem iudicii. si cepit credere cepit et ti
mere. Sed adhuc qui timet non dum habet fiduci
am in die iudicii. non dum est in illo caritas. Si
perfecta in illo caritas esset non timeret. perfecta
enim caritas perfectam faceret iusticiam et non ha
beret quare timeret immo haberet quare deside
ret ut transeat iniquitas et veniat regnum dei.
ergo timor non est in caritate. sed in qua caritate non
incohata dico. In qua ergo. imperfecta. perfecta enim
inquit caritas foras mittit timorem. ergo incipi
at timor. quia inicium sapiencie timor domini.
timor enim quasi locum preparat caritati. Cum
autem cepit caritas habitare pellitur timor qui
ei preparavit locum. Quantum enim illa crescit il
le decrescit. et quantum illa fit interior timor pellitur
foras. Maior caritas minor timor. minor ca
ritas maior timor. Si autem nullus est timor non
est qua intret caritas. sicut videmus per setam
introduci linum quando aliquid suitur seta prius
intrat et nisi exeat non succedit linum. Sic timor
primo occupat mentem non autem ibi remanet
timor quia ideo intravit ut introduceret caritatem.

Est autem alia sentencia que videtur priori
quasi vi huic contraria. huic sic adversari.
et si non habet pium intellectorem. Dicitur enim in ps.
timor domini castus permanens in seculum seculi. eternum quendam
timorem nobis ostendit. scilicet castum. Quod si ostendit il
le nobis eternum timorem numquid contradicit
illi canonica ista epistola Johannis. que dicit timor non
est in caritate. sed perfecta caritas foras mittit
timorem. hic enim dicitur. probemus illud dominum
per deos. Sed nolite putare alium esse spiritum.
Si unus flatus inflat duas tibias non potest
unus spiritus implere duo corda et agitare duas
linguas. Sed spiritu uno id est uno flatu implete due
tibie consonant. implete due lingue spiritu dei
dissonare possunt. absit. Immo est quod quedam

consonantia est quedam concordia sed auditorem
desiderat studiosum non occiosum. Ecce mouit
duas linguas spiritus dei et audiuimus ex una tibia
timor non est in caritate. Audiuimus ex alia. Ti-
mor domini castus permanens in seculum seculi. Quasi hec disso-
nant? non. Excute aures. intende melodiam.
non sine causa addit hic castus illic non addit.
quia est timor aliquis qui dicitur castus. est autem
alius timor qui non dicitur castus. Discernamus
istos duos timores et intelligamus consonanci-
am tibiarum. Quomodo discernimus? attendat caritas
uestra. Sunt homines qui ideo timent deum ne
mittantur in gehennam. ne forte ardeant cum
diabolo in igne eterno. Ipse est timor qui introducit
caritatem. sed sic uenit ut exeat. Si enim adhuc propter penas
times deum tuum nondum amas quem sic times
non bona desideras sed mala caues. Sed ex eo quod
mala caues corrigis te et incipis bona desiderare.
Cum desiderare ceperis erit in te timor castus.
Quis est timor castus? timere ne amittas ipsa bona.
timere deum ne recedat a te. Cum autem times
deum ne te deserat presentia eius. amplecteris
eum ipso frui desideras. Quomodo differunt duo timores

Non potes melius exprimere per similitudinem ii mulierum
planare quid intersit inter duos timores ostendit.
quam si ponas duas mulieres maritatas quarum
unam constituas uolentem facere adulterium.
sed timet ne dampnetur a marito. timet mari-
tum quia adhuc amat nequitiam. huic non est
grata sed onerosa mariti presencia. et si forte uiuit
tamen nequiter timet maritum ne ueniat. Tales
sunt qui timent iudicium. fac alteram ama-
re uirum debere illi castos amplexus. Nulla se
adulterina immundicia maculare uelle. Ista optat
presenciam uiri. Ista timet et illa timet. Iam quasi
interrogentur quare timeant. Illa dicet timeo ui-
rum ne dampnet. Illa dicet timeo uirum ne
deserat. Pone hec in animo tuo et uide timorem
quem foras mittit caritas et alium timorem ca-
stum permanentem in seculum seculi. Illum timorem
perfecta caritas foras mittit quia ille timor
tormentum habet. torquetur sicut cor conscientia
peccatorum. nondum facta est iustificacio.
Est ibi quod titillat mentem. quod pungat. quod
stimulet. Stimulat ille timor. sed intrat ca-
ritas que sanat. Quod uulnerat timor. timor castus
facit securitatem in animo. Audiuimus duas
tibias Iohannem et dauid consonantes. Illa de ti-
more dicebat quo timet anima ne damp-
netur. illa de timore quo timet anima ne
deseratur. Ille est timor quem caritas exclu-
dit. Ille est timor qui permanet in seculum se-
culi. In hiis uerbis predictis aperte augustinus ostendit
quis sit timor castus et quis seruilis et qualiter
differant. In quibus et initialem timorem
significauit qui nec ex toto est seruilis nec ex toto
est castus sed tanquam medius aliquid de serui-
li et aliquid de casto timore habet. Facit enim
seruilem partim timore pene partim amore
iusticie per quem timemus puniri et time-
mus offendere. Iste timor est in incoata carita-
te non in perfecta. et quantum crescit caritas tantum
decrescit iste timor quantum ad metum pe-
ne id est quantum ad id quod facit timere pe-
nam et quantum ad tormentum consciencie.
Nam in quantum diligimus tanto minus time-
mus. Ille timor notatur in illis uerbis augustini ubi non
negat timorem esse in caritate inchoata
sed perfecta. quod non posset dici de seruili. Quia
ut ipse superius dixit seruilis timor non remanet
ueniente caritate. non intrat caritas nisi
prius ille timor exeat. nec in illo timore
aliquis credit in deum id est sic credat deo. nec bonum
facit sed bonum est quod facit. non est ergo timor
ille in caritate inchoata. quia omnis qui
caritatem habet licet non perfectam et in deum
credit et bona facit. quare seruilis non est
timor ille quem in caritate inchoata fo-
re concessit et quem crescente caritate
decrescere dixit. Sed ille est timor initialis

quem non negat in caritate esse nisi perfecta sit.

Sciendum tamen est. *quod timor servilis et initialis dicitur initialis*
vel uterque timor scilicet servilis *dicitur initium sapientie sed differenter*
et initialis in scripture divinis locis dicatur *tenet*
initium sapiencie. et hoc fore operies si diligenter
annotaveris loca scripture in quibus de timore
domini fit mencio. Ex alia tamen ratione et causa dici-
tur servilis initium sapiencie et ex
alia initialis. Servilis enim ideo dicitur initium sapiencie.
quia preparat locum sapiencie et ducit ad sapi-
enciam. sed tamen non remanet cum ea. immo fo-
ras exit. Initialis vero dicitur initium sapiencie
quia est inchoata sapiencia. quia cum quis habet in ma-
sapienciam et caritatem habere incipit. Inde est
vel quia uterque timor dicitur initialis quia invenitur
positus per diversa scripture loca. Uterque vero timor

Interdum dicitur servilis etiam et ipse initialis qui est
in caritate in choata aliquid habet de servili
scilicet angorem pene. sicut et aliquid habet de casto
scilicet quia timet offendere et separari. *augustinus castum*
Illud quoque diligenter est notandum *timorem*
quem in superioribus augustinus dicit castum *dicit esse eternum*
timorem esse eternum per quod confirmatur pre-
missa sententia. scilicet quia spiritus timoris erit in futuro
sicut et alia dona spiritus sancti. sed non habebit omnem
illum usum quem modo habet. faciet enim tunc
nos revereri deum non timere separari vel carere
fuit. Sed et in Christo timor ille sed in Christo illum usum
quem habebit in futuro in sanctis. Non enim timuit
Christus separari vel offendere deum. sed eum potius
reverentiis est. *an timor pene quem fuit in Christo fuit servilis*

Cum autem in Christo timor *vel initialis fuerit*
pene queritur an iste timor fuerit
mundanus vel servilis vel initialis. ad quod dicimus
nullum eorum fuisse in Christo. quia timor mun-
danus malus est ut supradictum est. et in pri-
ma gradu cum mundo deseritur. Servi-
lis vero vel initialis imperfecta caritate non
est. Nullus ergo istorum timorum fuit in Christo. Quis
ergo fuit timor ille quo penas metuit. potest

timor ille naturalis dici sive humanus qui om-
nibus hominibus inest quo horretur mors ac for-
midatur pena. et dicitur timor ille naturalis.
non quia accesserit homini ex natura secundum
quod prius fuit instituta. quia non fuit iste ti-
mor concretus homini nec de bonis natu-
ralibus. sed quia ex corrupta natura per peccatum
hominibus advenit cuius corruptio inolevit
tanquam esset naturalis. et est iste timor effectus
peccati ut predictum est. *quomodo differunt* D. xxxv

Post premissa diligenter *sapiencia et scientia*
considerandum est in quo differat sapiencia
a sciencia. de hoc augustinus dicit. philosophi disputantes de
sapiencia diffinierunt eam dicentes. Sapi-
encia est rerum humanarum divinarumque
sciencia. Ego quoque utramque rerum cognitionem
scilicet divinarum et humanarum et sapienciam et scien-
tiam dici posse non nego. Verum iuxta diffinitio-
nem apostoli qui dixit. alii datur sermo sapientie alii
sermo scientie. Illa diffinitio dividenda est. ut rerum
divinarum cognitio. sapiencia proprie nuncupetur. hu-
manarum vero cognitio proprie scientie nomen obtineat.
Neque enim quicquid sciri potest ab homine in
rebus humanis ubi plurimum supervacue vanita-
tis et noxie curiositatis est. huic sciencie tribuo.
sed illud tantum quo fides saluberrima que ad veram be-
atitudinem ducit. gignitur. nutritur. defenditur.
roboratur. qua sciencia non pollent plurimi fide-
les quamvis polleant ipsa fide plurimum. aliud
est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter
adipiscendam vitam beatam. Aliud est scire quomodo
hoc ipsum et piis opituletur et contra impios defendatur
quod proprio vocabulo appellatur sciencia. De hiis ergo
duabus virtutibus idem augustinus differenciam inter
eas assignans super primum capitulum. distat sapiencia a sciencia.
testante sancto Iob qui quodammodo singula diffi-
niens ait. Sapiencia est pietas. sciencia vero est absti-
nere a malis. pietatem vero hoc loco posuit
cultum dei. que grece dicitur theosebia que est
in cognitione et dilectione eius quod semper est.

⁊ incōmutabilit̃ manẽ q̇ deꝰ ÷ abstinē ũ ama
lis est ĩ medio ꝑue nacionis ꝑaenter q̄ũsari·
Idem q̄ꝫ int̃ h̃ duo apte distigniens ait· Distat
ab eṫnorum contemplacione accio qua bene
utim̃ temporalibꝫ rebꝫ ⁊ illa sapientie ⁊ h̃ sciē
deputatam· q̄ūuis ⁊ illa q̄ sapiencia ē possit nūc
cupari sciencia ut apˢ loquit̃ ũ dicit· Nunc scio
ex parte q̄m scienciam ꝑfecto contēplacionis dei
uult intelligi· In h̃ g̃ differencia ÷ q̄ ad cōtem
placionem sapiencia· Ad accionem ũo sciā
ꝑtinꝫ· Ecce apte demonstr̃tum est in quo diffe
rant spc̄ sapiencie ⁊ spc̄ sciē· s· ut sapiencia di
uinis· sciencia humanis attributa sit rebus
⁊ h̃ docꝫ augˢ utrumq̄ꝫ agnoscimus ĩ x̄ᵒ· s· ⁊ rem
diuinam ⁊ rem humanam ⁊ ideo de ipo h̃emˢ
sapienciam ⁊ sciām· Cum ꝯ legit̃· ẏ ũū caro fac
tum ÷· in ũbo intelligit̃ uerus dī filius· ĩ carne
agnoscit̃ uerus hominis filius· Itm̄ cum dicit̃·
vidim̃ plenum g̃re ⁊ ũitatis· g̃ram referam̃
ad sciām ⁊ ueritatem ad sapienciam· q̄ ĩ x̄ᵒ sa
piencia ⁊ sciā fuit plena ⁊ nos sciām ⁊ sa
pienciam h̃emus de deo qui est ⁊ deus ⁊ hō·

Ostensa differencia In q̄ differat sapiēcia
Omnē sapienciam ⁊ scienciam ab intellectu·
quid differt int̃ sapienciam ⁊ intellectum
uideamus· In h̃ differunt illa duo q̄ sapiā
spc̄ ē de eṫnis que ũitati eṫne contēplādo
intendit· Intelligencia ũo nō tm̄ de eṫnis est
s̃ ⁊ de rebꝫ inuisibilibꝫ spūalibꝫ temporalit̃
exortis· p̄ eam ꝯ ⁊ natura sūma q̄ fecit oēs
naturas· i· diuina consideratᵘʳ ⁊ q̄ p̄ ipām sūt
spūales ⁊ inuisibiles nature· ut angeli ⁊ oēs
bone affectiones anime conspiciunt̃· In hoc
g̃ differencia est q̄ sapiencia creatoꝛ tm̄ in
spicit̃· Intellectu ũo ⁊ creatoꝛ ⁊ creata quedam
Itm̄ intellectu intelligibilia capim̃ tm̄· sapiā
ũo nō tm̄ capimus superioꝛa s̃ ⁊ in cognitis
delectamur· Sic g̃ distigui pot̃ int̃ illa tria
s· sciām· intellectum· sapienciam· Sciencia
ualꝫ ad rectam administracionem r̃ꝝ tēpaliū
⁊ ad bonam int̃ malos conuersacionem· In
telligencia ũo ad creatoris ⁊ creaturarum
inuisibilium speculacionem· Sapiencia ũo
ad solius ũitatis eterne contēplacionem
⁊ delectacionem· q̄ intellcᵗᵘˢ ⁊ sciā de dōꝫ agit h̃·

Et notandum n̄ illa sc̄ q̄ nāt̃ hō habet
q̄ intellectus ⁊ sciencia que
dicuntur dona spc̄ scī· alia sunt ab itellcū
⁊ sciā q̄ naturalit̃ sunt ĩ anima hominis
hec· n̄ ũtutes sunt q̄ꝑ graciam ĩfunduntᵘʳ
animis fidelium ut p̄ eas recte uiuant· Illa
ũo naturalit̃ h̃t homo ex bn̄ficio creatoris
adeo tm̄ p̄ has autem ũtutes que dicuntur
spc̄ scī dona illa naturalia adiuuant̃ atque
reformantur· ẏ ubi g̃ra· Intellectᵘˢ natura
lis pc̄to obtenebratus p̄ ũtutem q̄n̄dam ⁊ g̃ciā
q̄ dicit̃ spc̄ intelligencie reformatur atq̄ꝫ iu
uatur ad intelligendum ĩ ⁊ p̄ illam ũtutē
que dr̄ spc̄ sapiencie iuuatur atq̄ꝫ erigitur
mens racio ad contemplacionem ⁊ delecta
cionem eṫne ũitatis q̄ sapiā ista dei est

Illud ẽ sciendum est nec illa que deus ē
q̄ sapiencia de qua nunc disserimus nō ē
illa dī sapiencia ut ait augˢ ·q̄ deus ÷ hōis
sapiencia ũa tm̄ que scdm̄ dm̄ ÷ ac uerus
ac ꝑpuus eius cultus ÷· Si g̃ colat mens ho
minis dm̄ cuius ab eo capax fca ÷ ⁊ cuius eē
particeps potest sapiens ipa fit ⁊ non sua lu
ce s̃ summe illius lucis ꝑticipacione sapi
ens fit· ĩ g̃ hominis sapiencia ẽ dei est· ẏ ũu
non ĩ dr̄ ut ea sapiens sit deus· non ꝯ par
ticipacione sui sapiens ÷ sit mens ꝑticipa
cione dī· Sic dicitur iusticia dei non solum illa q̄
ipe iustus ÷ s̃ ẽ illa q̄m dat homini cum
iustificat ipnum· de connexione ũtutū

D XXXVI

Solet ẽ queri utrum q̄ nō sepentur
uirtutes ĩ sint s̃ connexe ut separatī nō
possint ꝑfecti possideri ab aliq̄ s̃ qui unā
h̃t omnes hāt· de h̃ Ierˢ ait· Omnes ũtutes
s̃ herent ut qui una caruerit oībꝫ careat

Qui enim unam habet omnes habet. quod quidem probabile est. Cum enim caritas mater omnium sit virtutum, in quocumque mater ipsa est caritas et cuncti filii eius, id est virtutes, recte fore dicuntur. Unde Augustinus: Qui caritatem habet, quid est quod possit deesse? Qui autem non habet, quid est quod possit prodesse? Ait enim quod non dubium quin hanc virtutem habet omnes habet, cum plenitudo legis sit caritas. Quanto magis est in homine, tanto magis est virtute preditus. Quanto vero minus inest virtutis, tanto minus; et quanto minus inest virtutis, tanto magis est vitium.

Si cuncte virtutes pariter sint in quocumque

[...]rum vero quis pariter sint

Hic omnis possideat virtutes an alie magis alie minus in aliquo ferveant. quod est quibusdam videtur quod alie magis alie minus habeantur in aliquo, sicut in Iob patientia eminet, in David humilitas, in Moyse mansuetudo. Qui etiam concedunt magis aliquem mereri per aliquam unam virtutem quam per aliam, sicut eam plenius habet quam aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt quam per caritatem, nec aliquam a quo quam plenius possideri quam caritatem. Alias enim magis et alias minus in aliquo esse dicunt, sed nullam autem plenius caritate, que ceteras gignit. Huius quod dicunt esse facies multas quas memorat Apostolus dicens: Ex personis multarum facierum etc. Alii vero dicunt omnes virtutes et simul et pares esse in quocumque sunt, ut qui in una alteri par exstitit in omnibus eidem equalis sit. Unde Augustinus: Virtutes que sunt in animo humano, quamvis alio et alio modo singule intelligantur, nullo modo tamen separantur ab invicem, ut quicumque fuerint equales, verbi gratia in fortitudine, equales sint et prudentia et iustitia et temperantia. Si enim dixeris equales esse istos in fortitudine sed illum prestare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine equales sunt, quia est illius fortitudo prudentior. atque ita de ceteris virtutibus invenies si omnes eadem consideratione pertractes. Ex his claresecat omnes virtutes non modo esse connexas sed etiam pares in animo hominis. Cum vero dicitur aliquis preminere virtute aliqua, ut Abraham fide, Iob patientia, secundum usus exteriores accipiendum est vel in comparatione aliorum hominum, quia et humilitatis habitum maxime prefert vel opus fidei vel alicuius ceterarum virtutum precipue exequatur. Unde et ea pre aliis pollere vel inter alios homines singulariter excellere dicitur. Secundum hunc modum, scilicet secundum actuum exteriorum rationem, alibi Augustinus dicit in alio aliquam magis esse virtutem aliam minus, et unam esse et non alteram. Ait enim sic: Clarissima disputatione tua satis apparuit non placuisse auctoribus vestris, immo ipsi veritati, omnia paria esse peccata. Et licet de virtutibus verum sit quia et si fuerint, eum qui habet unam omnes habere virtutes, et eum qui unam non habet nullam habere, non sic peccata sunt paria, quia ubi virtus nulla est nihil rectum est. Non tamen ideo non est pravo pravius, distorto quam distortius. Si autem, quod puto esse verius sacrisque litteris congruentius, ita sunt anime intentiones ut corporis membra, non quod videantur locis sed quod sentiantur affectibus, et aliud illuminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine, profecto ut quisque illustratione pie caritatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil illuminatur. Sic dici potest habere aliam et aliam non habere, et aliam magis aliam minus habere virtutem. Nam et maior in isto caritas quam in illo recte possumus dicere, et aliqua in isto et nulla in illo quantum pertinet ad caritatem que pietas est; et in uno homine quod pudicitiam maiorem habeat quam patientiam, et maiorem hodie quam heri si proficiat, et adhuc non habeat continentiam et habeat non parvam misericordiam. Et ut generaliter breviterque complectar quam de virtute habeo notionem, virtus est caritas qua id diligitur quod diligendum est. Hec in aliis maior, in aliis

minor. In aliis nulla est. plenissima vero que iam
non possit augeri quamdiu hic homo vivit in nemi
ne hic insinuari videtur. ... aliquis ea ratio
ne possit dici habere ... facta est. ... unam vir
tutem magis ... aliam quam per caritatem
magis afficitur in actu unius virtutis quam in alterius
et secundum differentiam actuum ipsas virtutes magis
vel minus habere dici potest et aliquam non habere cum
tamen sint omnes et pariter habeat quantum ad mentis
habitum vel essentiam cuiusque. In actu vero aliam
magis aliam minus habet. aliam etiam non habet.
Sicut vir iustus utens coniugio non habet conti
nentiam in actu quam tamen habet in habitu. Cum ergo
non dicantur paria peccata forte quia magis facit
contra caritatem qui gravius peccat. minus qui
levius. Nemo enim peccat nisi adversus illam faci
endo que est plenitudo legis. Ideo recte dicitur.
Qui offenderit in uno factus est omnium reus.
id est contra caritatem facit in qua pendent omnia.

Cum duo sint Repetit de caritate ut
precepta caritatis addat quomodo tota lex pendet
in quibus ut propheta (?) supra ... tota lex pendet dicit
et prophete. Advertendum est quod hic sit cum in lege
et in prophetis multa sint cerimonialia man
data. Que si ad caritatis perfectionem pertinuis
sent. viderentur non debere cessare.
Que vero in iustificationis gratia quam facit caritas
instituta sunt. hic in figura futuri et ideo impo
sita ideo clarescente veritate cessaverunt velud
umbre. Verumtamen et ipsa cerimonialia secundum
spiritualem intellectum quem continent et omnia
moralia ad caritatem referuntur. pertinent
enim omnia ad decem mandata in tabulis scrip
ta. Unde omnium summa perstringitur ex quibus
cetera emanant sicut in sermone domini octo vir
tutes proponuntur ad quas cetera referuntur
et sic ad decem mandata decalogi cetera refe
runtur. Et ipsa decem ad duo mandata ca
ritatis pertinent. omnia ergo ad duo manda
ta caritatis pertinent que per caritatem implentur.

et ad caritatem tamquam ad finem referri debent
Unde Augustinus. Totam magnitudinem et amplitu
dinem divinorum eloquiorum possidet caritas
qua deum proximumque diligimus. que radix
est omnium bonorum. Unde Veritas ait. In his
duobus mandatis universa lex pendet et prophete
Augustinus. Si non vacat omnes paginas sanctas perscruta
ri omnia in volumine sermonum evolvere.
tene caritatem ubi omnia pendent. que perfec
tio est et finis omnium. Tunc enim et precepta et
consilia recte fiunt cum referantur ad dili
gendum deum et proximum propter deum. Quod vero
fit timore pene vel aliqua intentione carna
li ut non referatur ad caritatem non
dum fit sicut fieri oportet quamvis fieri vide
atur. Inimicus enim iusticie est qui pene timo
re non peccat. Amicus vero iusticie qui eius
amore non peccat. Omnium ergo hec summa
est ut intelligatur legis et omnium divinarum
scripturarum plenitudo esse dilectio dei et
proximi. de decem preceptis que continentur in duobus
mandatis caritatis. D. XXXVII

Sed iam distributio decalogi
que in duobus mandatis continetur
consideranda est. Habet enim decalogus x. precep
ta que sunt decacordo psalterium que sic
sunt distributa ut tria que sunt in prima tabula
pertineant ad deum. scilicet ad cognitionem et
dilectionem trinitatis. Septem que sunt in secunda
tabula ad dilectionem proximi. Primum
in prima tabula est. non habebis deos alienos.
non facies tibi sculptile. neque omnem similitu
dinem et cetera. Hoc Origenes duo dicit esse mandata. Sed Augustinus
unum. Hoc ipsum enim quod dicitur non habebis deos
alienos perfectius explicat. cum prohibet
coli figmenta. scilicet ydolum vel alicuius rei simili
tudinem. Inter que duo Origenes dicit ita distare
ut ydolum sit quod nil habet simile sui. Simi
litudo vero quod habet speciem alicuius rei ut si ubi
gratia si quis in auro vel in ligno vel alia re
faciat speciem serpentis vel avis vel alicuius

Not' de timore pene

rei ꝯstatuat adorandum. non ydolum ſ; ſimi
litudinem fecit. qui uero facit ſpeciem quam non
uidet oculus ſ; animus ſibi finxit. ut ſiquis
humanis membris capud canis uel arietis
formet. uel in uno homine uno duas facies
non ſimilitudinem ſ; ydolum facit. quia fa
cit quod non habet aliquid ſimile ſui. ideo
dicit apostolus. quia ydolum nichil eſt in mundo. non enim
aliqua ex rebus conſtantibus aſſumitur ſpecies
ſed quam mens ocioſa et curioſa reperit. Simili
tudo uero eſt cum aliquid ex hiis que ſunt uel
in celo uel in terra uel in aquis formatur. Augustinus
uero ſic exponit illud ydolum nichil eſt in mundo
id eſt inter creaturas mundi non eſt ydoli forma.
Creaturam enim formauit deus. ſed ſtulticia
hominum formam dedit. queçumque facta ſunt na
turaliter facta ſunt per uerbum. ſed forma hominis
in ydolo non eſt facta per uerbum. ſicut peccatum
non eſt factum per uerbum. ſed eſt nichil. et nichil fiunt
homines cum peccant. ſed queritur quomodo
dicatur forma ydoli non eſt facta per uerbum.
cum alibi dicatur. omnis forma. omnis
compago. omnis concordia partium facta eſt
per uerbum. hec autem diuiſis uiis ſoluitur.
Quidam enim dicunt omnem formam et
quicquid eſt inquantum eſt a deo eſſe et formam
ydoli inquantum eſt uel inquantum forma eſt a deo eſſe.
ſed non in quantum eſt ydoli id eſt poſita adorandi
In hoc enim non eſt creatura. ſed preſumptio cecitatis. ſicut
illud quod peccatum eſt inquantum peccatum eſt
nichil eſt. et homines cum peccant nichil fiunt.
quia ab illo qui uere eſt recedunt. Unde Jero. Quia ex eo
non eſt qui ſolus uere eſt non eſſe dicitur.
Idcirco peccatum quia nos a uero eſſe abducit nichil
eſſe uel non eſſe dicitur. Alii uero dicunt omnem
formam que ſcilicet naturaliter eſt. et omne quod
naturaliter eſt eſſe a deo. ſed forma ydoli non
eſt naturaliter. quia nature iuſticie non ſunt.
Jdeo enim naturaliter eſſe dicitur quia ſimplici et uere
iuſticie que deus eſt imitatur non reſultat.

et naturam creatam non mutat. Secundum
preceptum eſt non aſſumes nomen dei tui in ua
num. quod eſt dicere [illegible] ſecundum litteram.
Non [illegible]os in animo [illegible] iurabis nomen
dei tui pro nichilo. [illegible] Allegorice uero
precipitur ut non putes creaturam eſſe Christum
filium dei. quia omnis creatura uanitati ſubiecta
eſt. ſed equalem patri. Tercium uero eſt memento ut
diem ſabbati ſanctifices. quod ſecundum litteram ſabbati obſer
uancia precipitur. Allegorice uero ut hic requiem
a uiciis et in futuro in dei contemplacione
expectes. uel in ſpiritu ſancto id eſt ex caritate et dono dei
non quod ſpiritus ſanctus ſit minor patre et filio hoc operetur. accè
pit utique etiam hoc donum ut in ſpiritu ſancto fiat
remiſſio peccatorum. quamuis remiſſionem tota
trinitas faciat. proprie tamen ad ſpiritum ſanctum dicitur
pertinere. quia ipſe eſt ſpiritus adopcionis filiorum.
Ipſe eſt patris et filii amor et connexio uel caritas
Jdeoque iuſtificacio noſtra et requies ei attribuitur
ſepius. hec ſunt tria mandata prime tabule
ad deum pertinencia. et primum quidem quod eſt
de uno deo colendo pertinet ad patrem in quo
eſt unitas uel auctoritas. ſecundum ad
filium in quo eſt equalitas. tercium ad ſpi
ritum ſanctum in quo eſt utriuſque communitas

In ſecunda uero tabula De mandatis ſe
ptem erant mandata cunde tabule
ad dilectionem proximi pertinencia. quorum primum
ad patrem carnalem refertur. ſicut primum prime
tabule ad celeſtem patrem. Quod eſt honora
patrem tuum et matrem tuam ut ſis longe
uus ſuper terram id eſt uiuentium. Parentes uero ſic
ſunt honorandi ut eis debita reuerencia
exhibeatur et neceſſaria miniſtrentur. Secundum
eſt non occides. quod ſecundum litteram prohibetur actus
homicidii. ſecundum uero ſpiritum et uoluntas occidendi
Unde hoc mandato ſecundum litteram fit ſuperaddicio
in euuangelio. quia littera euuangelii exprimitur
quod legis littera non exprimebatur. Euuangelii li
tera intelligenciam ſpiritualem exprimit.

i. quam ſpirituales hñt. et ſecundum quē
ſpiritualiter intelligitur littera legis ſenſu carna
lem. i. q̃m carnales hñt. et ſecundum q̃m car
naliter uiuitur. cui facta ē ſuperadditio ſcā
tum ē: non mechaberis. i. non cuilibet miſcea
ris excepto federe matrimonii. a parte n. intel
ligitur totum. hoc nomine n. mechie omnis cō
cubitus illicitus illorumque membrorum non legi
timus uſus prohibitus debet intelligi. Quartum:
non furtum facies. ubi ſacrilegium et omnis rapina
prohibetur. non n. rapinam permiſit qui furtum
prohibuit. ſed furti nomine bene intelligi uoluit
omnem illicitam uſurpationem rei aliene. quo et
nō Sacrilegium. ſacrilegium. Et ſciendum quod ſacrilegium
tribus modis committitur. quando s. uel ſacrum de ſac.
uel non ſacrum de ſac. uel ſacrum de non ſac.
aufertur. Sacrum uero dicitur quicquid manci
patum eſt cultui diuino ut eccl'a uel res eccl'e.
Usura. Sub hoc et uſura prohibetur que ſub rapina continetur.
Unde Ieronimus: uſuras querere uel fraudare aut rape
re nil intereſt. Commoda fratri tuo et accipe quod dediſ
ti ei. i. quantum et nil ſuperfluum queras. Quia
ſuperabundancia in uſuram computatur.
Eſt n. uſura ut ait Aug. cum quis plus ex
igit in uſura uel in qualibet re quam accepit.
Item Ieronimus: putant aliqui eſſe tantum uſuram in pe
cunia. ſed intelligant uſuram uocari ſuper
habundanciam. s. quicquid eſt. ſi ab eo quod de
derit plus eſt. ut ſi in hyeme dederimus x. modios.
et in meſſe xi. accipiamus. [Si furtum fecerunt fi
S]i uero queritur de filiis [lii Iſrael quando ſpolia
Iſr]ael qui domino iubente [tulerunt egyptios]
ab egyptiis mutuauerunt uaſa aurea et
nō argentea et ueſtes precioſas et aſportauerunt
utrum furtum conſenſerint. dicimus eos quia ob
temperauerunt deo iubenti illud fecerunt non feciſſe
furtum nec omnino peccaſſe. unde Aug. Iſrae
lite non furtum fecerunt. ſed deo iubente mi
niſterium prebuerunt. ſicut enim deus iuſſit qui legem
dedit miniſter iudicis ſine peccato occidit quem

lex precepit. ſed ſi id ſponte faciat homicida eſt.
uel ſi eum occidat quem ſcit a iudice occidendum.
Infirmi autem qui ex cupiditate egyptios de
ceperunt magis permiſſi ſunt hoc facere illis quia
talia iure paſſi ſunt quam iuſſi. Hic opponitur quod
uel boni in illo opere peccauerunt. quia na
turalem legem cui concordat euangelium
et lex moralis preceptionis tranſgreſſi ſunt. Aug.
quod tibi non uis fieri alii ne feceris. quam naturalis ſcripta
ſit in corde hominis. et quia non legebat in
corde ſcriptum in tabulis ut uoce foriſ ſecus
commota rediret ad cor et ibi inueniret quod extra
legeret. hanc quidem illi preuaricari uidentur in
illo facto alii facientes quod ſibi nolebant fieri.
ſed non ſic intelligendum eſt: iniuſte ut ſi alii ſed
iniuſte facias quod tibi non uis fieri. Alioquin
huiuſmodi iudex preuaricator eſt dum punit
reum nolens quod aliquid tale fieri. Ita et eſt
illud dominum ſibi. Omnia quecumque uul
tis ut faciant uobis homines et cetera de bonis
accipiendum eſt quod nobis inuicem exhibere de
bemus. Quintum preceptum eſt: non loqueris
contra proximum tuum falſum teſtimoni
um ubi crimen mendacii et periurii prohibetur. . Mendacium.
Solet autem queri utrum prohibitum ſit omne
mendacium. dicunt quidam illud tantum pro
hiberi quod alicui obeſt et non prodeſt. et cui dicitur
tale enim non eſt aduerſus proximum ut ideo in
deatur hoc accepiſſe ſcriptura. ſed de mendacio
magna queſtio eſt. nec cito explicari poteſt.
S[ciendum] eſt tamen [de triplici genere men
dacii.] tria eſſe genera mendaciorum.
Sunt n. mendacia quedam pro ſalute uel co
modo alicuius non malicia ſed benignitate
dicta. qualiter obſtetrices mentite ſunt
et raab. Eſt et aliud mendacii genus quod fit
ioco quod non fallit. Scit n. cui dicitur. cauſa ioci
dici. et hec duo genera mendaciorum non ſunt
ſine culpa. ſed non tamen magna. Perfectis uero non
conueniunt. tercium non eſt pro temporali uita alicuius.

nec pro corpore alterius suam animam occidat. Licet autem eis verum tacere sed non falsum dicere, ut si quis non vult hominem ad mortem prodere, verum taceat sed non falsum dicat. Tertium vero genus mendacii est quod ex malignitate et duplicitate procedit, omnimodis cavendum est. Huius minus videntur mendacia illa que fiunt ioco vel pro salute alicuius in perfectis esse venialia peccata. In perfectis vero illud quod pro commodo alicuius dicitur esse dampnabile, quod et de mendacio iocoso puniri potest, precipue si iteretur. De mendacio autem obstetricum et Raab quod fuit veniale Augustinus ostendit dicens: Forsitan sic obstetrices non remunerate sunt quia mentite sunt, sed quia infantes liberaverunt. Et propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, non tamen nullum. Sic Raab liberata est propter liberationem exploratorum, propter quam fuit veniale peccatum. Sed ne putet aliquis mentientibus parci si propter liberationem hominum fiant, ita sibi se concedi veniam, multa enim mala detestanda talem sequuntur errorem. Possimus enim et furando alicui prodesse, si pauper cui datur sentit commodum et dives cui tollitur non sentit incommodum; vel et adulterando plurimus, si aliqua nisi ad hoc ei consentiatur apparet amando moritura, et si vixerit penitendo purganda. Non ideo peccatum esse negabit, tale esse adulterium. Sciendum est octo genera mendaciorum esse, que Augustinus in libro de mendacio tradit dicens, quod diligenter notanda sunt ut appareat quod mendacium sit veniale et quod dampnabile. Primum capitale est mendacium longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa aliquis debet adduci. Secundum: quod tale est ut nulli prosit. Tertium: quod ita prodest alicui ut alteri obsit. Quartum: sola mentiendi fallendique libidine, quod merum mendacium est. Quintum: quod fit placendi cupiditate de suavi eloquio. His omnibus evidentis sequitur sextum

genus quod et nulli obest et prodest alicui, ut si quis pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens ubi sit se nescire mentiatur. Septimum quod et nulli obest et prodest alicui, ut si quis volens hominem prodere ad mortem quesitum mentiatur. Octavum quod nulli obest et ad hoc prodest ut ab inmundicia corporali aliquem tueatur. In his autem tanto minus quisque peccat cum mentitur quanto magis ad octavum recedit. Quisquis vero aliquod genus esse mendacii quod peccatum non sit putaverit, decipiet semetipsum turpiter, cum honestum se deceptorem aliorum arbitretur. Omne ergo genus mendacii summo opere fuge, quod omne mendacium ado non.

Quid sit mendacium

Hic dicendum est quid sit mendacium et quid sit mentiri; deinde utrum omne mendacium sit peccatum et quale mendacium. Ut ait Augustinus, falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Ubi ergo mendacium fit, necesse est ut falsum proferatur et cum intentione fallendi. Hoc vero malum est duplex mentientis: aliud habet clausum in pectore, aliud promptum in lingua. Mentiri vero est loqui contra hoc quod animo sentit quis, sive illud verum sit sive non. Omnis ergo qui loquitur mendacium mentitur, quia loquitur contra hoc quod animo sentit, vel voluntate fallendi. Sed non omnis qui mentitur mendacium dicit, quia quod verum est loquitur aliquando mentiendo, sicut ergo falsum dicendo aliquando verax est. Unde Augustinus: Nemo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat esse verum, quia quantum in ipso est non fallit ipse sed fallitur. Et ideo non mendacii arguendus est qui falsa incautus credidit ac pro veris habet; potius e contrario ille mentitur qui dicit verum quod putat esse falsum. Quantum enim ad animum eius attinet, non verum dicit, quia non quod sentit dicit, quamvis inveniatur verum esse quod dicit. Nec ille liber est a mendacio qui ore nesciens loquitur verum, sciens autem voluntate mentitur.

ſ hui xx hoi xxij q ij primu

D XXXVIII

Hic queri solet si Quod omne mendacium peccatum sit
iudeus dicat Christum esse si ipsi sit non et quare
deum cum non ita sentiat animo, utrum
loquatur mendacium. Non est mendacium
quia dicit quod sic animo aliter tenet. Verum est tamen
quod dicit et ideo non est mendacium. Mentitur tamen
illud quod verum est dicens. Quod omne mendacium
sit peccatum Augustinus insinuat dicens. Quod videtur
omne mendacium esse peccatum. Sed multum
interest quo animo et de quibus rebus quisque
mentiatur. Non enim sic peccat qui consulendi
ut qui nocendi voluntate mentitur. Nec tam
nocet qui viatorem mentiendo in diverso itinere
mittit, quantum qui viam vite depravat
mendacio. Porro omne mendacium ideo
dicendum est esse peccatum, quia hoc debet homo loqui
quod animo gerit, sive illud verum sit, sive putetur
et non sit. Verba enim ideo sunt instituta ut
non per ea homines invicem fallant, sed ut per
ea in alterius notitiam suas cogitationes
ferant. Verbis ergo uti ad fallaciam non ad quod
sunt instituta peccatum est. Nec ideo est ullum
mendacium putandum non esse peccatum
quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo.
Possumus enim et per furtum et tacendo et ad
ulterando prodesse. Mendacium quoque non tamen tamen
esse possumus dicere quod aliquis ledatur cum
enim a sciente dicitur falsum mendacium est sive
quis nemo ledatur. Ecce ex his constat omne
mendacium esse peccatum. Non tamen de omni mendacio
accipiendum est illud Prophete: Omnes qui
loquuntur mendacium. Nec illud: Os quod mentitur
occidit animam. Nec omne mendacium
malignitatis isto precepto prohiberi videtur. Nec
premissa descriptione mendacium iocosum includi.
Illud etiam sciendum est utrum cum periculo fallitur
quis in quibusdam rebus vel non.
magno malo in quibusdam parvo. In quibusdam
nullo fallimur. In quibusdam rebus nil
interest ad capescendum dei regnum, utrum
credantur an non, vel utrum vera putentur
an falsa sint sive non. In huiusmodi errare, id est aliud
pro alio putare, non est arbitrandum esse
peccatum. Vel si est, minimum atque levissimum.
Et sunt vera que nisi non videantur
que non creduntur ad vitam eternam non potest
perveniri. Et hic error maxima cura cavendus sit,
non solum in maioribus, sed etiam in minoribus
rebus, nisi quod rerum ignorantia possit evitari,
non est; quoniam ut continuo erret quisquis
aliquid nescit. Sed si quis se estimat scire quod
nescit, pro vero enim approbat falsum, quod est erroris
proprium. Verumptamen in qua re quis erret interest
plurimum. Sunt enim que nescire satius est
quam scire. Item non nullis errare profuit
aliquando, sed in via pedum non in via morum. Solet
etiam queri de Iacob, qui se dixit esse Esau, aliter
animo sentiens, utrum mentitus sit. De hoc
Augustinus ait: Iacob qui matre fecit auctore
ut falleret patrem, si diligenter attendatur
videtur non esse mendacium sed misterium. In
tendebat enim in matre obedientie, que per spiritum
sanctum noverat misterium, et ideo per familiare
consilium, ipse id est quod minus accepit a mendacio,
excusatur Iacob. De periurio.

D XXXIX

Nunc de periurio videamus. Periurium
est mendacium iuramento firmatum.
Hic queritur utrum sit periurium ubi non est
mendacium; quod quibusdam videtur ex auctoritate
Ieremie dicentis. Adtendendum quod iusiurandum
habet comites: veritatem, iudicium
et iustitiam. Si ista defuerint non erit iura-
mentum sed periurium. Sed autem falsum iuratur
veritas deest. Si ergo falsum iuretur et si non sit in-
tentio fallendi, videtur esse periurium, quia
deest veritas. Quibusdam placet non esse periurium
ubi non est mendacium. Et sicut dicitur
aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum
sine periurio. Forte falsum dixit apostolus cum
se venturum ad Corinthios promisit nec tamen

sicut ei imponebatur culpam mendacii contraxit
quia sic animo sentiebat et iuramento aliud
confirmasset non periurum meminisset. quia quan-
tum in ipso fuit verum dixit et iuratione
addidisset quantum in se foret verum iurasset.
Et aliter evenerit quam dixit. Sed sic quis non est
mendax nisi aliter sentiat animo quam dixit sive
ita sit sive non. ita videtur quibusdam nemi-
nem periurum constitui nisi aliter sentiat animo si-
ve ita sit sive non. *Sententia verior de triplici*

Sed melius creditur et illum *periurio.*
periurare qui falsum voluntate fallen-
di iurat. et qui falsum putans quod verum est
iurat et qui verum putans quod falsum est iurat.
Unde Augustinus. Falsum homines iurant vel cum
fallunt vel cum falluntur. aut cum putat
homo verum esse quod falsum est et temere iurat.
aut scit vel esse putat falsum et pro vero iurat et ni-
chilominus cum scelere iurat. Distant autem
ista periuria duo que commemoravi. Fac illum
iurare qui verum esse putat pro quo iurat.
verum putat esse et tamen falsum est. non ex animo
iste periurat sed fallitur. hoc pro vero habet quod falsum est
non tamen pro falsa re sciens iurationem interponit.
Da alium qui scit falsum esse et dicit
verum esse et iurat tamquam verum sit quod scit
falsum esse. Videtis quam sit detestanda ista
belua. Fac alium qui putat falsum esse et
iurat tamquam verum sit et forte verum est.
Ubi ergo ut intelligatis in illo loco. Interrogas
hominem et dicat pluisse et tunc ibi pluit. Sed pu-
tat non pluisse periurus est. Interest quemad-
modum verbum procedat ex animo. Ream
linguam non facit nisi mens rea. Hic eviden-
ter traditur quod tripliciter periurat homo ut
supra exprimitur. dum vel sciens iurat falsum.
vel putans falsum quod verum est iurat. vel ex-
istimans verum quod falsum est iurat. Sed
hoc extremum non videtur periurium esse sed periurium
nominetur eo quod falsum iuratur.

non videtur reus esse periurii qui sic iurat quia
non est mens eius rea et ideo nec lingua. Immo ei
mens rea est. dum iurare presumit quod perspicue
verum non deprehendit. Non ergo omne periuri-
um mendacium est. nec omnis qui periurat men-
titur. Sed omnis qui mentiendo iurat periurat.
et omnis qui falsum iurat sive mentiens sive non
periurat. Cum vero quis iurat quod idem existimat
esse falsum. queritur quid sit ibi periurium. ipsa
significatio vocis illa est quia verum nesciens loquitur.
Non ergo ipsa significatio vel falsum vel menda-
cium est quia vera est. et quod verum est periurium non
videtur esse. Ideo hoc dicimus locutus sit scilicet contra mentem
sub attestatione iuramenti esse periurium. Contin-
git ergo adhibita iuratione periurium est. peri-
urium ergo est vel iurando loqui falsum cum
intencione fallendi. Hic opponitur. Sed omnis qui
falsum iurat periurat. et quidam alicui promittit
sub certo termino dare aliquid quod tamen non faciet.
ex quo iuravit peieravit. quia falsum iuravit.
Non prius ita futurum erat ut iuravit. Ad hoc potest
dici quod non omnis qui iurat quod falsum est
ex quo iuravit periurus est. Sicut iste de quo
agimus. sed ex quo propositum mutat vel terminus
transgreditur. iuratio talis fit periurium reatu.

Si autem queritur *An iuratio sit ma-*
vel verum iurare sit malum. dicimus *lum.*
aliquando malum esse aliquando non. Sponte vero
et sine necessitate iurare vel falsum iurare pec-
catum grande est. Ex necessitate autem
iurare scilicet vel ad asserendam innocentiam vel
ad federa pacis confirmanda vel ad persuadendum
audientibus quod eis utile malum non est quia ne-
cessarium. Unde Augustinus. Iuramentum faciendum
est in necessariis cum pigri sunt homines cre-
dere quod eis est utile. Iuratio non est bona. non est
tamen mala cum sit necessaria. id est non est appe-
tenda sicut bona. non est tamen fugienda tanquam
mala cum sit necessaria. Non est enim contra
preceptum Dei iuratio. sed intelligitur Domini

prohibuisse iuramento ut quantum in ipso est:
quisque non iuret. quia multi homines hūites
more iurationem faciunt tanquam magnum
atque suave aliquid. Apostolus non contra preceptum domini
et tamen iuravit. Prohibemur ergo iurare cupidita
te et delectatione iurandi. Quod ergo Christus ait in
evangelio. ego dico vobis non iurare omnino.
sic intelligitur precepisse. ne quisquam sicut bonum
appetat iuramentum et assiduitate iurandi
labatur in periurium. Quod vero addidit. Sit sermo
vester. est. est. non enim bonum est et appetendum.
Quod autem amplius est: a malo est. id est si iurare coge
ris. scias de necessitate venire   infirmita
tis eorum quibus aliquid suades que infirmitas uti
que malum est. Unde nos cotidie liberari precamur
dicentes. libera nos a malo. Ideoque non dixit quod
amplius est malum est. tu enim non facis malum
qui bene uteris iuratione. sed a malo est illius qui
aliter non credit. id est ab infirmitate que aliquando
pena est. et aliquando pena et culpa. Ibi ergo do
minus prohibuit malum. suasit bonum. In
dulsit necessarium. **De iuramento quod per creaturas fit**

Queritur etiam utrum liceat iurare per crea
turam quod non videtur. cum in lege scrip
tum sit. Reddes autem domino iuramenta tua. et
Christus in evangelio precepit non iurare omnino
neque per celum neque per terram. neque per ierosolimam.
nec per capud tuum. Iudeis autem qui parvulis con
cessum fuit iurare per creatorem et preceptum e
rat si iurare contigeret non nisi per creatorem
iurarent. non per creaturam. Quia iurantes per
angelos et elementa creaturas venerabantur
honore. et melius erat hoc exhiberi deo quam crea
turis. Infirmis ergo illud prohibuit scilicet vero quam in
creaturis creatorem venerabantur tamen non
prohibuit. Unde ioseph per salutem pharaonis
iuravit. dei iudicium in ea venerans quo po
situs erat in infirmis. Christus vero per creaturas iu
rare prohibuit ne vel aliquid divinum in eis
crederetur per quo reverentia eis deberetur. vel ne

per eam iurantes falsum. homines se iuramen
to non teneri putarent. **Quis iurando magis re**

Si autem queritur quis **reatus an quod fit per deum**
magis teneatur **an per evangelium vel**
an qui per deum an qui per evangelium **per creatu**
ram an qui per creaturas iurat. dicimus. qui per deum **iurat**
per quem facta sunt hec. Unde iohannes crisostomus
si qua causa fuerit modicum videtur fa
cere qui iurat per deum. Qui vero iurat per evange
lium maius aliquid fecisse videtur. quibus di
cendum est. stulti. scripture propter deum facte sunt
non deus propter scripturas. et hec creature facte
sunt per deum. **Quid est dicere per deum**

Hic queritur quid sit dicere per deum
iuro. hoc est testem adhibere deum. Iu
rat enim apostolus dicens. testis est mihi deus. ac si dixis
set per deum iuro. Unde augustinus. Ridiculum est puta
re hoc si dicas per deum iuras. si dicas testis est
mihi deus. non iuras. Quid aliud est per deum nisi testis est
deus. aut quid est testis est deus nisi per deum. Quid est au
tem iurare nisi ius reddere domino. quando per
deum iuras. ius scilicet veritatis non falsitatis
secundum ecce ego dico cunctantia vite et qui per lapi
dem iurat falsum periurus est. Quia non lapidem qui
non audit. sed eius creatorem adhibet testem.
Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam. scilicet cre
atorem huius adhibere testem. Est etiam quoddam
genus iuramenti gravissimum quod fit per ex
ecrationem. ut cum homo dicit. si illud
feci illud patiar vel illud. contingat fili
is meis secundum quem modum accipitur
et intelligitur cum aliquis iurando dicit
per salutem meam vel per filios meos. et hic
obligat enim hoc deo. Unde augustinus. cum quis ait
per salutem meam. salutem suam deo ob
ligat cum dicit per filium vel per filios me
os oppignorat eos deo ut hoc eveniat in
capite eorum quod exit ab ore ipsius. si verum:
verum. si falsum: falsum. Et sicut per hec
iurans aliquando hec deo obligat ita per deum iurans.

ipm adhibet testem. In omni g iuracione aut
deus testis adhibetur aut creatura do oppigno
rat et obligatur. ut hoc sit iurare dm .s. teste
adhibere uel aliquid do oppignorare. h est
g iurare p qmlibet creaturam .s. creatore
eius teste adhibere. de illis q iurant p fal
Post h queritur utrum sos deos.
P fide eius utendum sit qui p demonia
et ydola iurauit. de h aug. scribens ad publi
colam ait. te plus considerare uolo utrum
si quispiam p deos fsos iurauit et fidem n
seruauit non et uideatur bis peccasse. bis utiq
peccauit q et iurauit p quos non debuit et
p pollicitam fidem fecit q non debuit nos
qui utitur fide illius quem constat iurasse
p falsos deos et utitur non ad malum set
ad bonum non pcto illius se sociat. quo p
demonia iurauit s3 bono pacto illi cum q
fidem seruauit et si dubitacio ne minus ma
lum e p deos falsos iurare ueraciter qm p
dm uerum iurare fallaciter. Quanto ix p q
peierat mag scm et tanto mag et penalis
piurium. Q iuramentum q iurat illic
H oc sup et uidere nt obsuand n uocatur
N ytu omne iuramentum pmissio illic fca
implendum sit. Si ix quis aliquid iurauit
contra fidem et contra castitatem q obseruan
dum peiorem uergit in exitum potius
est et mutandum qm implendum. Unde
Ambroz. est contra officium non nunqm pmissum
soluere sacramentum. ut Herodes fecit. Itm
ysidorus. In malis pmissis rescinde fidem.
in turpi uoto muta decretum q incaute
uouisti ne facias. Impia est pmissio que
scelere adimpletur. Item non est obser
uandum sacramentum quo malum in
caute pmittitur. Ut siquis adulterae fidem
ppetuam cum ea pmanendi polliceatur
Tollerabilius e ix non implere sacramentum
qm pmanere in stupro. Itm Beda. Siqd nos incaute
iurare contigit q obseruatum peiorem uer
gat in exitum libere illud salubriori consili
o mutandum nouimus ac mag instante
necessitate peierandum ee uob qm p uita
ndo piurio maius crimen grauius q diuer
tendum. Denique iurauit dd p deum occide
re nabal uirum stultum. s3 ad pmam intercessi
onem abygail femine prudentis remisit mi
nas. reuocauit ensem in uaginam. n aliquid
culpe se tali piurio contraxisse doluit. Itm aug.
q dd iuramentum p sanguinis effusionem no
impleuit maior pietas fuit. Iurauit dd te
mere s3 non adimpleuit iuracionem maio
ri pietate. Ex hiis aliisq pluribus ostenditur
quedam iuramenta non ee obseruanda et
qui sic iurat uehementer peccat quia d iniu
sti facit. qui autem non mutat dupliciter peccat
et q iniuste iurauit et q facit q non debet.
O ui no mutat si est piurus qui non facit
Q uod iurauit piurus debeat dici q ille iurat
nobis queri sup beda talle sacramentum uocatur
piurium. Iohes et apostolus orientalium se
dium dixit. s nro pacis nri sophronii sigt q
melius e peierare iuramentum qm sacramentum
seruare in fractione sacre ymaginum. s3 p
iurium dicitur tale iuramentum non obseruatum
et peierare dicitur qui non implet q falsum iu
rauit non q inde reus sit q non obseruauit.
s3 q iurauit iniustum ex quo reus e sic ille
qui peierat de eis q uborum calliditate iurant.
H oc et sciendum e in quacumque arte
uborum quis iuret deus tamen qui coscie
testis est ita accipit h sic ille cui iuratur intel
ligit dupliciter autem reus fit q et nomen dei ua
num assumit et pximum in dolo capit. de
O peierit et si peccat illo qui cogit aliqm
Q ui hominem iurare cogit iurare
de h aug. ait. qui exigit iuracionem multum
interest si nesciat illum iuraturum falsum
eum fuit. Si ix nesciat et ideo dic iura michi

ut ei fides sit non est peccatum. tamen humana temp
tatio est. Suo sacerdoti fecisse et cogit eum iurare
homicida est. Secundum qui provocat hominem ad
iurationem et scit eum falsum iurare vincit
homicidam quia homicida corporis occisurus est
ille animam immo duas animas et eius quem
iurare provocat et suam. *Ex concilio Aurelianensi*
DXII Sancta synodus decrevit in pace facienda
ut omnes fideles ieiunium ad sacramenta ac
cedentes. | Sextum preceptum est. Non deside
rabis uxorem proximi tui | Septimum non concupisces
domum proximi tui. non servum. non ancillam etc.
Sed videtur preceptum de non concupiscendis
rebus proximi unum esse cum eo quod dicitur non furaberis
et preceptum de non concupiscenda uxore unum
esse cum eo quod dicitur non mechaberis. Potest tamen pre
ceptum non furandi in illa generalitate intel
ligi in non de concupiscenda re proximi precipitur
et in eo quod dicitur est non mechaberis potest illud
intelligi Non concupisces uxorem proximi
tui. Sed in illis duobus preceptis non mechandi et
non furandi opera ipsa notata sunt et prohibita.
In his vero extremis ipsa concupiscentia. quo
tamen differunt illa ab istis. Unde illi precepto
non mechandi fit superadditio in evangelio.
ubi omnis concupiscentia mechandi prohibetur.
Sed cum hic prohibeatur concupiscentia aliene ux
oris et aliene rei. Quare lex dicitur comprimere ma
num et animum. Evangelium vero et manum et animum. Il
le de lege domini secundum cerimonialia non secundum
moralia. Vel quia in lege non est generalis prohibitio
omnis mortifere concupiscentie ut in evangelio
vel secundum eorum carnalem intelligentiam. Si
vero queritur quare dicat apostolus litteram occidentem ea
est est decalogus qui non dicitur littera occidens eo
quod mala sit lex. sed quia prohibens peccatum auget
concupiscentiam et addit prevaricationem non
liberat gratia que gratia non sic habundabat in
lege ut in evangelio. Lex ergo bona est et non oc
cidit sine gratia. cum sit virtus peccati quilibet

quia sine gratia impleri non potest. Gratia autem deerat
et ideo littera occidens erat. Distat autem evangelii
littera a legis littera quia diversa sunt promissa. Ibi terrena
hic celestia promittit. diversa etiam sacramenta quia illa tantum
significabant. hec conferunt gratiam. precepta etiam
diversa quantum ad cerimonialia. Nam quantum ad
moralia sunt eadem. sed plenius in evangelio con
tinentur. Audistis x cordas psalterii utique servum
impositas que caritate tangende sunt ut vici
orum fere penitus occidantur. *Explicit Liber*
III. Incipiunt capitula IIII.

De sacramentis.
Quid sit sacramentum. Quid sit signum.
Quo differant signa et sacramenta. Quare
instituta sunt sacramenta. De differentia
sacramentorum veterum et novorum. De cir
cumcisione. Quod remedium illi habuerunt
qui fuerunt ante circumcisionem. De institu
tione circumcisionis et causa. De parvulis defunc
tis ante diem octavum quo fiebat circumcisio
De sacramentis nove legis. De baptismo.
De differentia baptismi Iohannis et Christi. Quid utili
tatis habuit baptismus Iohannis. Si fuerit sacramentum
baptismus ille. De forma baptismi Iohannis. Quid est
baptisma. De forma baptismi. Quod apostoli
in nomine Christi baptizaverunt. Si in nomine
patris vel spiritus sancti possit esse baptismus. De institu
tione baptismi. Quare in aqua tantum fiat. De im
mersione quotiens fieri debeat. Quando circum
cisio amisit vim suam. De causa institu
tionis baptismi. De illis qui suscipiunt sacramentum
et rem et rem et non sacramentum et sacramentum
et non rem. De fide accedentibus. Quomodo
intelligatur illud quicumque in Christo baptizati estis
Christum induistis. Quod passio supplet vicem
baptismi et fides et contritio. Quid prosit baptismus et
fide accedentibus. Quid dimittatur in baptismo
iniustis. Cuius rei sacramentum sit baptismus
quem recipit iniustus. Quod baptismus eque
bonus est a bono vel a malo datus. De iterate
baptismi et ministerio. Que sit potestas baptismi

quam Christus potuit dare seruis suis et non dedit quibus licuit baptizare. Si rebaptizandi sint qui ab hereticis baptizati sunt. Quod nullus in matris utero baptizatur. Utrum baptismus sit cum uerba corrupta proferuntur. De illo qui pro ludo immergitur. De conuersione paruulorum. De cathecismo et exorcismo. De sacramento confirmationis. Que sit uirtus huius sacramenti. Quod non nisi a summis sacerdotibus tradi potest. Utrum hoc sacramentum sit dignius baptismo. Utrum possit iterari. De sacramento altaris. Quod huius sacramenti in ueteri testamento figura precessit sicut et baptismi. De institutione huius sacramenti. De forma eiusdem. Quare Christus post cibum cibum dedit hoc sacramentum discipulis. De sacramento et re. Quod res sacramenti duplex est. De duobus modis manducandi. De errore illorum qui dicunt tantum corpus Christi a bonis sumi. De intelligentia quorumdam librorum ambiguorum. De heresi illorum qui dicunt corpus Christi non esse in altari nisi in signo. De sanctorum testimoniis quibus probatur uerum corpus Christi esse in altari. De modo conuersionis. Quomodo dicitur corpus Christi confici de substantia panis. Quare sub alia specie sumatur. Quare sub duplici specie. Quare aqua misceatur. Quale corpus dedit Christus discipulis in cena. Ubi accidentia illa fundentur. De fractione et partibus. De confessione Berangarii. Quid ille partes significent. Si Christus immolatur in altari cotidie et an sacrificium sit quod a sacerdote geritur. De causa institutionis. Si hoc sacramentum conficiatur ab hereticis uel excommunicatis. Quid faciat hereticum et quid sit hereticus. De penitentia. Unde dicitur penitentia. Quid sit penitentia. De solempni et publica penitentia. Quod peccata sepe dimittuntur per penitentiam. Quod pluribus irretitus peccatis non potest de uno uere penitere nisi et de omnibus peniteat. Quibus de causis contingunt flagella. De egiptiis et sodomitis quod temporaliter dicuntur puniri ne in eternum pereant. De generibus elemosine. Quid sit elemosina. Utrum in mortali peccato permanentes et largas elemosinas facientes deo satisfaciant. Utrum bona que fiunt ab aliquibus malis ualeant ad meritum uite cum fiunt ad bonum conuersi. De tribus in penitentia consistentibus scilicet compunctione, confessione et satisfactione. Que sit uera satisfactio. Que sit falsa satisfactio. De tribus actionibus penitentie. De multitudine uenialium que grauant ut unum grande peccatum. De satisfactione uenialium. Utrum sine confessione dimittantur peccata. Si sufficit soli deo confiteri. Quod non sufficiat soli deo confiteri si possit sacerdoti confiteri. An sufficiat confiteri laico. Ad quid ualet confessio. De remissione quam prestat sacerdos. De clauibus. De usu clauium. Si sacerdos potest dimittere peccatum an retinere. Quomodo sacerdotes dimittunt peccata uel retinent. Quomodo sacerdotes ligant uel soluunt a peccatis. Quomodo intelligendum sit illud quodcumque solueritis etc. Que sunt interiores tenebre et interior macula. Quando hee claues dantur et quibus. Utrum per indignos transfundatur gratia indignis. Quomodo intelligendum sit maledicam benedictionibus uestris. Qualis debeat esse iudex ecclesiasticus. De hiis qui in fine penitent. De hiis qui penitentiam non complent. De illo cui sacerdos indiscretus penam iniungit. Quod morientibus non est imponenda satisfactio sed innotescenda. Quod non est neganda penitentia uel reconciliatio in necessitate. Quod presbiter non reconciliet aliquem in conspectu episcopi nisi in necessitate. An oblatio eius sit recipienda qui currens ad penitentiam preuenitur morte. De peccatis que post hanc uitam dimittuntur. De hiis qui edificant aurum et ar. la. p. fe. sti.

q. c. cap.

De igne purgatorio quo alii citius alii tardius
purgantur. Quid sit edificare lig. fe. sti. Quid sit
edificare au. ar. la. pr. Quod aliquis nec penitet
et si non de omni veniali. Quid sit confessio ge
neralis. Quod nemo debet confiteri peccata que non fecit.
De pena sacerdotis qui peccata confitentis puplicat.
Si peccata dimissa redeant. Quid sit sacramentum
tres. De sacramento unctionis extreme. De
ibus gestibus unctionis. A quibus fuit hoc sacramen
tum institutum. De iteratione huius sacramenti.
De ordinibus ecclesiasticis. Quot sint. Quare septi
formes. Quales assumendi sunt a clero. De coro
na et tonsura. De hostiariis. De lectoribus.
De exorcistis. De acolitis. De subdiaconis. De
diaconis. De presbiteris. Qui dicuntur ordines
sacri. Quid appelletur ordo. De nominibus digni
tatis et officii. De episcopo. De pontifice. De qua
dripertito episcoporum ordine. De vate. De canto
re. De ordinatis ab hereticis. De symonia
unde dicatur quid sit. De hiis qui a symoniacis
ordinantur scienter vel non. De hiis qui dicunt
se emere corporalia et non spiritualia. De distinc
tione symoniacorum. De hiis qui violenter ab
hereticis vel aliis symoniacis ordinantur. De
etate ordinandorum. De sacramento coniugii.
De institucione et eius causa. Quando secundum
preceptum et secundum indulgentiam contractum
coniugium. Quibus modis accipitur indulgen
tia. Quod nupcie bone sint. Cuius rei sacra
mentum sit coniugium. Que consideranda
sunt in coniugio. Quid sit coniugium. De
consensu qui efficit coniugium. Quando
incepit esse coniugium. De opinione quorundam
qui dicunt coniugium non esse ante carnalem co
pulam. Quod sponsa non potest eligere mo
nasterium sine sponsi consensu. Quod coniu
gatus sine consensu coniugis nequid profiteri
continentiam. De adulterinis coniugiis.
Quod multiplicit sponsus et sponsa acci
piuntur. Que sponsa sit vidua mortuo sponso
et que non. Si consensus de futuro et iuramento
firmatus faciat coniugium. De hiis que
pertinent ad substantiam et ad decorem sacramenti. Qui
consensus ille qui facit matrimonium sit de
carnali copula ante cohabitacione ambe alio.
Quare de latere viri formata est mulier. Quod
non est consensus legitimus ubi est coactio. De
errore qui evacuat consensum. De coniugio
marie et ioseph. De finali causa coniugii.
Quod malus finis non contaminat sacramen
tum. De tribus bonis coniugii. De dupli
ci separatione. De hiis qui procurant venena
sterilitatis. Quod non homicide qui procurant
abortum. De excusatione coitus qui fit per
bona coniugii. De indulgentia quam facit
apostolus. De malo incontinentie. De carnis
delectatione que peccatum sit et que non. De
solucione carnalis debiti. De continentia
ex communi consensu servanda. Quando cessandum
sit a coitu. Quibus temporibus non sunt
celebrande nupcie. De diversis legibus coniu
gii. Utrum iohannis virginitas sit preferenda
castitati habrahe. Que erat consuetudo
coniugii sub lege. Cui licebat tunc plures ha
bere vel non. De virginitate mentis et carnis.
De personis legitimis. De frigidis sepe
randis vel non. De hiis qui maleficiis impedi
ti coire nequeunt. De furiosis. De hiis qui
dormierunt cum duabus sororibus. Quod non
est dimittenda uxor pro aliqua macula corporis.
De iure viri et mulieris. Quod fornicariam
nequid dimittere vir nisi ipse expers fuit for
nicationis et econverso. De reconciliatione eorum
qui propter fornicationem separantur. De illis
qui ante conviccione se polluerunt per adul
terium. De servis. Utrum propter extremam
conditionem possit fieri separatio. De co
pula servi et ancille diversorum dominorum.
De viro qui se facit servum ut dimittatur
ab uxore. De etate contrahentium. In quibus

q. d. ct. cap.

ordinibus nequeat contrahi matrimonium.
De interfectoribus suarum coniugum. De uotis.
De uotorum differentia. De uirginibus non uelatis. Quam
graue malum sit adulterium. De illis qui post
longam captiuitatem redeunt. De dis-
pari cultu. De coniugio fidelis et infidelis
et duorum infidelium. De fornicatione spiritua-
li. Post quam coniux sit dimittenda. Et pro quibus pec-
catis fieri sit separatio uel non. Si liceat fideli ali-
am ducere uel non. Utrum coniugium
sit inter infideles. Quod coniugium sit
legitimum. De cognatione carnali.
De computatione graduum consanguinitatis.
Quare .vii. gradus computantur. De dis-
pensatione gregorii facta ad anglicos.
De affinitatis gradibus. De uariis traditi-
onibus affinitatis. Si coniugium sit inter
eos qui nota consanguinitate diuiduntur.
Quibus personis testificantibus sint diri-
menda coniugia. Quid sit fornicatio.
Quid sit stuprum. Quid adulterium. Quid
incestus. Quid raptus. De spirituali cognati-
one. Qui sunt filii spirituales. De copula
spiritualium uel adoptiuorum et naturalium fili-
orum. De copula filiorum qui ante compatrem-
tatem uel post nati sunt. Si cui liceat du-
as commatres ducere unam post aliam.
Si uir et uxor simul ualeant tenere pu-
erum. De secundis et terciis et deinceps nup-
ciis. De resurrectionis et iudicii conditione.
De uoce tube. De nocte media. De libris
qui tunc aperientur. De memoria electorum
si tunc mala preterita teneant. De hiis qui
uiui reperientur. Quomodo intelligitur Christus iudex
uiuorum et mortuorum. De etate et statura re-
surgentium. Quod resurget quicquid fuit
de substantia et natura corporis et si non in eadem
parte corporis. Quod sancti omni deformitate
resurgent. Utrum reprobi corporalibus
deformitatibus resurgant quas hic habuerunt.
Quod non consumentur malorum corpora quamuis tunc
ardebunt. Si demones corporali igne crucientur.
Si anime sine corporibus senciunt ignem materi-
alem. De abortiuis fetibus et monstris. De di-
uersis animarum receptaculis post mortem. De
suffragiis defunctorum. De officiis sepulture.
De duobus eque bonis quorum alteri post mortem plura
sunt auxilia. Quibus suffragiis uiuebuntur
in fine seculi. Quomodo sancti glorificati et ange-
li audiunt preces supplicantium et intercedunt
pro eis. Si ualde malis prestatur mitigatio pe-
ne. De occulto dei iudicio. De iusticia et mi-
sericordia dei. Quare quedam opera dicuntur
iusticie quedam misericordie uel bonitatis
dei. Quomodo uniuerse uie dicuntur misericordia
et ueritas. De sententia iudicii. Qui sancti iudica-
bunt et quomodo. De ordinibus eorum qui uenient in
iudicio. De ordine iudicii et ministerio an-
gelorum. Si post iudicium demones penis
hominibus sint puniendis. De forma iu-
dicis. Qualiter apparebit forma serui. Quare
secundum formam serui dicitur Christus resuscitaturus
corpora. De loco iudicii. De qualitate lumi-
narium et temporis post iudicium. De differen-
cia mansionum in celo et inferno. Si omnes
homines uolunt esse beati. Si quando ibi cog-
noscetur ab aliquo quod non intelligant omnes.
De paritate gaudii. Si maior sit beatitu-
do sanctorum post iudicium. Si mali inferno proficiant.
Quare dicuntur tenebre exteriores. Si dampna-
torum anime noticiam habeant eorum qui
hic fuerunt. De lazaro et diuite. Si boni et ma-
li inuicem se uideant. De chaos inter bonos
et malos. Utrum uisa impiorum pena minu-
at uel augeat bonorum gloriam.

Hiis in tractatus que ad doctrinam rerum per-
tinent quibus fruendum et quibus utendum
est et que fruuntur et utuntur ad doctrinam signorum
accedamus.

Incipit Liber .iiii. Sententiarum

D I

[S]amaritanus enim vulnerato appropians curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit, quia contra originalis peccati et actualis vulnera sacramentorum remedia deus instituit. De quibus quatuor primo consideranda occurrunt: Quid sit sacramentum. Quare institutum. In quibus constat et conficiatur. Et quid sit differentia inter sacramenta veteris et nove legis.

Quid sit sacramentum.

Sacramentum est sacre rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut dicitur sacramentum divinitatis, ut sacramentum sit sacrum signans et sacrum signatum. Sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum. Sacramentum est invisibilis gratie forma visibilis. Signum vero est res preter speciem quam ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cognitionem venire. Signorum vero alia sunt naturalia, ut fumus significans ignem; alia data, et eorum que data sunt quedam sunt sacramenta, quedam non. Omne enim sacramentum est signum, sed non econverso. Sacramentum eius rei similitudinem gerit cuius signum est. Si enim sacramenta non haberent similitudinem rerum quarum sacramenta sunt, proprie sacramenta non dicerentur. Sacramentum enim proprie dicitur quod ita signum est gratie dei et invisibilis gratie forma, ut ipsius imaginem gerat et causa existat. Non igitur significandi tantum gratia sacramenta instituta sunt, sed et sanctificandi. Que enim significandi tantum gratia instituta sunt, solum signa sunt et non sacramenta, sicut fuerunt sacrificia carnalia et observantie cerimoniales veteris legis que numquam poterant iustos facere offerentes. Ut ait apostolus: sanguis hircorum et taurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis non anime. Nam inquinatio illa erat contactus mortui. Unde Augustinus: Nichil aliud intelligo inquinationem quam lex mundat nisi contactum mortui hominis, quem qui tetigerat inmundus erat vii diebus, sed purificabatur secundum legem die tercio et vii et mundus erat, ut iam intraret templum. Quandoque interdum a corporali lepra illa legalia, sed numquam ex operibus legis aliquis iustificatus est, ut ait apostolus, etsi in fide et caritate fierent. Quia quos posuit ea in servitutem non in iustificationem et ut figura futuri essent, volens ipse ea sibi potius offerri quam idolis. Illa igitur signa erant, sed tamen et sacramenta, minus proprie in scripturis sepe vocantur, quia signa erant rei sacre quam utique non prestabant. Illa autem opera legis apostolus dicit que tantum significandi gratia vel in domus instituta sunt.

De causa institutionis sacramentorum.

Triplici autem ex causa sacramenta instituta sunt: propter humiliationem, eruditionem, exercitationem. Propter humilitatem quidem, ut cum homo insensibilibus rebus que natura infra ipsum sunt ex precepto creatoris se reverendo subicit, ex hac humilitate et obedientia deo magis placeat et apud eum mereatur, cuius imperio salutem querit in inferioribus se, etsi non ab illis, sed per ea a deo. Propter eruditionem etiam instituta sunt, ut per id quod foris in specie visibili cernitur ad invisibilem virtutem que intus est agnoscendam mens erudiatur. Homo enim qui ante peccatum sine medio deum videbat, per peccatum a deo hebuit, ut divina nequeat capere nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt, quia cum otiosus esse non possit, proponitur ei utilis et salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam et noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur a

temptatore qui vacuo vacat exercitio. Unde Iero. Semper aliquid operis facito ut te occupatum diabolus inveniat.

De triplici genere exercitationis.

Sunt autem exercitationum tres species. Una ad edificationem anime pertinet, altera ad corporis fomentum, alia ad utriusque subversionem. Cum ergo absque sacramentis quibus non alligavit potentiam suam deus homini gratiam donare posset, pro predictis de causis sacramenta instituit.

In quibus constat sacramentum.

Duo autem sunt in quibus constat sacramentum, scilicet verba et res. Verba, ut invocatio trinitatis; res, ut aqua, oleum et huiusmodi.

De differentia sacramentorum veterum et novorum.

Iam videre restat distantiam sacramentorum veterum et novorum, ut sacramenta vocemus que antiquitus res sacras signabant, ut sacrificia et oblationes et huiusmodi. Quorum autem differentiam breviter Aug. assignat dicens: Quia illa promittebant tantum et significabant, hec autem dant salutem.

Fuit tamen et inter illa

De circumcisione

sacramentum quoddam, scilicet circumcisio, idem conferens remedium contra peccatum quod nunc baptismus. Unde Aug.: Ex quo instituta est circumcisio in populo dei, que erat ut signaculum iustitie fidei, ad purgationem valebat magnis et parvis originalis veteris peccati, sicut baptismus ex illo valere cepit ad innovationem hominis ex quo institutus est. Item Beda: Idem salutifere curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod baptismus agere revelate gratie tempore consuevit, excepto quod regni celestis ianuam nondum intrare poterant; tamen in sinu Abrahe post mortem beata requie consolati superne pacis ingressum spe felici expectabant. His aperte traditur per circumcisionem ex quo instituta fuit remissionem peccati originalis et actualis parvis et maioribus a deo prestitam sicut nunc per baptismum datur.

De viris qui fuerunt ante circumcisionem et de feminis que fuerunt ante et post.

Queritur autem de viris qui fuerunt ante circumcisionem, et de feminis qui fuerunt ante et post, quod remedium contra peccatum habuerunt. Quidam dicunt sacrificium et oblationes eis valuisse ad remedium peccati. Sed melius est dicere illos qui de Abraham prodierunt per circumcisionem iustificatos, mulieres vero per fidem et operationem bonam vel suam, si adulte erant, vel parentum si parvule. Eos vero qui fuerunt ante circumcisionem, parvulos in fide parentum, parentes vero per virtutem sacrificiorum, scilicet quam intelligebant spiritualiter in illis sacrificiis, iustificatos. Unde Greg.: Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro his qui ex Abrahe stirpe prodierunt misterium circumcisionis.

De institutione circumcisionis a quo instituta fuit et causa.

Hic dicendum est circumcisio et quare et cur mutata per baptismum. Abraham primum mandatum circumcisionis huius ad probationem obedientie, nec ei soli precepta fuit circumcisio sed et semini eius, id est omnibus Hebreis, que fiebat secundum legem octavo die de lapideo cultro in carne preputii.

Quare fuit data.

Data autem fuit circumcisio pluribus de causis, scilicet ut per obedientiam mandati Abraham placeret deo, cui per prevaricationem Adam displicuit. Data est et fuit in signum magne fidei Abrahe qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Deinde ut hoc signo a ceteris nationibus discerneretur populus ille. In carne vero preputii ideo iussa est fieri circumcisio quia in remedium instituta est originalis peccati, quod a parentibus trahimus per concupiscentiam que in parte illa magis dominatur et quia in parte illa magis dominatur et quia in parte

Illam culpam inobedientie primus homo se
sit decidit ut in signum obedientie acciperet.
Fiebat autem octava. De octavo et primo.
die pretio cultio q' et uite resurrectione
omnium octava etate futura. per peccatum omnis
xpm ab electis auferetur corruptio et per xpi resur
rectionem octava die factam circumcidit a peccata
tis anima cuiusque in eum credentis. Dueque res
sunt illius sacramenti ideo est imitata. circumcisio
per baptismum. quod sacramentum baptismi commune
est et perfectius quod pleniori gratia accumulatum
sim. nam peccata solum dimittebantur. sed nec
gratia ad bene operandum adiutrix nec uirtutum
possessio uel augmentum in patria et gratia
adiutrix confertur et uirtutes augentur. Unde aqua
refectionis dicitur que aridos fecundat et eam
fructificantes ampliori ubertate donat. quod quamuis
quicumque per fidem et caritatem ante abitam
aliquis iustus ad baptismum accedit uberiorem ibi
recipit gratiam sed non in circumcisione. Unde
abrahe per fidem iam iustificato signaculum
tamen fuit nil ei intus contulit. De paruulis defunc
Si uero queritur de paruulis tis ante diem octauum.
qui ante diem octauum moriebantur
antequam fieret circumcisio ex lege utrum sal
uarentur uel non. Idem potest responderi quod sentitur
de paruulis ante baptismum defunctis quos perire constat.
Unde beda qui nunc per euangelium terribiliter et sa
lubriter clamat. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu
sancto non intrabit in regnum dei. Ipse dudum
clamabat per suam legem. anima cuius preputii
caro non fuerit circumcisa peribit de populo suo.
quia pactum meum irritum fecit. Forte tamen sub le
ge ingruente necessitate mortis ante octauum
diem circumcidebant sine peccato filios sicut modo
in ecclesia fit de baptismo. De sacramento noue

D II

Iam ad sacramenta noue legis legis.
accedamus. Que sunt baptismus. confirmatio. pa
nis benedictionis id est eucharistia. penitentia. unctio
extrema. ordo. coniugium. quorum alia remedium
contra peccatum prebent et gratiam adiutricem con
ferunt ut baptismus. Alia remedium tamen sunt
ut coniugium. Alia gratia et uirtute nos suf
fulciunt ut eucharistia et ordo. Quare mox post
Si uero queritur quare ca. sunt non fu
non fuerunt sed sacramenta erunt isti
instituta mox post hominis lapsum ata.
cum in his sit iustitia et salus. Dicimus non
ante aduentum xpi qui gratiam attulit gratie
sacramenta fuisse danda que ex ipsius mor
te et passione uirtutem sortita sunt. xpc autem
uenire noluit antequam homo de lege natu
li et scripta conuinceretur quod neutra iuuare
posset. Quod sacramentum coniugii fuit ante
Fuit tamen coniugium ante peccatum.
peccatum constitutum non utique pro remedio
sed ad sacramentum et ad officium. Post peccatum
uero fuit in pluribus remedium contra carnalis
concupiscentie corruptelam de quo suo lo
co tractabimus. de baptismo.
Nunc uero de baptismi
sacramento uideamus quod inter noue gratie
sacramenta primum est. baptismum xpi. Iohannes suo baptismo
preinitiauit qui primus baptizasse legitur
sed in aqua non in spiritu sicut ipse ait. Ego baptizo
uos in aqua in penitentiam. sola enim corpora ablu
ebat a peccatis uero non mundabat. Baptismus
Iohannis erat in penitentiam non in remissionem
Baptismus xpi in remissionem. quod Iohannes baptizans
homines ad penitentiam uocabat et quos bap
tizabat penitere docebat secundum illud. Ve
niebant ad Iohannem in iordanem confitentes
peccata sua sed in baptismo Iohannis non dabatur pec
catorum remissio que data est in xpi baptismo.
Quid sit uel
Erat baptismus Iohannis quo homines
usu baptizandi preparabantur ad baptismum xpi. Sed quare
queritur dictus est Iohannis baptismus sicut dicitur aug. bap
tismus Iohannis. Unde est quod in Iohannis operatio uisibilis tamen
erat exterius lauantis non inuisibilis gratia

dei interius operantis. Sed tamen et illa Iohannis ope-
ratio a Deo erat et baptismus ille a Deo erat, non
ab homine, sed hominis dictus est quia nil in eo ge-
rebatur quod non ageret homo. Secundum hoc quidem
an sacramentum fuerit satis potest concedi ex
eo sensu quo legalia signa dicuntur sacramenta.
Significabat enim baptismus Iohannis rem sacramenti,
baptismum Christi, qui non tantum est penitentie, sed et remis-
sionis peccatorum. De forma baptismi Iohannis.

Hic considerandum est
si baptizati a Iohanne iterum baptizati
sunt baptismo Christi, et qua forma verborum usus sit Io-
hannes. Illi qui baptizati sunt a Iohanne nescientes
Spiritum Sanctum esse, nec spem ponentes in illius baptismo,
postea baptizati sunt baptismo Christi. Baptizabat Iohannes
in nomine venturi credebatur. Unde Ieronimus super
Iohelem: Qui dicit se in ipsum credere et non
credit in Spiritum Sanctum, nondum habet claros oculos.
Unde baptizati a Iohanne in nomine venturi,
id est domini, ubi quia dixerunt: Sed neque si Spiritus Sanctus est
audivimus, iterum baptizabantur, immo ve-
rum baptisma acceperunt. Illi vero qui spem po-
suerunt in baptismo Iohannis et Patrem et Filium et
Spiritum Sanctum credebant, non postea baptizati fuerunt,
sed impositione manuum ab apostolis super eos
facta Spiritum Sanctum receperunt. Alii vero qui non
in hoc credebant baptizati sunt baptismo Christi, ut predictum
est. Unde Ieronimus: Qui Spiritum Sanctum nesciebant cum bap-
tismum a Iohanne acceperunt iterum baptizati fue-
re, ne quis ex Iudeis vel gentilibus putaret aquam
sine Spiritu Sancto ad salutem posse sufficere. De hoc et
Ambrosius ait: Quidam negaverunt se scire
Spiritum Sanctum, cum baptismo se dicerent baptizatos
Iohannis, qui in advenientem Ihesum non in suo
baptizavit nomine. Isti ergo qui non in Christi no-
mine nec cum fide Spiritus Sancti baptizati fuerant
non potuerunt accipere baptismi sacramentum.
Baptizati sunt ergo in nomine Christi nec itera-
tum est in his baptisma sed innovatum. Quid sit

D III

Post hec videndum est quid sit baptismus
baptismus et que sit forma et quando institutus et que
causa institutionis. Baptismus dicitur tinctio, id est ab-
lucio corporis exterior facta sub forma verborum prescrip-
ta. Si enim fiat ablucio sine verbo, non est ibi sacramentum.
Non itaque ipsum elementum fit sacramentum,
sed ablucio facta in elemento. Unde Augustinus: Verbo baptismus
consecratur. Detrahe verbum, quid fecit est aqua nisi
quod facit quilibet aqua? Et quid est aqua? Accedit verbum
ad elementum et fit sacramentum. Unde hec est
tanta virtus aque ut corpus tangat et cor ab-
luat nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur.
Nam in ipso verbo aliud est sonus transiens, ali-
ud est virtus manens. In duobus ergo consistit
sacramentum baptismi, scilicet verbo et elemento. Ergo
et si alia desint que ad decorem sacramenti
instituta sunt, non ideo est minus verum sa-
cramentum et sanctum, si verbum sit ibi et elementum.
Nam et in hoc sacramento et in aliis quedam solent
fieri ad decorem et honestatem sacramenti, que-
dam ad substantiam et causam sacramenti pertinen-
tia. De substantia huius sacramenti sunt verbum et elemen-
tum, cetera ad solempnitatem eius pertinent.
Et quod illud est verbum quo accedente.

Sed quod est illud De forma baptismi
verbum quo accedente ad elementum
fit sacramentum? Veritas te docet, que huius sa-
cramenti formam tradens ait discipulis: Ite do-
cete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et
spiritus sancti. Invocatio ergo sancte trinitatis verbum
dicitur quo baptisma consecratur, et hec est forma
verborum sub qua traditur baptismus. Unde Zacharias
papa: Firmissime preceptum est in sinodo Anglorum
ut quicumque sine invocatione trinitatis mersus
fuerit, sacramentum regenerationis non habet.
Quod omnino verum est. Quia si mersus in baptismi fon-
te quis fuerit sine invocatione trinitatis, perfectus
christianus non est, nisi in nomine patris et filii et spiritus
sancti baptizatus fuerit. Legitur tamen in Actibus
apostolorum apostolos baptizasse in nomine Christi,
sed in hoc nomine, ut exponit Ambrosius, tota

trinitas intelligitur. Intelligitur enim Christus, et pater a quo unctus est, et ipse qui unctus est, et spiritus sanctus per quem unctus est. Unde Nicholaus papa ad consulta Bulgarorum a quodam iudeo multos baptizatos asserentium et quid inde agendum sit consulentium: Hii si in nomine sancte trinitatis vel in nomine Christi, sicut in actibus apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius) ...

Hic queritur an baptismus, hoc est an si diceretur in patris tantum vel spiritus sancti, ut cum dicitur in nomine Christi. **Si in nomine patris tantum vel spiritus sancti possit tradi baptismus.** Ambrosius videretur dicere quod si ex fide misterium trinitatis teneatur et una persona tantum nominetur, et non recte de aliquo illorum sentiant, vacuum sit misterium. Ait enim: Ubi non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium nec species aliqua baptismatis estimatur. Plenum autem est si patrem et filium et spiritum sanctum fatearis; si unum neges, totum subruis. Et sicut si unum in sermone comprehendas vel patrem vel filium vel spiritum sanctum, fide autem non patrem, non filium, non spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum, ita et licet patrem et filium et spiritum sanctum dicas, et patris vel filii vel spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne misterium. Cum dicitur in nomine Christi, per unitatem nominis plenum est misterium, nec a Christi baptismate spiritus separatur, quia Christus baptizavit in spiritu.

Hoc consideremus. **Item Ambrosius.** Misterium si in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, in spiritu sancto tantum nuncupato nihil deest ad misterii plenitudinem. Rationem sequamur, quia unum dixeris, trinitatem significasti. Si Christum dicas, et patrem a quo unctus est filius, et ipsum qui unctus est filius, et spiritum sanctum quo unctus est designasti. Scriptum est enim: Hunc Iesum a Nazareth quem unxit deus spiritu sancto. Et si patrem dicas, filium eius et spiritum oris eius pariter indicas, si tamen id in corde comprehendas. Et si spiritum dicas, deum patrem a quo procedit et filium eius, cuius est spiritus, nuncupasti. Unde et rationi copulatur auctoritas. Dicit dominus: Vos autem baptizabimini in spiritu sancto. Ex quo indicat nos recte posse baptizari in spiritu sancto. Ex his aperte intellexisti in nomine Christi verum baptisma tradi, quo nichilominus videtur verum baptisma dari posse in nomine patris tantum vel spiritus sancti, si tamen ille qui baptizat fidem trinitatis teneat, que trinitas in quibus horum nominum intelligitur. Si autem aliquis perfide credens et errorem inducere intendens unum de tribus tantum nuncuparet, non impleret misterium. Quod vero ait: nominatis tribus vacuum est misterium si baptizans minuat potentiam patris vel filii vel spiritus sancti, id est male sentiat de potentia alicuius horum, non credens unam potentiam trium, intelligendum est hoc super eum qui non intendit, non credit baptizare, qui non tantum caret fide, sed et intentionem baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine trinitatis, que ibi intelligitur. Tutius est tamen tres personas ibi nominare, ut dicatur: In nomine patris et filii et spiritus sancti. Non in nominibus, sed in nomine, id est in invocatione vel in confessione patris et filii et spiritus sancti. Invocatur enim ibi tota trinitas, ut invisibiliter interius operetur per se, sicut exterius visibiliter per ministeria. Si autem dicatur in nominibus, non est ibi sacramentum, quia non servatur forma baptismi. **De institucione baptismi tunc**

De institucione **instituti.**

De baptismi quando ceperit varie sunt estimationes. Alii dicunt baptismum tunc esse institutum cum Nichodemo Christus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc. Alii institucionem baptismi factam cum apostolis dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionem, sapiens eis de vocatione gentium, quos ante passionem binos et binos miserat ad predicandum in iudea et ad baptizandum

dicens. In uiam gentium ne abieritis. Iam
g̃ instituta erat baptis̃ q̃ baptizabant
simul & p̃dicabant. de forma qua baptiza

Sed nõ queritur in uerunt ap̃li ante
qua forma tunc xp̃i passionem.
baptizauerunt. Sane dici potest ĩ noĩe
trinitatis. s. in ea forma in q̃ baptizaue
runt p̃ ea. g̃n̄s q̃ an̄ passionem potest ĩ
telligi fuisse tradita lic; non sit scriptũ.
Non g̃ tunc illam form̃ x̃ p̃us tradidit
cum ad eu̇angelizandum gentib; misit
s; q̃ tradiderat mittens in iudeam p̃. ita
uit tñ ad gentes misit. Commodi g̃ dic̃
institucio facta q̃n̄ xp̃c a iohe baptizatus
÷ in iordane. Q̃ dispensauit non q̃ mũ
dari noluit cum sin̄ peccato fuit. s; q̃
cõtactu munde carnis sue in regenera
tõm contulit aq̃s. ut q̃ p̃ ea ĩ mgerent̃
inuocato nomine trinitatis a peccatis pur
garentur. Tunc g̃ institut̃ ÷ baptis̃ x̃
in quo trinitas ciuis misterium ĩ innotuit
interius hominem baptizat. Q̃re in

Celebratur aut̃ aqua tm̄.
h; sacramentum tm̄ in aq̃ non in
alio liquore ut x̃ ait. Nisi quis renatus fu
erit ex aq̃ & c̃. ideo uniformit̃ id fieri in aq̃
p̃cipit̃ ut intelligat̃ q̃ sic aqua sordes cor
poris ac uestis abluit. ĩ baptis̃ maculas
anime sordes q̃ uicioꝝ emundatio abst̃
git. & ideo ut nullũ inopia excusaret q̃
posset fieri. si in uino & oleo fieret & in
communis materia baptizandi ĩuenirẽ
ap̃ omnes. q̃ aqua significatiua de latere
x̃ manauit. sicut sang̃s alterius sacra
menti signum fuit. Non g̃ in alio liq̃re
potest confecti baptis̃ n̄on in aqua.
De mmersione uõ

Si queritur quomodo fieri debeat.
p̃ase respondemus. ł semel ł ut tercio p̃
uaria more ecc̃e. Un̄ g̃g̃. leandro. ep̃o

de t̃na immersione bapti nil uerius responderi
pot̃ q̃m̄ uos ip̃i sensistis. q̃ in una fide n̄ of
ficit ecc̃e sc̃e & consuetudo diu̇sa. q̃ & in
trib; subsistencijs una sb̃a ÷ rep̃hensibile nl̃
latenus ẽe potest infantem in bap̃tõ uł t̃
uł semł immergere. q̃ & in trib; m̃ssionib; per
sonaꝝ trinitas intelligit̃ & in una potest
deitatis singularitas designari. Nos uero
q̃ t̃cio mergimus & t̃duane sepulture sac̃
mentum signamus. Secundum h; licet nõ
modo ter. s; & semł tm̄ mgere ĩ tm̄ dum
tamen semel mergere licet n̄ consuetudo
ecc̃e tal̃ existit. Si quis ubi id facere ĩcipiat
n̄ consuetudo talis non est uł semel tm̄ m̃
gendum ẽe asserat rep̃hensibilem se con
stituit. Un̄ hay̆mo. in suo sensu habundabat
cip̃anus cum semel mgebat in bap̃tõ puulos
qui quod intelligebat studiose implebat
bonis op̃ib; h̃ũdando. lic; mh̃ nesciret aliq̃;
s; q̃ bonis op̃ib; habundabat. postea correct̃
a deo habundauit altiori sensu ter illos mer
gendo. Ecce habes quod deliquid qui semel
mersit. Set h̃ ideo q̃ aliter se h̃ebat illius ecc̃e
consuetudo uł q̃ unam tm̄ faciendam m̃sio
nem asserebat. De t̃na m̃sione aug̃ ait. p̃
q̃m̄ nos credere p̃misimus t̃cio capita nr̃a
in sac̃ fonte demisimus qui ordo bap̃tĩ dup
plici misterii significacione celebratur. Rẽ
enim t̃cio m̃si estis qui accepistis bap̃tm̃ ĩ
nomine trinitatis. qui t̃cia die resurrexit a
mortuis. Illa t̃ t̃cio repetita dimissio. t̃ p̃u
dn̄ice exp̃imit sepulture. Constat g̃ bapti
zandos t̃cio debere mmgi. & tñ si semel
tm̄ ĩmgantur uerum bap̃tm̃ accipiunt
& qui semel mmgit tm̄ non p̃ccat n̄ consu
etudo ecc̃e obsistat. & h̃ modo tm̄ debere
fieri asserat. Q̃ñdo circumcisio cessauit. unm̃

Solet queri si circumcisio suam.
amisit statum ad institucione bapti.
ad q̃ dicimus. x̃ morte cunctaꝝ legalia oı̃a

Ex tunc ergo circumcisio perdidit vim suam, id est quod postea non perfecerit, sed potius obfuit observatoribus suis; sed usque ad oblationem verae hostiae potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea finiente vetus pascha cum discipulis manducasset. De causa institutionis.

Causa vero institutionis baptismi est innovatio mentis, ut homo qui per peccatum vetus erat, per gratiam baptismi renovetur, quod fit depositione vitiorum et collatione virtutum. Sic enim fit quisque novus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit foeditatem, appositio virtutum affert decorem. Et haec est res huius sacramenti, scilicet interior munditia. Sed quaeritur utrum baptismus aperuit caelum quod non aperuit circumcisio. Dicunt quidam quod baptismus non circumcisio aditum regni nobis aperuit, sed hostia salvatoris, quae si tempore circumcisionis oblata fuisset, eius temporis homines ingressum initiassent. Res vero huius sacramenti iustificatio est. Quod alii suscipiunt sacramentum et rem, alii sacramentum

D IIII

Hic dicendum est aliquos suscipere et non rem. sacramentum et rem, aliquos alii rem et non sacramentum. sacramentum et non rem, alios rem et non sacramentum. Sacramentum et rem simul omnes parvuli suscipiunt, qui in baptismo ab originali mundantur peccato. Quamvis quidam diffiteantur illis qui praeciti sunt parvulis in baptismo dimitti peccata, innitentes illi verbo Augustini: Sacramenta in solis efficiunt electis quod figurant; non intelligentes illud esse ita accipiendum, quia cum malis efficiant remissionem, non eis haec faciunt ad salutem, sed solis electis. Nam quod omnibus parvulis in baptismo remittantur peccata, evidenter Augustinus dicit: A parvulo modo recens nato usque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus qui non peccato moriatur, sed parvuli tantum originali, maiores vero et omnibus quae male vivendo addiderunt ad illud, nisi vitae enormitas impediat. Adulti quoque qui cum fide baptizantur sacramentum et rem suscipiunt.

Ubi vero sine fide accedunt vel ficte, sacramentum non rem suscipiunt. Hieronymus: Sunt lavacra gentilium haereticorum, sed non lavantur in salutem. Item: Et qui non plena fide baptismum accipiunt, non Spiritum sanctum sed aquam. Augustinus etiam ait: Iudaeis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis omnibus erat gratia, quae est virtus sacramentorum. Ita et nunc baptismus communis est omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi, id est ipsa gratia. Idem: Omnis qui iam suae voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat eum veteris vitae, novam non potest inchoare. Ab hac poenitentia cum baptizantur soli parvuli immunes sunt. His atque aliis testimoniis aperte ostenditur adultis sine fide et poenitudine vera in baptismo non conferri gratiam remissionis, quam nec parvuli sine fide aliena, quia propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Si quis ergo ficte accedat, non habens veram cordis contritionem, sacramentum sine re accipit. Videtur tamen Augustinus dicere quod ficte accedente qui et habet fratrum odium, in ipso momento quo baptizatur omnia ei condonentur, et post baptismum mox redeant. Sed non hoc asserendo dicit, immo hanc opinionem et praemissam sententiam conferendo ait: Sic his qui ficto corde baptizantur aut peccata nullatenus dimittuntur, quia Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa iterum per fictionem replicantur, ut et illud verum sit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis; et etiam illud: Disciplinae Spiritus sanctus, et sic ut induat eum Christum sanctitas baptismi, ut exuat eum Christum perniciosa fictionis. Nam redire dimissa peccata ubi fraterna caritas non est, aperte Dominus docet in illo servo, a quo dominus dimissum debitum petiit, quia ille conservo dimittere noluit. Sic non impeditur baptismi gratia quominus omnia peccata dimittantur, etsi fraternum odium in eius

dimittentur animo perseverat. Solutum quippe est reatus
dies et quicquid super est solutum est. Ipsa hora, momen
tum ante baptismum et in baptismo. Deinceps autem continuo
reus esse incipit non solum consequentium sed
et preteritorum dierum, horarum, momentorum,
redeuntibus omnibus que dimissa sunt. Hoc autem
ut supra diximus non sub assertione dixit, quod osten
ditur ex eo quod ait in eodem libro sic: Si ad
baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata
an non sunt dimissa? eligant quod voluerint. Et ec
ce aperte etiam. Si tamen id certius dixisse Augustinum non
asserendo sed querendo et aliorum opinionem
referendo. Idem. Tunc autem valere incipit ad
salutem baptismus cum illa fictio veraci confessi
one recesserit, que ficto corde in malitia perseve
rante peccatorum ablutionem non sinebat fieri.
Non ergo ficte accedenti peccata dimittuntur. Quomodo in
Queritur ergo quomodo intelligatur illud: Quicumque in Christo bap
accipiendum sit illud tizati estis Christum indu
apostoli: In Christo baptizati estis Christum induistis. istis. Res
potest dici quod in Christo, id est in Christi conformitate bap
tizantur, ut scilicet moriantur vetustati peccati sic
ut Christus vetustati pene. Induunt Christum quem per gra
tiam inhabitantem habent. Potest taliter solui:
Duobus quippe modis induere Christum dicuntur: vel per
assumptionem sacramenti vel per rei suscep
tionem. Unde Augustinus: Induunt homines Christum ali
quando usque ad vite sanctificationem. Atque illud
primum bonis et malis potest esse commune. Hoc autem
proprium bonorum et piorum. Et omnes ergo qui in no
mine Christi baptizantur Christum induunt vel
secundum sacramenti susceptionem vel sancti
ficationem. De illis qui suscipiunt rem et non sacra

Sunt et alii ut supra posuimus mentum
qui suscipiunt rem et non sacramentum.
Qui scilicet fundunt sanguinem pro nomine Jesu et
si non sacramentum rem tamen percipiunt. Unde
Augustinus: Quicumque non percepto regenerationis
lavacro pro confessione Christi moriuntur tantum e
is valet ad dimittenda peccata quantum si abluerentur

sacro fonte baptismi. Audistis quod passio pro nomine
Jesu suscepta supplet vicem baptismi. Nec tamen pas
sio vicem baptismi implet, sed etiam fides et contritio ubi ne
cessitas excludit sacramentum, sicut aperte docet
Augustinus dicens: Baptismi vicem aliquando implere pas
sionem de latrone illo cui non baptizato dic
tum est: Hodie mecum eris in paradiso. Be
atus Ciprianus ait in libro IIII de baptismo non le
ve documentum assumit. Quod etiam atque etiam consi
derans invenio non tantum passionem pro nomine
Christi id quod baptismo deerat posse supplere sed etiam fidem
et conversionem cordis, si forte ad celebrandum
misterium baptismi in angustiis temporum succur
ri non potest. Neque enim latro pro nomine Christi crucifixus
sed pro meritis facinorum suorum. Non quia credidit passus
est, sed dum patitur credidit. Quantum ergo valeat
etiam sine visibili baptismi sacramento quod ait apostolus: Corde
creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad
salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc
impletur invisibiliter cum misterium baptismi
non contemptus religionis sed articulus necessi
tatis excludit. Et baptismus quidem potest esse ubi con
versio cordis defuerit. Conversio autem cordis potest
quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto
baptismo non potest. Nec ullo modo dicenda est con
versio cordis ad deum cum dei sacramentum contem
nitur. Ecce hic habes non solum passionem sed
etiam fidem et contritionem conferre remissionem ubi
non contempnitur sacramentum, ut in latrone
illo ostenditur qui non per passionem sed per fidem
salvatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam Augustinum
hoc retractasse. Retractavit quidem exemplum non
sententiam. Ait enim sic: In libro de baptismo cum dicerem vicem
baptismi posse habere passionem non satis posui i
doneum illius latronis exemplum, quia utrum non
fuerit baptizatus incertum est. Constat ergo sine
baptismo aliquos iustificari et salvari. Unde Ambrosius
de Valentiniano: Veterem meum doleo ut
prophetico utar eloquio, quia quem regeneraturus eram
amisi. Ille tamen gratiam quam poposcit non amisit.

huic autem videtur obviare quod commiserat. nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei
Quod si generaliter verum est non videntur vera
superius posita. sed illud intelligendum est de
hiis qui possunt et contempnunt baptizari
vel ita intelligendum est. nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto. id est in ea regeneratione que fit per aquam et spiritum
sanctum non salvabitur. Illa autem regeneratio fit non
tantum per baptismum. sed etiam per penitentiam et sanguinem. Unde
auctoritas dicit ideo apostolum pluraliter dixisse fundamenta
baptismatum quia et baptismus in aqua et in sanguine
et in penitentia. Hic autem non solo dicit quod baptismi sacramentum
non fiat nisi in aqua quia spiritus virtus
id est sanctificatio datur non modo per aquam sed per sanguinem
et penitentiam. Ratio etiam id suadet. si enim parvulis non
valentibus credere sufficit baptismus multo magis
sufficit fides adultis volentibus sed non valentibus
baptizari. Unde augustinus. Quantum quid sit magis fides
an aqua non dubito quin respondeam fides.

De quo Christus ait. qui credit in me etiam si mortuus
fuerit vivet

Set dicunt quidam
Nullum adultum in Christum credere vel
caritatem habere sine baptismo nisi sanguinem fundat pro
domino. sed contra inducentes testimonia. Augustinus ait.
Ex illo tempore quo salvator dixit. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto absque sacramento baptismi preter eos qui
in ecclesia sanguinem fundunt aliquis vitam eternam
accipere non potest. Item nullum catecuminum
quamvis in bonis operibus defunctum vitam eternam
habere credimus. excepto martirio ubi baptismi tota
sacramenta implentur. Item baptizatus tamen non
esse salutis credimus sed quod in hiis minus dixit
maius capitis suppositis supplevit et ideo sic in
telligenda sunt ut solum vel non habentes tempus excu
piantur. si enim aliquis habens fidem et caritatem
voluerit baptizari et non potest necessitatis
preventus supplet omnipotentis benignitas
quod sacramento defuerit. Quamvis non solvere potest non
solvat tenetur. sed cum iam non potest tamen

vult non imputat ei deus qui suam potentiam
sacramentis non alligavit. Quod vero invisibilis sanctificatio
sine visibili sacramento quibusdam insit
aperte augustinus tradit dicens super leviticum. Invisi
bilem sanctificationem quibusdam affuisse et profuisse
se sine visibilibus sacramentis. visibilem vero sanctifica
tionem que fit sacramento visibili sine invisibili
posse adesse non posse prodesse. nec tamen visibile sacra
mentum ideo contempnendum est quia contemp
tores eius invisibiliter sanctificari non possunt.
hinc cornelius et qui cum eo erant tamen spiritu
sanctificati baptizati sunt ne superflua indicaretur
visibilis sanctificatio quia invisibilis precessit. sine qua vi
sibili invisibilis sanctificatio esse potest et prodesse. visibi
lis autem que fit sacramento tenus sine invisibili
prodesse non potest cum omnis ista sit illius uti
lis. Symoni mago visibilis baptismus non profuit
quia invisibilis non affuit. sed quibus invisibilis
affuit nec tamen valet fides aliena parvulo quantum
propria adulto. parvulis enim non sufficit fides ec
clesie sine sacramento. qui si absque baptismo fuerint
defuncti etiam cum deferuntur ad baptismum damp
nabuntur sicut multis sanctorum testimoniis com
probatur. Ad quod unum sufficiat. Augustinus. Firmissi
me tene parvulos qui vel in utero matrum vi
vere incipiunt et ibi moriuntur vel de matribus
nati sine sacramento baptismi. de hoc seculo transeunt
eterno supplicio puniendos quia etsi peccatum pro
prie actionis non habuerunt originale tamen
peccatum carnali conceptione traxerunt et sic
parvuli qui sine baptismo moriuntur numero in
fidelium ascribuntur. id est qui baptizantur fide
les vocantur quia a fidelium consortio non
separantur cum orat ecclesia pro fidelibus fideles
sunt non per virtutem sed fidei sacramentum.
Unde augustinus parvulum et si non dum fides illa
que in credencium consistit voluntate
iam tamen ipsius sacramentum fidei id est baptismi
fidelem facit sicut credere respondit ita et fi
delis vocatur. non rem ipsam mente annuendo

sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Quid prestet
Solet etiam queri de illis baptismus hiis qui cum fide
qui iam sanctificati spiritu accedunt
cum fide et caritate ad baptismum accedunt quid
eis conferat baptismus. Nichil enim videtur eis prestare
cum per fidem et contritionem iam remissis pec-
catis iustificati sint. Ad quod sane potest dici eos
quidem per fidem et contritionem iustificatos
id est macula peccati purgatos et a debito eter-
ne pene absolutos, tamen adhuc teneri satisfac-
tione temporali qua penitentes ligantur
in ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt et a pec-
catis si qua interim post conversionem contraxe-
runt mundantur et ab exteriori satisfactione
ad eam pertinente velut tum ieiunio. hoc
dico scilicet propter usuram et furtum absolvuntur et gratia
adiutrix omnisque virtus augetur ut vere tunc
novus homo dici possit. Fomes quoque peccati
in eo amplius debilitatur. Ideo Ieronimus dicit
quod fides que fideles facit in aqua baptismi datur
vel inchoatur quando non habita aliquando ibi datur et iam
habita ut plenius habeatur. Sic et de aliis intel-
ligendum. Qui enim mundus accedit ibi fit
mundior et ei habita amplius datur. Quod vero omnis
exterior satisfactio ibi relaxetur Ambrosius ostendit
super illum locum epistole Pauli: Sine penitentia sunt
dona dei et vocatio, dicens: Gratia dei in bap-
tismo non requirit gemitum vel planctum vel
aliquod opus sed omnia gratis condonat. Quod
quidem de exteriori gemitu et planctu acci-
piendum est. Nam sine interiori nemo adultus
renovatur. Exteriores satisfactiones et afflic-
tiones scilicet sordes penitentium ibi diminuuntur.
Commutatum enim confert baptismus etiam per fidem iusti-
ficato qui accedens ad baptismum quasi ramus
portatur a columba in archam. Ante intus erat
iudicio dei sed nunc et iudicio ecclesie intus est.
Cum vero in baptismo peccatum deleatur et sa-
tisfactio exterior non imponatur, queritur cur pe-
nalitas cum pro peccato addicta simul non tollatur.

Sed ideo fieri tradunt sancti quia si a pena homines
liberarentur ipsum putarent baptismi pretium non eter-
num regnum. Ideo soluto reatu peccati temporalis
pena tamen manet ut vita studiosius queratur que a
penis omnibus erit aliena. Ideo etiam manet ut sit
fideli certandi materia et vincendi occasio, qui non
vinceret si non pugnaret. Non si pugnaret in baptismo
inmortalis fieret. Cuius rei baptismus iam iusto est
Si queritur cuius sit sacramentum
Sane baptismus ille sit sacramentum quod
datur iam iusto. Dicimus sacramentum esse et rei que
precessit id est remissionis que per fidem data est et remis-
sionis temporalis pene sive peccati si quod interim commit-
titur. Hoc etiam est sacramentum novitatis ac omnis gratie
in presenti. Omnis enim rei signum est cuius causa. Nec in-
terest rem aliquando precedere sacramentum cum ali-
quando et longe post sequatur ut in illis qui ficte ac-
cedunt quibus cum postea peniteant incipit baptismus
prodesse in quibus fuit baptismus sacramentum iusti-
ficationis quam penitendo habent. Sed si numquam
peniterent nec a figmento recederent, cuius rei
sacramentum cum esset ab illis baptismus susceptus
et potest dici rei que fieret si non morum enormitas
impediret. Si parvulis datur in baptismo gratia quod sumunt
Solet inquiri si parvulis in maiori etate per
baptismo confertur gratia qua cum tempus fide
fuit utendi libero arbitrio possint velle et credere
et operari ad bonum scilicet. De adultis enim qui digne
receperunt sacramentum non ambigitur quin
gratiam operantem et cooperantem perceperint que
in vacuum eis cedit si per liberum arbitrium
postea mortaliter deliquerint, qui vitio peccati gra-
tiam expositam perdunt, ymmo et dicuntur contume-
liam facere spiritui sancto et ipsum a se fugare. De parvu-
lis vero qui nondum ratione utuntur questio est
an in baptismo perceperint gratiam qua ad maiorem
venientes etatem possint velle et operari bo-
num. Videtur quod non receperint quia gratia
illa caritas est et fides que voluntatem pre-
parat et adiuvat. Sed quis dixerit eos accepisse

fidem et caritatem. Si uero gratiam non receperunt
qua uti operari possint cum fiunt adulti, non
ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data nec
per illam possunt modo boni esse nisi alia addatur,
que si non additur non ex eorum culpa quia non sunt
iustificati a peccato. Quidam putant gratiam ope-
rantem et cooperantem cunctis paruulis in baptismo
dari in munere non in usu ut cum ad maiorem ue-
nerint etatem ex munere sortiantur usum nisi per libe-
rum arbitrium usum muneris extinguant pec-
cando et ita ex culpa eorum est non ex defectu gratie
quod mali fuerint qui ex munere dei ualentes habere
usum bonum per liberum arbitrium renuerint
et usum prauum elegerunt. Post hoc sciendum
est sacramentum baptismi a bonis et a malis mi-
nistris dari. sicut a bonis et a malis suminitur.
Nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec mi-
nus bonus qui per minus bonum nec malus
qui per malum datur nec malorum munus datur
in baptismo a bono dato nec minus in baptismo
dato a malo sed equale quia non est hominis set
dei munus. Quod totum sub uerbis declaratur testi-
monio Augustini dicentis baptismus talis est qualis est
ille in cuius potestate datur non qualis est iste
per cuius ministerium datur. Item prius fieri
potest ut aliqui uerum habeant baptismum et non
habeant ueram fidem. Item si inter bonos
ministros cum sit alius alio melior non est
melior baptismus qui per meliorem datur nullo
modo malus est qui etiam per malum datur quia idem
baptismus datur et ideo per ministros dispares dei munus
equale est quia non illorum sed eius est. Idem est
baptizat malus illud quod commendatum est unum
est nec impar propter impares ministros sed par propter hoc. Hic est qui
baptizat. Item ego dico et nos dicimus omnes
quia iustos oportet esse per quos baptizatur. Iustos
oportet tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti
si uoluerint. Si autem iusti esse noluerint qui in cathe-
dra moysi securum me fecit magister meus de
quo spiritus sanctus dicit quia hic est qui baptizat. Item

Quos baptizauit iudas christus baptizauit. Sic ergo
quos baptizauit ebriosus homicida adulter si
baptismus christi erat christus baptizauit. Non timeo adul-
terum, ebriosum, non homicidam, quia colum-
bam attendo per quam mihi dicitur hic est qui bap-
tizat. Item homicida dedit baptismum christi quod sacra-
mentum tam sanctum est ut nec homicida ministran-
te polluatur. Item si in heresi quacumque uel
scismate quilibet in nomine patris et filii et
spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit inte-
grum sacramentum accepit. integrum sa-
cramentum accepit. sed salutem que uirtus est
non habebit si extra catholicam ecclesiam ipsum sacra-
mentum habuit. Debet ergo ad ecclesiam redire
non ut sacramentum baptismi rursus accipiat
quod nemo debet in aliquo repetere sed ut in socie-
tate catholicam uitam accipiat. Baptismus extra
ecclesiam nequid prodesse. Sed intus utique prodesse potest.
baptismus uel prodesse potest elemosinam in ecclesia. Item
romanus pontifex non hominem esse iudi-
cat qui baptizat sed spiritum dei subministrare
gratiam baptismi licet paganus sit qui baptizat.
In huius perspicue cernis baptismum uerum bonis et
malis dari a bonis et malis et ipsum tamen eque sanctum
esse et munus eius equale in bonis siue a bonis
siue a malis baptizentur. De potestate baptismi

Quia ministerium tantum habet et ministro
non potestatem baptismi. potestatem sibi
sibi retinuit dominus quod nouit iohannes cum ui-
dit columbam descendentem super christum.
Vnde augustinus. Quid nouit iohannes baptista dominum. Quid
non nouerat. potestatem baptismi dominicam in nullum
hominem adhuc transituram sed ministerium
plane transiturum. potestatem adhuc in ne-
minem sed ministerium in bonos et malos. Non
exhorreat columba ministerium malorum. respi-
ciat domini potestatem. quid facit tibi minister
malus ubi bonus est dominus. neque qui plantat
neque qui est. Aliquid set qui incrementum dat deus
si superbus fuerit minister cum diabolo computatur

sed non contaminatur donum Christi; quod per illum fluit purum est, per lapideum canalem transit aqua ad areolas; in canali lapideo nil generatur, sed ortis fructus plurimos affert. Hic ostenditur quod non modo boni sed etiam mali ministerium baptizandi, sed neque potestatem baptismi. Ministerium Christus dedit servis suis, sed potestatem sibi retinuit, quam si vellet posset servis dare, ut servus daret baptismum suum tamquam vice sua, et potestatem suam posset in aliquo constituere vel in aliquibus servis suis, ut tanta vis esset in baptismo servi quanta est in baptismo Domini. Sed noluit, ne servus in servo spem poneret. Baptizat servus ut minister, baptizat Deus tamquam potestatem habens; quam si daret servis, id est si ipsorum esset quod Domini erat, tot essent baptismata quot servi, ut sicut dictum est baptismus Iohannis, sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Quod ne fieret, retinuit sibi Dominus potestatem baptismi, servis ministerium dedit. Si quis ergo servus dicat se baptizare, recte dicat, sed tamquam minister baptizat; et ideo non differt sive bonus sive malus baptizet. Sed tamen nemo dicit: baptismus meus, cum tamen dicat: evangelium meum, prudentia mea, licet et hec sint a Domino. In quibusdam differentia est: alius ab alio melius evangelizando operatur, et alius alio prudentior est; alius autem alio magis minusve baptismus, sive ab inferiore sive a maiore baptizetur, dici non potest.

Hic queritur que **Que fuit potestas baptismi quam Christus potuit dare suis** fuit potestas baptismi quam Christus sibi retinuit et potuit dare servis. Ubi dicitur ut plurimi volunt potestas dimittendi peccata in baptismo. Sed potestas dimittendi peccata que est in Deo est Deus. Ideo alii dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui servorum, quia nulli potuit dare ut esset quod ipse est, vel ut haberet essentiam quam ipse habet, cum hoc est esse quod posse. Dicunt etiam si hanc potentiam alicui dare potuit, ei dare creare creaturas, quia non est hec maioris potentie quam illud. Ad quod dici potest quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen eandem qua ipse potens est, sed potentiam creatam qua servus posset dimittere peccata, non tamen ut auctor remissionis sed ut minister. Neque tamen sine auctore Deo, ut sicut in ministerio habet Deus exterius sanctificare, ita in ministerio haberet intus mundare; et sicut illud facit Deo auctore qui cum eo et in eo operatur illud exterius, ita mundaret interius Deo auctore, qui eius verbo velud ministerio quodam uteretur. Ita et posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tamquam auctorem sed ministrum, cum quo et in quo operaretur, sicut in bonis operibus nostris ipse operatur bona et nos; nos tamen non ut ipse, tamen sed et ipse nobiscum et in nobis, et tamen in illis agendis ministri eius sumus, non sumus auctores. Itaque Christus potuit dare servo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est ut in mundatione interiori servus cum Domino operaretur, non servus sine Domino nec Dominus sine servo, sed Dominus cum servo et in servo, sicut in exteriori ministerio Deus operatur cum servo et in servo. Unde et Dominus dicitur sanctificare et servus; sed Dominus invisibili gratia, servus visibili sacramento. Unde Augustinus super Leviticum commemorat: Ego Dominus qui sanctifico; de Moyse est dictum: et sanctificabis eum. Sed Moyses sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium, Dominus autem invisibili gratia per Spiritum sanctum, ubi est totus fructus visibilium sacramentorum. Sine hac sanctificatione invisibili visibilia sacramenta nil prosunt. Hec ergo melius aperte possent non invideo. **Quibus liceat baptizare; et de officiis**

Hic quibus liceat baptizare tradamus. De his Ysidorus ait: Constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum, eiusque ministerium nec ipsis diaconibus implere est licitum absque presbitero vel episcopo, nisi his procul absentibus ultima necessitas langoris cogat; quod et laicis fidelibus permittitur. Item mulier quamvis sancta et docta baptizare non presumat nisi necessitate cogente. D VI

De illis qui ab hereticis

baptizantur. utrum rebaptizandi sint. quero si so
leo ad quod breuiter dicimus quod quicumque sit
qui baptizat si seruatur forma a christo tradita
uerum baptisma dat. et ideo qui illum sumunt non de
bent baptizari. unde beda. siue hereticus siue scisma
ticus. siue facinorosus quisque in confessione
sancte trinitatis baptizet non ualet ille qui bapti
zatus est a bonis catholicis rebaptizari non con
fessio sancta et trinitas in uocatio uideatur adnichi
lari. Item aug. Quamuis unum baptisma sit heretico
rum. scilicet eorum qui in nomine patris et filii et spiritus sancti bap
tizant et ecclesie catholice tamen qui foris ecclesiam bap
tizantur non sumunt baptismum ad salutem set
ad perniciem habentes formam sacramenti. uirtutem autem
eius abnegantes et ideo ecclesia non eos rebaptizat
quia in nomine trinitatis baptizati sunt et ipsa est
forma sacramenti. Item rebaptizare hereticum qui hoc
sanctitatis signum percepit omnino peccatum est.
Catholicum uero inmanissimum scelus est. Ex his ap
te colligitur quod qui ab hereticis baptizati ser
uato karactere christi rebaptizandi non sunt set
tantum manus inpositione reconciliandi ut spiritum sanctum
accipiant et signum detestationis hereticorum. Sunt tamen
non nulli doctorum ut cyprianus et alii quidam
qui dicere uidentur ab hereticis non posse tradi
baptismum et eos esse rebaptizandos cum ueniunt ad
ecclesiam qui ab illis dicuntur baptizati. set hec de illis
uerum est qui extra formam ecclesie baptizare presumunt.
Cyprianus tamen in ueritate deuiasse uidetur qui ait
de heretico quomodo aquam sanctificare potest cum ipse in
mundus sit et a quo spiritus sanctus non est. Cum dominus
dicat in lege. que tetigerit inmundus inmun
da erunt. Quis potest dare quod ipse non habet. hec uero
ex ignorantia eum dixisse. augustinus innuit di
cens. quia martyrem gloriosum cyprianum qui a pud he
reticos uel scismaticos datum baptismum nolebat
cognoscere dum eos nimis detestaretur tanta
eius merita usque ad triumphum martyrii secuta
sunt ut in caritatis qua excellebat luce obumbratio
illa fugaretur et siquid purgandi erat passionis
falce tolleretur. nec nos qui baptismi ueritatem
et hereticorum iniquitatem cognoscimus
ideo cypriano meliores sumus sicut nec petro quia
gentes iudaizare non cogimus. hoc est sacra
mentum est quia licet in mitigant per misterium
trinitatis tamen unius baptismus reputatur. Illud etiam ig
norandum non est quod in matris utero nullus
baptizari potest. etiam si mulier baptizetur. Unde
ysidorus. Qui in matris utero sunt baptizari
non possunt. quia qui natus adhuc secundum adam
non est. secundum christum non potest renasci. nec
secundum regeneratio per baptismum in eum dici potest in
quem generacio non precessit. aug. non potest
quisquam renasci ante quam natus sit. Sibi
opponitur de ieremia et de iohanne baptista qui
ab utero sanctificati leguntur quod etiam de iacob quidam
putant. dicimus si sanctificacio ibi accipitur in
teriorum emendacio. hoc in miraculis diuine po
tentie habendum esse. Unde aug. ait. Ambigue
super hoc loquens. Si usque ab eo in quid in illo
puero accelerata est usus rationis et uoluntatis
ut intus in matris uisceribus iam possit cognoscere
et credere. quod in aliis paruulis expectatur etas ut possint
in miraculis est habendum diuine potentie non
ad humane trahendum exemplum nature
Nam quando uoluit deus etiam iumentum locutum
est. Item de ieremia legitur priusquam exires de uentre
sanctificaui te. id est preuidi sanctificandum posset dici
Dupliciter potest accipi sanctificatio uel interiorum mun
dacio uel exultatio que signum fuit future sancti
ficationis et tercio modo predestinacio set primum
in omnibus. Illa tamen sanctificatio qua renascimur
non nisi renatorum est. Nemo quis renatus fuit ex aqua
et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei. Nemo autem renascitur
nisi prius nascatur. Unde illa sanctificatio potest secundum
predestinacionem accipi. Etiam dubitanter
uidetur loqui et de eodem dicitur. Non dictum
est quia credidit infans in utero set exulta
uit neque elizabet dicit exultauit in fide
set exultauit in utero meo et potuit hec sanctificacio

ee tante rei a se minori agnoscende iudici
um non a paruulo cognite esse absque asser
cione de hac sanctificacione loquitur non diffini
ens qualiter intelligenda sit illa sanctificacio. an
signum future rei an ueritas iustificacionis
per spiritum sanctum. sed melius et ut dicamus illos
preter communem legem mulieris iustificatos et
gracia preuentos omnibus peccatis omnibus quod
et uiuitas scripturarum testimonium edocetur. si baptismus sit
iterari et solum ille qui corrupte platis

Qui corrupte proferant illa uerba an baptismus sit
dehinc Zacharias bonefacio scribit. Retulerunt
in nuncii tui quod fuit sacerdos in eadem pro
uincia qui latinam linguam penitus ignorabat
et dum baptizabat nesciens diuini eloquii in
fringens linguam diceret. baptizo te in nomine
patria et filia et spiritu sancta. et per hoc considerasti re
baptizare. sed si ille qui baptizauit non
errorem introducens uel heresim sed per sola ig
norancia romane locucionis infringendo
linguam baptizans dixisset. non possumus
consentire ut denuo baptizentur. Preterea
sciendum est quod illi de quibus nulla extant iudi
cia propinquos uel clericos uel uicinos quibus
baptizari fuisse doceantur. agendum est ut renas
cantur ne pereant in quibus quod non ostenditur
gestum ideo non sinit ut uideatur iteratum confer
dum eis uel quod collatum esse nescitur quod non teme
ritas intueruit presumpcionis ubi est diligencia pi
etatis de illo qui per ludo immergitur

Solet queri de illo qui iocans sine
mimus commemoracione tamen trinitatis imer
situr utrum baptizatus sit. hic augustinus non diffinio
in inquiens. si totum ludicre et mimice et iocu
lariter ageretur utrum approbandus esset
baptismus qui sic datur diuinum iudicium per ali
cuius reuelacionis miraculum oracione
implorandum esse censere. uidetur tamen sapien
tibus non fuisse baptizatus ut cum alii in flumen
uel balneum mergunt in nomine trinitatis non

est tamen baptismus quod non intencione baptizandi illud
geritur. Nam et hic et alius sacramentalis est sic forma est
seruanda ita et intencio celebrandi illud est habenda.
Illud et non te moueat quod quidam non ea fide par
uulos ad baptismum ferant ut per spiritum ad uitam re
generetur etiam sed eos putant hoc remedio tem
poralem retinere uel recipere sanitatem. Non propterea
propterea illi non regenerantur quod nec ab illis intencione
hac offeruntur.

Agnoscendum est et electis duo tempora
esse seruanda in baptizandis. i. pascha et pen
tecosten ut in sabbato pasche uel pentecostes bap
tismi sacramentum celebretur. quibus uero necessita
te mortis uel periculi urgentur omni tempore debet baptizari.

Porro cuncti uenientes de professione parentum
ad baptismum fidem suam profiteri debent
et exponere quid petere uenerint ad ecclesiam. unde et a
baptizando queritur. Quid uenisti ad ecclesiam petere. Qui
si adultus est per se respondet fidem. i. sacramentum
fidei et doctrinam. ita et per singula interrogatus respondet
se credere in patrem et filium et cetera. si autem paruulus
est non ualens credere uel loqui. alius pro eo respon
det. unde ysidorus paruuli alio profitente baptiza
tur qui adhuc loqui uel credere nesciunt. sicut
et egri muti uel surdi alius profitetur dum bapti
zantur sic et de penitentibus agendum est. Si uero
pro eo qui respondere potest alius respondeat non
inde ualet sic dictum est. Etatem habet per se loquatur.
Si uero queritur ex quo sensu pro paruulo dicitur
credo uel fidem peto. dicimus de sacramento fi
dei id est intelligendum quod respondetur petere
cum defertur ad ecclesiam et habere cum baptizatur
ut sit sensus cum dicitur fidem peto. i. sacramentum
fidei suscipio quod est hic paruulus presto est sacramentum
fidei accipere. unde augustinus non est aliud credere quam
fidem habere et ideo cum respondetur credere paruulus
qui fidei non dum habet effectum. Respondetur
fidem habere propter fidei sacramentum. Sed adhuc queritur
ex quo sensu pro paruulo respondeatur. Credo in deum
patrem et in ihesum christum filium eius et spiritum sanctum.

utrumque de sacramento fidei an de fide mentis ibi
agitur. si de sacramento cur nominatim distingu
tur persone. Si uero de fidei affectu quomodo uerum
est cum eo presentius careat an illud est paruulus res
pondetur abrenunciare. Quod si non seruauerit sac
tus adultus tenebitur ipse uel sponsor. Sane dici
potest id responderi pro paruulo quod ad maiorem eta
tem si peruenerit et pompis diaboli renunciabit et
sanam fidem tenebit cuius sacramentum tunc
recepit. hac autem sponsione paruulus pro quo fit non
tenebitur non sponsor. si tamen ut cautio impleatur
quantum in se est et operam dederit quod exigitur a
patrino diligens circa eum pro quo spospondit sol
licitudo. Vnde augustinus. cautissimam emittens cau
cionem qua renunciare pompis diaboli spo
spondistis. de catecismo et exorcismo

Illa autem interrogatio et responsio fidei fit in
cathecumino cui et additur exorcismus post
cathecismum. sequitur exorcismus. ut abeo qui iam
fide instructus est aduersaria uirtus pellatur. Ex
orcismus de greco in latinum dicitur adiuratio.
Cathecismus instructio. Cathezizare est instru
ere. scilicet de simbolo ac rudimentis fidei. Exorci
zare est adiurare ut exeat ab eo spiritus immundus.

> Exorcismus
> Cathecismus

Simbolum dicitur signum uel collacio. signum
quia eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collacio
quia ibi totius fidei sufficiencia et integritas col
lata est. Cathecismus et exorcismus neophitorum
sunt magis sacramentalia quam sacramenta dici
debent. Neophitus. nouicius interpretatur uel rudis
et dicitur neophitus nuper ad fidem conuersus uel
in disciplina religiose conuersacionis rudis. Hec
precedunt baptismum non quod sine istis non possit esse
uerus baptismus sed ut baptizandus de fide instru
atur et sciat cui debitor fiat deinceps et ut diabo
li potestas in eo minuatur. Vnde rabanus. Ante
baptismum cathezizandi in homine debet preue
nire officium ut fidei cathecuminus accipiat ru
dimentum et sciat cui debitor fiat deinceps.
Item augustinus. paruuli exsufflantur et exorcizantur ut ab
eis pellatur potestas diaboli ne iam conten
dat eos subuertere ne baptismum consequantur. Non ergo
in infantibus creatura dei exsufflatur uel exorci
zatur set diabolus ut recedat ab homine

D VII

Nunc de sacramento de confirmacione

confirmacionis addendum est de cuius uir
tute queri solet. forma enim apta est s.
uerba que dicit episcopus cum baptizatos in fronte
sacro signat crismate. Quod sacramentum ab a
liis perfici non potest nisi a summis sacerdotibus
nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis a
postolis legitur peractum. nec ab aliis quam ab
illis qui locum eorum tenent perfici potest. aut si
nam fuerit presumptum irritum habe
atur et uacuum nec inter sacramenta ecclesiastica
reputabitur. Licet autem presbiteris baptizatos
tangere in pectore sed non crismate signare in
fronte. Gregorius tamen ianuario episcopo scripsit. perue
nit ad nos quosdam scandalizatos fuisse quod
presbiteros crismate tangere eos qui baptizati
sunt prohibuimus et nos quidem ueterem usum
ecclesie nostre fecimus. sed si omnino de hac re aliqui con
tristantur ubi episcopi desunt ut presbiteri etiam in fronti
bus baptizatos crismate tangere debeant con
cedimus. sed istud pro scandalo sedando. Virtus uero huius sa
cramenti est donacio spiritus sancti ad robur qui in baptismo
datus est ad remissionem. Vnde rabanus. a summo
sacerdote per imposicionem manus paraclitus
datus est baptizato ut roboretur per spiritum sanctum
ad predicandum aliis illud quod ipse consecutus
est in baptismo. Item omnes fideles per manus im
posicionem episcoporum post baptismum debent accipere
spiritum sanctum ut pleni christiani inueniantur. Melchiades

Scitote utrumque magnum sacramentum.

Sed sacramentum sed unum maiori uene
racione tenendum est sicut a maioribus datur sicut
manus dicitur sacramentum confirmacionis
forte non ob maiorem uirtutem uel utilitatem
quam conferat sed quod a dignioribus datur et in dig
niori parte corporis fit. i. in fronte. uel forte quia

manus virtutum augmentum prestat. licet baptismus ad remissionem plus valeat quod videtur innuere Rabanus dicens: In unctione baptismi spiritum sanctum descendere ad habitationem deo consecrandam. In hac vero eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis et virtutis venire in hominem.

Hoc sacramentum nonnisi a ieiunis tradi debet, et baptismus nisi aliud cogat necessitas. nec debet iterari sicut nec baptismus vel ordo. Nulli enim sacramento facienda iniuria est, quod fit cum putatur non rite collatum et ideo iteratur. Sed utrum aliqua vel nulla iterari possint questio est. Nam de baptismo et ordine quod iterari non debeant Augustinus aperte dicit: Utrumque sacramentum est et quadam consecratione datur. illud quidem cum baptizatur. illud vero cum ordinatur. ideoque in catholica ecclesia utrumque non licet iterari quia neutri iniuria facienda est. Quod indubitanter est tenendum est de confirmatione. De aliis vero utrum iterari valeant vel debeant postea disseremus. De sacramento altaris.

D VIII

Post sacramentum baptismi et confirmationis sequitur eukaristie sacramentum. Per baptismum mundamur. per eukaristiam in bono consummamur. baptismus estus viciorum extinguit. eucaristia spiritualiter reficit. Unde excellenter dicitur eucaristia. id est bona gratia. quia in hoc sacramento non tantum est augmentum virtutis et gratie. sed ille totus sumitur qui est fons et origo gratie totius. cuius figura precessit. quando manna pluit deus patribus in deserto qui cotidiano pascebantur alimento. unde panem angelorum manducavit homo. Sed tamen panem illum qui manducaverunt mortui sunt. Iste vero panis vivus qui de celo descendit vitam mundo tribuit. Manna illud de celo. hoc super celum. Illud scatturiebat in diem alterum reservatum. hoc ab omni corruptione alienum quicumque religiose gustaverit non videbit. Illud datum fuit antiquis post transitum maris rubri ubi submersis egiptiis liberati sunt hebrei. Ita hoc celeste manna non nisi renatis prestari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit. Hec esca celestis fideles huius seculi desertum transeuntes in celum subvehit. unde recte viaticum appellatur quia in via reficiens nos usque in patriam deducit. Sicut in mari rubro figura baptismi precessit. ita et in manna significatio dominici corporis. Hec duo sunt sacramenta demonstrata. ubi de latere christi sanguis et aqua fluxerunt. quia christus per sanguinem redemptionis et aquam ablutionis nos redimere venit a diabolo et a peccato. sicut israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatione et per aquam maris ab egyptiis liberavit. Hoc etiam sacramentum tantum melchisedech ostendit ubi panem et vinum abrahe optulit. unde ut ait Ambrosius intelligi datur antiquiora esse sacramenta christianorum quam iudeorum. De institutione sacramenti.

Hic etiam alia consideranda occurrunt quatuor. scilicet. intentio sacramenti. forma. res. Sacramentum dominus instituit quando post typicum agnum et corpus et sanguinem suum discipulis in cena porrexit. Unde Eusebius emisenus: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis et illaturus sideribus. necesse erat ut in die cene sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret. ut coleretur iugiter per misterium quod semel offerebatur in precium. De forma.

Forma vero est quam ipse idem edidit dicens. Hoc est corpus meum. et post. Hic est sanguis meus. Cum enim hec verba proferuntur conversio fit panis et vini in substantiam corporis et sanguinis christi. reliqua ad dei laudem dicuntur. Unde Ambrosius. Sermone christi hoc conficitur sacramentum quia sermo christi creaturam mutat. et sic ex pane fit corpus christi. et vinum cum aqua in calicem mixtum fit sanguis consecratione verbi celestis. Consecratio quibus fit verbis attende. que sunt verba. Accipite et comedite ex eo omnes. hic sanguis meus qui pro vobis et cetera. Hoc est corpus meum et iterum. Accipite et bibite ex eo omnes. hic est sanguis qui pro vobis et cetera.

p reliqua omnia que dicuntur. laus defertur
deo. oratio est pro populo pro regibus. Item au
gustinus. Credendum est quod in hiis christi sacramenta
conficiantur. reliqua omnia nil aliud sunt quam
laudes uel obsecrationes fidelium et petitiones. Ecce
que sunt instituta et forma huius sacramenti. ubi
consideratione dignum est quare illud sacramentum
post cenam dedit discipulis. Dominus gratia hic
ad inuisibilia patrie maiestatis migraturus cele
brato cum discipulis typico pascha quidam me
moriale eis commendare uolens sub specie panis et
uini corpus et sanguinem suum tradidit ut osten
deret legis ueteris sacramenta inter que precipuum erat
agni paschalis sacrificium in morte sua terminari
ac noue legis sacramenta in quibus excellit miste
rium eukaristie. solo et postea alia dedit. ut hoc uno ar
tius memorie discipulorum infigeretur et ab ecclesia dei
ceps frequentaretur. sed non ex inde disciplinam scrip
tam in posterum ut post alios cibos sumatur poci
at eum suum opere sicut apostolus docet ut singulari re
uerencia diiudicetur. id est discernatur ab aliis ci
bis quod dominus apostolis disponendum reliquid. Vnde
augustinus. Apparet cum dominus postea acceperunt discipuli
eukaristiam non eos accepisse ieiunos non tamen
calumpniandum est uniuerse ecclesie quod a ieiunis semper
sumitur. placuit enim spiritu sancto ut in honorem
tanti sacramenti prius in hos christianum dominicum
corpus intraret quam alii cibi. solo ubique mos iste
seruatur. Non enim quia post cibos dominus dedit. ideo pransi
si uel cenati illud accipere debent. ut illi quos ar
guit apostolus. Nam saluator quo uehementius commen
daret misterii illius altitudinem ultimum hoc uo
luit infigere cordibus et memorie discipulorum
a quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem
ordine deinceps sumeretur apostolis per quos ecclesias
dispositurus erat reseruauit docendum. Nunc
quid sit sacramentum et quid res uideamus.

Sacramentum est
inuisibilis gratie uisibilis forma. Forma panis
et uini que ibi uidetur. sacramentum est id est signum

sacre rei. que preter speciem quam ingerit sensibus a
liud aliquid facit in cognicionem uenire. re
tinent igitur species uocabula rerum que ante fuerunt
scilicet panis et uini. Huius autem sacramenti gemina est
res. una scilicet contenta et consignificata. altera
significata et non contenta. Res contenta et
significata est caro christi quam de uirgine traxit et sanguis
quem pro nobis fudit. Res autem significata et non con
tenta est unitas ecclesie in predestinatis uocatis iusti
ficatis et glorificatis. Hec est duplex caro christi. Vnde Ierony
mus. Dupliciter in quid intelligitur caro christi et sanguis uel
illa que crucifixa est et sepulta et sanguis qui mili
tis lancea effusus uel spiritualis illa atque diuina de
qua ipse ait. Caro mea uere est cibus et sanguis
meus uere est potus. et nisi manducaueritis carnem
meam et biberitis sanguinem meum non habebitis uitam in uobis.
Sunt igitur tria hic distinguenda. unum quod tantum est sacra
mentum. alterum quod est sacramentum et res et tercium
quod est res et non sacramentum. Sacramentum et non
res est species uisibilis panis et uini. Sacramentum
et res caro christi propria et sanguis. Res et non sacramentum
mistica eius caro. Porro species illa uisibilis
sacramentum est gemine rei. quia utriusque rei
signum est et utriusque rei similitudinem gerit expres
sam. Nam sicut panis pre ceteris cibis corpus
reficit et sustentat et uinum hominem leti
ficat atque inebriat. Sic caro christi interiorem
hominem plus ceteris graciis spiritualiter reficit
et saginat. Vnde calix meus inebrians quam precla
rus est. Habet et similitudinem cum re mistica
que est unitas fidelium. quia sicut ex granis multis con
ficitur unus panis et ex pluribus acinis uinum
in unum confluit. sic ex multis fidelium personis
unitas ecclesie constat. Vnde unus panis et unum
corpus multi sumus. Vnde augustinus. Vnde panis et u
num corpus ecclesie dicitur pro eo quia sicut unus panis
ex granis et unum corpus ex multis membris com
ponitur sic ecclesia ex multis fidelibus caritate co
pulante connectitur. Hoc misterium pacis et uni
tatis nostre christus in sua mensa consecrauit. Qui

D IX

accipit hic misterium unitatis non tenens
uinculum pacis non accipit misterium
pro se sed contra se. Cum ergo sacramentum sit corporis
proprium Christi de uirgine sumptum et uniti corporis
Christi ex multis membris purissimis et immacula
tis constat, uel societatis ecclesiastice ex multis personis
a criminali macula [liberis] consistat. In cuius rei
typo facta est archa domini de lignis se
thim que sunt imputribilia et albe spine similia.
Et sicut due sunt *de duobus modis*
res illius sacramenti *manducandi*
ita et duo modi manducandi. Unus sacra
mentalis, scilicet quo boni et mali edunt, alter
spiritualis quo soli boni manducant. Unde
Augustinus: Quid est Christum manducare? Non est hoc
solum in sacramento corpus eius accipere. Multi
enim indigne accipiunt. Sed in ipso manere
et habere ipsum in se manentem. Spiritu
aliter enim manducat qui in unitate Christi et
ecclesie quam sacramentum signat manet. Nam qui
discordat a Christo non carnem Christi manducat
nec sanguinem bibit, etsi tante rei sacramen
tum ad iudicium cotidie accipiat. Spiritualem
manducationem Augustinus distinguens a sa
cramentali ait: Ut quid paras dentem et uen
trem? Crede et manducasti. Credere enim in
eum, hoc est manducare panem et uinum.
Qui credit in eum, manducat eum. Item
quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit:
Qui manducat carnem meam et bibit
meum sanguinem, in me manet et ego in eo.
Si in me manet et ego in eo, tunc bibit [manducat]. Qui
in me non manet nec ego in illo, etsi accipit
sacramentum, adquirit magnum tormen
tum. Item: Nulli ambigendum est tunc quemque
corporis et sanguinisque domini participem fi
eri quando Christi membrum efficitur, nec alienari ab illius
panis calicisque consortio etsi antequam pa
nem illum edat et calicem illum bibat
de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus

abscedat, quia illius sacramenti beneficio non priuatur
quando ille hoc illud sacramentum signat inuenitur. In
illo sacramento corpus et sanguinem suum com
mendauit nobis, quod et fecit nos ipsos. Nam et nos
corpus ipsius facti sumus. Item qui discordat a Christo non
manducat carnem eius nec sanguinem bibit, etsi
tante rei sacramentum ad iudicium sibi co
tidie accipiat. *De errore quorundam qui dicunt a bonis*
Hec illa et alia *tantum corpus Christi sumi.*
Huiusmodi uero de qua spirituali manducatione
agitur quidam obtuso corde legentes erroris
caligine inuoluti sunt adeo ut dicere presumant
corpus et sanguinem Christi a bonis tantum sumi et non a
malis. Sed indubitanter tenendum est a bonis
sumi et non a malis tantummodo sacramentaliter, id est sub
sacramento, id est sub specie uisibili carnem Christi de uir
gine sumptam et sanguinem pro nobis fusum su
mi, sed non misticam que tantum bonorum est. Quod subditi
us probatur testimoniis. Augustinus ait: Est quidem
in peccatoribus indigne sumentibus uera Christi caro et
uerus sanguis, sed essencia non salubri efficacia. Item
Augustinus: Multi indigne accipiunt corpus domini, de
quibus ait apostolus: Qui manducat et bibit calicem
domini indigne, iudicium sibi manducat et
bibit. Per quod docemur quantum sit cauendum male ac
cipere bonum. Sic enim ab apostolo factum est bonum
cum bene accipitur malum, scilicet dum stimulus sa
thane patienter portatur. Ergo et mala possunt bo
nis sic angelus sathane Paulo, et sancta obsunt
malis. Bonis sunt ad salutem, malis ad iudici
um. Unde qui manducat et bibit indigne, iudi
cium sibi manducat et bibit. Non quia res illa ma
la est, sed quia malus male accipit quod bonum est. Item
indigne qui sument corpus Christi non efficit ut res mala
sit quod bonum est. Malum fit quod accipit uel quod non ad
salutem accipit, ille accipiat. Corpus enim et sanguis
domini nihilominus erat in illis quibus ait
apostolus: Qui manducat etc. His aliisque pluribus
aperte ostenditur quod a malis uerum et corpus Christi
et sanguis sumitur, sed sacramentaliter non spiritualiter.

Secundum hos de intelligentia q̄ dicitur uiborum.
Duos modos sumendi intelligentia q̄rdā
uiborum ambigue dictoꝝ distiguenda ÷ Ait n'
aug. bonus accipit sacramentum t rem sacramēti
malus uo sacramentum t non rem. Sacramentum
dicit̄ corpus sumptum de uirgine ductum. Rem uo
spiritualem x̄ carnem. Bonus g̃ utramq; x̄ carnē
accipit. malus uo tm̄ sacramentum .i. corpus
xpī sub sacramento t non rem spiritualem. Jtem uō
manducans manducat t manducans n̄ mandu
cat. q non manducans sacramentalit̄ aliquādo
manducat spiritualit̄ t eō. Et qui manducant
spiritualit̄ uitatem carnis t sanguinis dicuntur sumere
q̄ ipsam efficientiā hn̄t .i. remissionem pecca
tium p qua uidet̄ orari cum dicitur. Perficiant
in nobis dn̄e q̄s tua sacramenta q̄ continent
ut q̄ nunc spē gerimus rerum ueritate capia
mus. Rerum uitatem dicit ipsam efficientiā
q̄ p h sacramenta p̄sta ut sic sacramentalit̄
carnem x̄ sumimus i spiritualit̄ sumamus uel
petit sacerdos ut x̄ qui nunc sub specie panis t
uini sumitur manifestata uisione sicut in
essencia diuinitatis ÷ q̄nq; capiatur. Cōstat
g̃ a bonis t a malis sumi corpus x̄ s; a bonis ad
salutem a malis ad p̄niciem de heresi alioꝝ qui

Sunt item alii perdentiū dicunt corpus xpī n̄
in saniam tn̄scendentes esse in altari.
quā dei uitatem iuxta modum
naturalium rerum metientes audacius
aut piaciosius uitati contradicunt asserentes
in altari nō ēē corpus x̄ uel sanguinem. nec substam
panis uel uini in substam carnis uel sanguinis con
uti. s; ī xpm̄ dixisse h ÷ corpus meum sicut aplis
dixit. petra aut̄ erat xp̄c. Dicunt n'. ī ēē corpus
x̄ tm̄ in sacramento .i. in signo uel tm̄ in signo
manducari a nobis. Q̄ etiandi occōnem sumūt
a uerbis uitatis. Vn̄ p̄ma heresis facta est in
discipulis x̄. Cum n'. dicēnt. qui man. c. m. t
b. m. s. n. h. u. e. illi non intelligentes dixe
runt. Durus ÷ h sermo quis potest eū audire.
t abierunt retro. illis discedentibus instruxit
xii. qui remanserunt. sp̄c est n' qui uiuifi
cat. caro nil p̄dest. Vba que locutus sum uo
bis. sp̄c t uita sunt. Jntellexisti spiritualiter
sp̄us t uita sunt. spiritualit̄ intelligite q̄
locutus sum uobis. Non h corpus q̄ uidetis
manducaturi estis t bibituri illum sanguinē
quem fusuri sunt qui me crucifigent. sacramē
tum aliquod uobis commendaui. spiritualiter
intellectum uiuificabit uos. caro autem
non p̄dest quicq̄m. Sunt t̄ t alia illoꝝ ī same
fomitem ministrantia. Ait n'. aug. donec secu
lum finiatur sursum est dominus. S; tm̄ t̄
h nobiscum ÷ uitas dei. Corpus n' h in quo
surrexit uno loco ēē optet. Vitas aut̄ eius u
q; diffusa est. Jtem una persona deus t hō
ubiq; est. s. p id q̄ deus ÷. in celo p id q̄ hō ÷
xp̄c t̄ dicit pauperes semp uobiscum. h. me
aut̄ non semp habebitis. hiis aliisq; utunt̄
prefati heretici in assertione sui erroris de

Que ex eadem ratione termino preī
omnia accipienda sunt. Non n'. sor.
huius negant̄ uerum corpus x̄ a fidelibus sumi
uel in altari ēē s; huius ueritas aplos t ī eis nos
instruit q̄ ipsius corpus non p partes discerpēdū
ut putauerunt illi discipuli qui retroierunt
s; integrum nec uisibilit̄ in forma humana
s; inuisibilit̄ sub forma panis t uini corpus t
sanguinem nobis traderet. quem sensum au
gustinus confirmat dicens. ipsm quidem t
non ipsm corpus quod uidebatur manduca
t. ipsm inuisibilit̄ non ipsm uisibiliter.
Jtem t si necē ÷ illud uisibilit̄ celebrari ne
cesse tm̄ inuisibiliter intelligi. ita t̄ intel
ligendum ÷ corpus ēē in uno loco. s. uisi
biliter in forma humana. Veritas tm̄ eius
t diuinitas ubiq;. Veritas t̄ eius .i. uerum
corpus in omni altari est ubicumq; celeb
tur. Sic t̄ illud intelligendum ÷. pauperes
semp. h. u. m. a. n̄. s. h. s corporalē p̄sentiā.

s. quando cum eis conversabatur. Similiter per id quod homo est in celo est visibilis. Sed invisibilis autem est in altari quia non in forma humana apparet sed forma panis et vini operitur. Sic et invisibiliter caro esse dicitur que vere est in altari. Sed quia in sua specie apparet invisibilis dicitur. Ait etiam Augustinus: Hoc est quod dicimus, quod approbare contendimus modis omnibus, sacrificium ecclesie duobus effici, duobus constare, visibili elementorum specie et invisibili domini nostri Ihesu Christi carne et sanguine, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi. Sicut Christi persona constat et conficitur ex deo et homine, cum Christus sit verus deus et homo, quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesie duobus, sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi. Est igitur sacramentum et res sacramenti corpus natum de virgine, id est corpus Christi. Ecce invisibilem dicit carnem Christi que forma panis operta sumitur et tractatur. Idemque corpus dicit esse sacramentum et rem, ex quo confirmatur quod supra posuimus.

Deinde addit quod magis lectorem movet. Caro eius est quam in forma panis opertam in sacramento accipimus, et sanguis eius quod sub vini specie ac sapore potamus. Caro videlicet carnis et sanguinis sacramentum est sanguinis. Carne et sanguine utroque invisibili intelligibili spirituali significatur corpus Christi visibile et palpabile et plenum gratia et divina maiestate.

Attende hic diligenter quod tropo utitur hic Augustinus, quo solent res significantes rerum sortiri vocabula quas significant. Hic enim visibilis species panis vocatur nomine carnis, et visibilis species vini nomine sanguinis. Invisibilis vero et intelligibilis dicitur caro Christi, quia secundum illam speciem non videtur caro sed intelligitur caro et sanguis. Caro igitur invisibilis dicitur esse sacramentum visibilis carnis, quia species panis secundum quam non videtur caro esse sacramentum visibilis carnis, quia species panis secundum invisibilis in carne visibili, id est specie, quando caro Christi non videtur, caro significat corpus Christi quod est visibile et palpabile ubi in sua forma apparet. Idem de sanguine accipi debet. Quem sensum confirmat Augustinus aperiens qualiter predicta intelligenda sunt que obscure dixerat, consequenter dicens: Sicut panem vocari corpus Christi quod in cruce positum est, sicut ipsa immolatio que fit manibus sacerdotum vocatur Christi passio non rei veritate sed significante misterio, et sicut sacramentum fidei dicitur fides. Satis responsum est hereticis et obiectionibus eorum quibus negant verum corpus Christi in altari esse panem et corpus et vinum in sanguinem mistica consecratione converti, dicentes: Quis audeat manducare dominum suum? quis audeat dicere cotidie formari corpus Christi de muliere vel spiritu sancto quod non fuit caro virginis?

Auctoritatibus probat et confirmat unum corpus Christi esse in altari ad panem conversum.

Hec et huiusmodi similia obiciunt in divino misterio legem nature sectantes, quorum perfidiam sobria convincunt testimonia auctoritatis. Veritas: Accipite, hoc est corpus meum. Item Ambrosius: Si tantum valuit sermo Helie ut ignem de celo deponeret, non valebit tantum Christi sermo ut species mutet? De totius mundi operibus legitur quia ipse dixit et facta sunt etc. Sermo igitur Christi qui potuit ex nichilo facere quod non erat, non potest ea que sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est dare quam mutare novas naturas rebus. Item si ordinem querimus, viro mixta femina generare consueverat. Liquet igitur quod preter nature ordinem virgo generavit, et hoc quod conficimus corpus ex virgine est. Quid igitur hic queris nature ordinem in corpore Christi, cum preter naturam sit partus ex virgine? Item ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis amen, hoc est verum. Quod sermo sonat affectus sentiat. Item Augustinus:

In specie panis et vini quam videmus res invisibiles
id est carnem et sanguinem honoramus. Nec similiter
pendimus has duas species sicut ante consecrationem
pendebamus cum fideliter fateamur ante conse-
crationem panem esse et vinum quod natura formavit
post consecrationem vero Christi carnem et sanguinem quod benedictio
consecravit. Item Ambrosius panis est in altari usi-
tatus ante verba sacramentorum; ubi accessit consecratio de
pane fit Christi caro. Quomodo autem potest quod panis est
esse corpus Christi consecratione? Quo sermone? Christi. Item
si tanta vis est in sermone domini ut inciperent
esse que non erant, quanto magis operatorius est
ut illa que erant panis et vinum sint quam
cum ad speciem mutantur secundum substantiam ut sint que
non erant et aliud commutantur. Et sic quod erat pa-
nis ante consecrationem iam corpus Christi est post
consecrationem quia sermo Christi creaturam mutat
et sic ex pane fit corpus Christi et vinum cum aqua in
calicem missum fit sanguis consecratione verbi
celestis. Item Augustinus sicut per spiritum sanctum vera caro
sine coitu creatur ita per eundem ex substantia panis et
vini idem divinum corpus Christi et sanguis virtute spiritus
ex panis vinique substantia efficitur. Figura vero est id quod
exterius sentitur. Item Eusebius Emisenus: In-
visibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam cor-
poris et sanguinis sui verbo suo secreta potestate

XII

convertit. Ex his aliisque pluribus constat verum cor-
pus Christi et sanguinem in altari esse, immo integrum Christum
sub utraque specie et substantiam panis in corpus vi-
nique substantiam in sanguinem converti. Si autem queritur
qualis sit illa conversio, an formalis an substantialis vel
alterius generis, diffinire non sufficio. For-
malem tamen non esse agnosco quia species rerum
que ante fuerant remanent et sapor et pondus.
Quibusdam videtur esse substantialis dicentibus sic substantiam con-
verti in substantiam ut hec essentialiter fiat illa. Cui
sensui premisse auctoritates consentire videntur.

Sed huic sententie sic
opponitur ab aliis: si substantia panis inquiunt
vel vini convertitur substantialiter in corpus vel sang-
uinem Christi, cotidie fit aliqua substantia corpus Christi qui
non erat, et hodie est aliquid corpus
Christi quod heri non erat et cotidie augetur corpus
Christi atque formatur de materia de qua in con-
ceptione non fuit factum. Quibus hoc modo
responderi potest quia non ea ratione dicitur
corpus Christi confici verbo celesti quod ipsum
corpus in conceptu virginis formatum
deinceps formetur, sed quia substantia panis vel
vini que ante non fuerat corpus Christi vel sanguis verbo
celesti fit sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur
conficere corpus Christi et sanguinem quia eorum ministe-
rio substantia panis vel vini que ante non fuerat cor-
pus Christi vel sanguis verbo celesti fit caro et substantia vi-
ni fit sanguis Christi. Nec tamen aliquid additur corpo-
ri vel sanguini nec augetur corpus Christi vel sanguis.

Si queris modum (Q. resp.)
quo id fieri possit, breviter re-
spondeo: misterium fidei credi salubriter
potest, investigari non potest. Quidam vero corpus
Christi panis mutatione non augmentatur
nec sanguis ex conversione vini, eius voluntati
et potentie ascribatur qui idem corpus eduxit
de virgine. Sic ergo substantia illa ista fit, Augustino
nec tamen concedunt quidam quod substantia panis ali-
quando fit caro Christi et si fiat caro Christi, sicut farina
facta est panis et aqua est facta vinum post con-
secrationem esse corpus et sanguinem. Nec tamen
sequitur panis est caro Christi vel vinum est sanguis
quia substantia panis vel vini postquam facta caro
Christi vel sanguis non est substantia panis vel vini sed caro
et sanguis. Ideo distinguens videtur cum dicitur
substantia panis vel id quod erat panis modo est cor-
pus Christi manens est panis non est corpus Christi sed muta-
ta in id quod factum est est corpus Christi. Nec dicimus
substantiam panis esse corporis materiam vel vini sang-
uinis domini quia non de ea ut de materia for-
matur corpus sed ipsa formatur in illud et
efficitur illud. Unde Augustinus: Corpus Christi domini illud quod

erroneū ē ut'

per fructibus terre acceptum et prece mistica consecratum sumimus in memoriam passionis dominice, quod cum per manus hominum ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur ut sit tam dignum sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu dei.

Quidam vero sic dicunt conversionem illam esse intelligendam, ut sub illis accidentibus sub quibus erat prius substantia panis et vini post consecrationem sit substantia corporis et sanguinis, sic tamen ut non eis afficiatur, et sic asserunt dictum panem transire in corpus Christi, quia ubi erat panis nunc est corpus Christi. Quod si est, quid ergo fit de substantia panis et vini? Illi dicunt vel in precedentem materiam resolui vel in nichilum redigi. Alii vero putaverunt substantiam panis et vini manere et ibi corpus Christi esse et sanguinem, et ex hac ratione dici illam substantiam fieri istam, quia ubi est hec et illa, quod mirum est, et illam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. Sed quod non sit ibi substantia nisi corpus Christi et sanguis, ex predictis et subditis aperte ostenditur. Ait enim Ambrosius: Panem istum quem sumimus in misterio, illum utique intelligo qui manu spiritus sancti formatus est in virginis utero et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. Unde Veritas ait: Ego sum panis vivus qui de celo descendi; et item: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Ex his namque duabus sententiis datur intelligi quod panis ille et iste non duo sed unus panis et una caro, procul dubio unum efficitur corpus, illud vere illud sane quod sumptum est de virgine, quod reliquerit [?] quod in celum ascendit. Item Gregorius: Quis fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri, in illo Christi misterio angelorum choros adesse, summa et ima consociari, unum quidem ex visibilibus et invisibilibus fieri? Idem in eodem momento et in celum rapitur misterio angelorum consociandus corpori Christi et ante oculos sacerdotis in altari videtur. Sicut divinitas verbi totum implet mundum, ita multis locis illud corpus consecratur; non sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus et unus sanguis. Ideoque sive plus sive minus quis inde percipiat, omnes equaliter corpus Christi integerrime sumunt. Post consecrationem ergo non est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneat; species enim est panis et vini sicut sapor. Unde aliud videtur, aliud intelligitur.

Quare sub alia specie.

Sub alia autem specie tribus de causis Christus carnem et sanguinem tradidit et deinceps sumendum instituit: ut fides scilicet haberet meritum, que est de his que non videntur, quia fides non habet meritum ubi humana ratio prebet experimentum; et ideo etiam ne abhorreret animus quod cerneret oculus, quia non habemus in usum carnem crudam et sanguinem comedere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in misterio carnem et sanguinem nobis commendavit. Tertio ne albilus [?] quoniam ut sanguinis similitudinem sumamus, ut ita et veritas non desit et ridiculum nullum fiat a paganis quod cruorem occisi hominis bibamus, sicut ergo hic fieret [?], et ne velut quidam horror esset cruoris in similitudine accipitis sacramentum. Ex premissis iam liquet quare sub alia specie et quare sub ista hoc sacramentum dominus celebravit et celebrari a nobis constituit.

Quare sub duplici specie.

Set queritur quare sub duplici specie sumitur, cum [illegible] sit totus Christus. Ut ostenderetur totam humanam naturam assumpsisse ut totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem in quo sedes anime a phisicis dicitur esse. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, ut anime et carnis susceptio in Christo et utriusque liberatio in nobis significetur. Valet enim, ut ait Ambrosius, ad curationem corporis et anime quod percepimus, quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut prefiguravit Moyses. Caro inquid pro corpore vestro offertur, sanguis vero pro anima. Sed tamen sub utraque specie sumitur.

quod ad utramque valet quod sub utraque specie sumitur totus Christus. Sed si tantum in altera tantum sumitur ad alterius tantum, id est corporis vel anime, vel non utriusque pariter curationem valere significaretur. Sub utraque tamen specie totus sumitur Christus, nec plus sub utraque quam minus sub altera tantum sumitur. Eadem ratio est ut ait Hyllarius in corpore Christi que in manna precessit de quo dicitur qui plus collegerat non habuit amplius, nec qui minus paraverat habuit minus. Et licet sub utraque specie totus Christus sumatur, tamen non fit conversio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem, nec debent dici duo sacramenta sed unum quia sub utraque specie idem sumitur, neque iterari sacramentum quia benedictio non repetitur super eandem speciem.

Neque alie substancie in sacrificium altaris offerri debent quam de aliis non potest confici corpus Christi vel sanguis. Aqua vero admiscenda est vino quia aqua populum significat qui per Christi passione redemptus est. Calix vero dominicus iuxta canonum precepta aqua et vino mixtus debet offerri quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua miscetur Christo populus adunatur et credentium plebs ei in quem credit copulatur, que copulatio aque et vini sic miscetur in calice Christi ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si vero queritur an ratum sit quod geritur si aque pretermittatur, audi quod sequitur in eodem canone: Non potest inquid calix domini esse aqua sola aut vinum solum nisi utrumque misceatur. Item Ciprianus: calix domini non est aqua sola aut vinum solum nisi utrumque misceatur, sicut nec corpus domini potest esse farina sola nisi utrumque fuerit adunatum et panis unius compage solidatum. Si quis tamen non intendens introducere heresim oblivione vel ignorancia aquam pretermiserit non videtur irritum esse sacramentum, sed ille graviter est corripiendus. Nam et grecorum ecclesia non apponit aquam dicitur. Quod et ex dictis Cipriani videtur posse colligi ait enim: Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc servavit quod nos dominus facere exemplo et magisterio docuit, potest simplicitati eius per indulgenciam domini venia concedi. Nobis non potest ignosci qui nunc a domino instructi sumus ut calicem cum vino mixtum secundum quod dominus obtulit offeramus. Ex hoc videtur quod si quis simpliciter vel ignoranter vinum offerat sine aqua sacramentum conficiat. Aqua vero nullatenus sine vino potest offerri in sacrificium nec panis nisi de frumento nec granum frumenti nisi redactum in panem, quia Christus panem se dicit et grano frumenti se comparat. Quod ergo superdictum est non posse solum offerri vinum determinari oportet. Recipit enim exceptionem: non potest nisi simpliciter vel ignoranter fiat, vel non potest, id est non debet. Dubitandum tamen videtur sed generaliter verum colligitur et ex predictis quod Christus vinum aqua mixtum dedit discipulis. Corpus vero tale dedit quale tunc habuit, id est mortale et passibile, nec tamen maiorem habet efficientiam.

Eucaristia quare

intincta non datur populo pro supplemento communionis, quia non legitur Christum alicui discipulorum prebuisse panem intinctum nisi Iude; tunc vero non accepit Iudas corpus Christi sed tantum panem. Corpus vero et sanguinem Christi ante cum discipulis aliis perceperat.

Ubi illa accidentia fundantur.

Si autem queritur de accidentibus que remanent, scilicet de speciebus et sapore et pondere, in quo subiecto fundentur, potius michi videtur fatendum existere sine subiecto quam esse in subiecto, quia in non est subiectum in corporis et sanguinis dominici qui non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi in se

habet formam et qualis in iudicio apparebit. Remanent etiam illa accidentia per se subsistentia ad misterii ritum, ad gustus fidei quoque suffragium, quibus corpus Christi habens formam et naturam suam tegitur.

De fractione et partibus

Solet etiam queri de fractione et partitione que ibi fieri videtur, utrum sit vera, et si vera fractio est, cuius rei sit fractio, vel in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia quam Christi, sic in aliqua substantia est illa fractio: in corpore Christi esse videtur. Sed econtrario cum ipsum corpus incorruptibile sit, quia immortale et impassibile est, in ipso esse non posse videtur. Nam et Christus redarguit carnalem sensum discipulorum qui putabant Christi carnem sicut aliam in partes dividendam et morsibus laniandam. Ideo quibusdam placet quod non sit fractio sicut videtur, sed dicitur frangi quia videtur frangi. Quibus obicitur quod ait Ambrosius: In falsis pudendum est, in sacrificio veritatis ne sit sicut in magorum prestigiis, ubi nisi delusione quadam falluntur oculi ut videatur esse quod non est. Ad hec illi dicunt: Non fallit nos visus nec falsitas, quod esset si crederetur ita frangi ut videtur; nec illusio est, quia ad utilitatem fidei, non ad deceptionem ita fit. Sic et Christus se ostendit duobus discipulis in via in specie peregrini, nec in eo tamen talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Alii vero dicunt quod sicut ibi species panis est et non est ibi res cuius vel talis in qua sit species, ita est ibi fractio que non est in aliqua re, quia nihil frangitur, quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt, ut ibi sit ita fractio ubi nil frangitur.

Aliorum opinio

Alii tradunt corpus Christi essentialiter frangi et dividi et tamen integrum et incorruptibile existere, quod se colligere asserunt ex confessione Berengarii, qui confessus est coram Nicholao papa et pluribus episcopis panem et vinum qui in altari ponuntur post consecrationem non solum sacramentum sed et verum corpus et sanguinem Christi esse, et sensualiter non solum sacramento sed in veritate manibus sacerdotum tractari et frangi et fidelium dentibus atteri. Sed quia corpus Christi incorruptibile est, sane dici potest fractio illa et partitio non in substantia corporis sed in ipsa forma panis sacramentali fieri, ut vera fractio et partitio sit ibi que non fit in substantia sed in sacramento, id est in specie. Nec autem mireris vel insultes si ibi accidentia videantur frangi, cum ibi sint sine subiecto, licet quidam asserunt ea fundari in aere. Est ibi vera fractio et partitio que fit in pane, id est in forma panis. Unde Apostolus ait: Panis quem frangimus, quia forma panis ibi frangitur et in partes dividitur, Christus vero integer manet et totus est in singulis. Unde Augustinus: Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum? Et tamen invitans nos ad manducandum dicit: Qui manducat me vivet propter me. Nec occiditur Christus ut manducetur, sed mortuos vivificat. Quando manducatur, reficit, non deficit. Vivit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Item: Norunt fideles quomodo manducant corpus Christi. Unusquisque accipit partem suam. Unde et ipsa gratia partes vocantur, et per partes manducatur, et manet totus integer in celo, manet totus integer in corde tuo. Ideo ista dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur et aliud intelligitur. Videtur panis et calix quod et oculi renuntiant. Quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi et calix est sanguis. Ex his satis datur intelligi quod fractio et partes que ibi videntur fieri in sacramento fiunt, id est in specie visibili. Ideoque Berengarii illa verba ita distinguenda sunt, ut sensualiter non sacramento sed in veritate dicatur corpus Christi tractari manibus sacerdotum, frangi vero et atteri dentibus vere quidem sed in sa-

ciamento tamen. Verumque est atactio in perfectio-
ne et in singulis partibus totus est Christus. nec per
singulas minuitur sed integrum se prebet in
singulis. Inde hylarius. Ubi est pars corporis ibi est totum.
Quid autem pres quid ille pres signifi
ille significent sequitur. Ipse cenit
tradidit ingens conforme est corpus Christi. pars
oblate in calicem missa. corpus Christi quod iam surrex
it monstrat. pars comesta corpus ambulans
adhuc super terram. pars in altari usque ad finem
misse remanens ut corpora iacentia in se
pulcris. ut corpus iacens in sepulchro quia usque in finem
seculi corpora sanctorum in sepulcris erunt. et sicut
pres ille misticam tenent significacionem
ita et in fractione passionis Christi et mortis est rep
sentatio. Unde ipse ait. Hoc facite in meam com
memorationem. id est in memoriam passionis
et mortis mee. Nam ut ait ambrosius quia in mor
te Christi liberati sumus huius in edendo et bibendo
carnem et sanguinem memores esse debemus.
Set caveat quisque
Sine indigne percipiat quia iudicium
manducat. non est enim panis iste qui vadit
in corpus sed panis vite eterne qui anime nostre
substantiam fulcit. sic ergo vive ut cotidie merearis
accipere ne accedas indignus. Indignus est qui
aliter celebrat ministerium quam Christus tradidit
vel qui habens mortale peccatum accedit. Ergo et si sunt
peccata cotidiana et non sunt mortifera ante quam
accedas dimitte debitoribus tuis. Si dimiseris
dimittetur tibi et sic securus accede. panis pro
salutaris est et non venenum. si non accedis spiritualiter
manducas. Spiritualiter enim manducat qui
innocenciam ad altare portat. Si ibi sacrificium
Post hoc queritur si quando geritur immolatur et si sepe im
sacerdos. Ipse dicatur sacrificium molatur Christus.
vel immolatio. et si Christus cotidie immolatur vel
semel tantum immolatus sit. Ad hoc breviter dici potest.
illud quod offertur et consecratur a sacerdote et vo
cari sacrificium et immolationem quia memoria

et representatio est sacrificii veri et sancte immolatio
nis facte in ara crucis. et semel Christus mortuus est
in cruce. scilicet ibique immolatus est id est semetipso.
Cotidie autem immolatur in sacramento. quia
in sacramento recordatio fit illius quod semel fac
tum est. Unde augustinus. Certum domini quod Christus re
surgens ex mortuis iam non moritur et cetera. tamen
ne obliviscamur quod semel factum est in memoria
nostra omni anno fit. scilicet quociens pascha celebra
tur. Numquid tociens Christus occiditur sed tantum anniver
saria recordatio representet quod olim factum est
et sic nos facit moveri tamquam videamus do
minum in cruce. Item semel immolatus est
Christus in semet ipso et tamen cotidie immolatur in
sacramento. Quod sic intelligendum est quia
in manifestatione corporis et distensione
membrorum semel tantum in cruce pependit.
offerens se pro hostia redemptionis efficacem
eorum quos predestinavit. Item ambrosius. In Christo
semel oblata est hostia ad salutem potens.
Quid ergo nos. nonne per singulos dies offerimus
et si cotidie offeramus ad recordacionem mor
tis fit. et una est hostia et non multe. Quomo
do una et non multe quia semel immolatus est
Christus. hoc autem sacrificium exemplum est illius
semper id ipsum offertur. proinde hoc est sacrificium
alioquin quia in multis locis offertur multi
sunt Christi. Non. sed unus ubique est Christus et plenus
existens hic et illic plenus. Sic quod ubique offertur
unum corpus est non et unum est sacrificium. Christus
se hostiam optulit. ipsam offerimus et nunc.
sed quod nos agimus est recordatio sacrificii nostri
causa sue infirmitatis repetatur quia perficit hominem
sed nostre quia cotidie peccamus. Ex hiis colligitur
sacrificium esse et dici quod agitur in altari. et
quod semel oblatum et cotidie offerri sed aliter
tunc et aliter nunc. Et que sit virtus huius
sacramenti ostenditur. remissio. peccatorum. ne
medium et perfectio virtutis.
Institutum enim est hoc sacramentum

duabus de causis in augmentum uirtutis
.s. caritatis et in medicina cotidiane infir-
mitatis. Vnde Ambr. Si quotiens effunditur
sanguis x. in remissionem peccatorum effun-
ditur: debeo semper accipere qui semper pecco
debeo semper medicinam habere. Item aug. Iterat
cotidie h' oblatio licet xpc semel passus sit
q cotidie peccamus peccatis sine quibus mor-
talis infirmitas uiuere non potest. Et quia
cotidie labimur: cotidie xpc mistice pro no-
bis immolatur. dedit uero nobis h' sacramentum
salutis ut quia nos cotidie peccamus et ille iam
mori non potest. per h' sacramentum re-
missionem consequitur. Cotidie comeditur
ipse et bibitur in ueritate. sed integer et ui-
uus manet. Item misterium fidei
dicitur quia credere debes quod in salus nostra consistat.

Si autem quotidie. *fabianus pp.*

Syrium cotidie communicandum
sit. audi quid inde tradidit aug. cotidie
inquid eucaristiam accipere nec laudo nec
uitupero. Omnibus dominicis tamen diebus
communicandum ortor. Si tamen mens in affectu
peccandi est: grauari magis dico eucaris-
tie perceptione quam purificari. Et licet
quis peccato mordeatur si peccandi cum de
cetero non habeat uoluntatem et satisfaciat
lacrimis et orationibus recedat securus. set
de illo dico quem mortalia peccata non grauant.

Si non frequentius *quest. oportet (?) anaclet. pp.*
saltem ter in anno homines communi-
cent. nisi forte quis criminalibus impediatur.
in pascha .s. et pentecosten et natali. Omnes
g communicent qui noluerint ecclesiasticis ca-
rere liminibus. *libera(?) examinari h. corp. confirmat (?)*

C XIII

Solet et queri utrum praui sacerdotes
h' sacramentum conficere queant.
Ad quod dici potest quod aliqui licet praui
sint consecrant. h' .s. qui intus sunt nomine et
sacramento et si non uita. quia non in merito

consecrantis. sed in uerbo efficitur creatoris. Vnde
aug. intra catholicam ecclesiam in misterio corpo-
ris et sanguinis domini nil a bono maius nec
a malo minus perficitur sacerdote. Quia non
in merito consecrantis sed in uerbo perficitur
creatoris et uirtute s. s. sic credendum
est. in illis x. sacramenta consistunt. sicut ip-
se est qui baptizat. ita ipse et qui per spiritum sanctum
suam efficit carnem et sanguinem. Item greg.
putant quidam communionem corporis
x. minus esse sanctificatam si illorum fiat officio
quorum uita eorum oculis uidetur ignobilis.
heu in quam magnum laqueum incidu-
nt diuina occulta plus ad alius sanctificata
posse sed credunt cum unus idemque spiritus sanctus
in tota ecclesia inuisibiliter ea misteria ope-
rando sanctificet et sanctificando benedicat. Consilium (?)
ideo dicitur quia se certam et reconditam habet dis- [secretum.]
pensationem. Sacrificium uero quasi sacrum
factum quia prece mistica consecratur pro nobis in me-
moriam dominice passionis. Sacramentum
est aliqua celebratione cum res ita fit ut ali-
quid significare rei accipiamus. Sacramenta
sunt baptisma. crisma. corpus x. et sanguis. que ideo
sacramenta dicuntur quia sub tegumento uisi-
bilium rerum diuina uirtus secretius salutem
eorundem sacramentorum operatur. Vnde sec-
tis uirtutibus uel a sacris sacramenta dicuntur
panis et calicis sacramentum grece dicitur
eucaristia latine bona gratia interpretatur. Et
quid melius corpore et sanguine x. Sunt quoque per bonos
sunt per malos ministros intra ecclesiam dispensetur.
tamen sacramentum est quia spiritus sanctus uiuificat. nec bono-
rum dispensatorum meritis amplificatur. nec
malorum attenuatur. h' de corpore domini et
h' de baptismate et crismate sciendum est
et tenendum quia uirtus diuina secretius
operatur in eis et diuina solummodo est h' uirtus sit
potestas non efficacis. Illi uero qui excommunicati
sunt uel de heresi manifeste notati non uidentur

hoc sacramentum posse conficere. Licet sacer
dotes sint quod nemo dicat in ipsa consecratione
offert. Set offerimus quasi ex persona ecclesie. Et non enim
alia sacramenta extra ecclesiam possunt celebrari
de hoc non videtur. Quod augustinus tradere videtur
dicens. Hic recolite nomen et advertite veritatem
Missa propterea dicitur eo quod celestis missus ad con
secrationem dominicum et vivificandum corpus
adveniat iuxta dominum sanctum sacerdotis di
centis. Omnipotens deus iube hec perferri per
manus sancti angeli tui in sublime altare tuum etc. Secundo vero
angelus venerit missa nequaquam vere posset
vocari. Numquid enim sub hoc misterium here
ticus ausus fuit usurpare angelum de celis mit
tat deus ad oblationem eius consecrandam. Cum etiam
cum eidem per prophetam comminatus sit dicens. Ma
ledicam benedictionibus vestris. Quod si benedictio
nibus eorum se asserit maledicturum veritas quod
exit de hostia. Ergo dicemus illam posse ab illo
benedici quem scimus adeo fore maledictum
cum sua benedictione. Si propterea deus maledixerit
et simoniacus benedixerit. quis eorum prevalebit?
Numquid benedictio maledicti ad nichilum illum poterit
redigere verissima verba comminantis dei.
Ex his colligitur quod hereticus a catholica
fide precisus nequeat hoc sacramentum con
ficere. quia sancti angeli qui huius misterii ce
lebrationi assistunt. tunc non assunt quando
hereticus vel simoniacus hoc misterium teme
re presumit. non enim dubitare licet ubi corpo
ris domini et sanguinis misteria geruntur
supernorum civium adesse conventus. In hoc
autem misterii expletione sicut formam
servari. ita ordinem hic est. scilicet ut sit sacerdos
et intencionem adhiberi
[illegible] et ideo [illegible] oportet ut illud facere
[illegible] non valent intendat. Sed si non credit de
illo misterio sicut veritas habet. numquid poterit
tendere illud conficere. Et si non intendit.
numquid conficiet. Aliqui etiam dicunt quod non recte

de illo misterio sicut veritas habet. sentientem
posse intendere non quidem conficere illud
quod iam esse recte credere. Sed id agere quod
geritur ab aliis dum illud conficitur. et sic
adhibetur intencio. et si intencio dicatur
ad esse conficiendi illud misterium tamen ex quo
intendit ea dicere et agere que ab aliis ge
runtur. impletur misterium. Illud vero sane
dici potest quod a brutis animalibus corpus
Christi non sumitur et si videatur. Quid ergo sumpsit
quid manducat deus novit. De hoc celesti
misterio aliqua perstrinximus a catholicis fide
liter tenenda. Quid hius contradicit hereticus
iudicatur. Quid faciat hereticum et quis sit hereticus.

Ne autem ignores quid hereticum faciat
vel quis sit hereticus. audi breviter.
Quod inde sancti doctores tradunt. hilarius ait. Exstite
runt plures qui celestium verborum sim
plicitatem non veritatis ipsius absolucionem
susceperunt aliter interpretantes quam docto
rum virtus postularet. De intelligentia enim he
resis non de scriptura. et sensus non sermo fit
crimen. Idem in y ii. intelligencie sensus
in crimine est. Jeronimus dicit. quod ex verbis inordi
nate prolatis incurritur heresis. Augustinus diffiniens
Quid sit hereticus ait. hereticus est qui alicuius
temporalis commodi et maxime glorie prin
cipatus que sui gracia falsas ac novas opinio
nes vel gignit vel sequitur. Nunc agendum
est de penitencia. Post hec de penitencia

agendum est. penitencia longe po
sitis necessaria est ut appropinquent. Est enim
ut ait Jeronimus. secunda tabula post naufragi
um. quia siquis vestem innocencie in baptismo
perceptam corrumpit peccando penitencie re
medio recuperare potest. Prima tabula
est baptismus ubi deponitur vetus homo et induitur
tur novus. Secunda penitencia qua post
lapsum resurgimus dum vetustas tener
sa repellitur et porta novitas resumitur. post

L

baptismum p lapsu p penitenciam re
uocari ualent. s3 non p baptismum. h
s hominum sepius penitere s3 non baptiza
ri. baptismus tn̄ est sacramentum. sed
penitencia dicitur . sacramentum et
uirtus mentis . et utraque causa salutis ē
et iustificacionis. Vtrum uero omnis exteri
or penitencia sit sacramentum uel si n̄
omnis que hoc nomine censetur sit con
sequenter inuestigabimus. A prima ceṗ
Johis p̄dicacio dicentis. penitenciam agi
te. a. e. r. c. Qͣ autem p̄co docuit idem
post uerbas p̄dicauit. Exordium sermonis
sumens a prima. penitencia dicitur a pu
niendo qua quis punit illicita que commisit.
penitencie uirtus a timore concipitur. vn̄
ysaias. a timore tuo domine concepimus
et peperimus filium salutis. Est autē penitē
cia ut ait ambr. mala preterita plangere
et plangenda iterum non committere. Item gg.
penitencie est ante acta peccata deflere
et flenda non committere. Nam qui sic alia
deplorat ut alia tn̄ committat. adhuc pe
nitentiam agere aut ignoret aut dissi
mulat. Qͥ enim prodest si peccata luxurie quis de
fleat et adhuc auaricie estibus anhelat.
his uerbis quidam uehemencius inherē
tes contendunt ne penitentem usque
finem ultra dampnabitur . et si grauiter pecca
uerit ueram non processisse penitenciam
Qḋ ē p aliis muniunt testimoniis. Ait enim
ysidorus. Irrisor est et non penitens qui
adhuc agit qḋ penitet nec uidetur dm̄
possessione subditus s3 subsannare superb
Canis reuersus ad uomitum est penitens
ad peccatum. Multi lacrimas indesinēt
fundunt qḋ et peccare non desinent. Quosdam
accipere lacrimas ad penitenciam cerno
et affectum penitencie non habere. qr in constan
cia mentis nunc recordacione peccati lacri

mas fundunt. Nunc reuiuiscente usu ea que
fleuerunt iterando committunt. Ysaias uero de
peccatoribus ait. Lauamini et mundi estote.
lauatur et mundus est qui et preterita plangit et
flenda iterum non admittit. lauatur et non est
mundus qui plangit qḋ gessit nec deserit.
et post lacrimas ea defleuerat repetit. Item
augꝰ. Inanis est penitencia quam sequens
culpa coinquinat. Nichil prosunt lamenta si
replicantur peccata. Nichil ualet ueniam a mal
poscere et mala denuo iterare. Item gg. Qui ad
missa plangit nec tn̄ deserit pene grauiori su
biacet. Item ambr. Reperiuntur qui sepius
agendam penitenciam putant qui luxuri
antur in xp̄o. Nam si uere in xpō penitenciā
agerent iterandam postea non putarent. qr
sicut unum baptisma ita est una penitencia. his
aliisque pluribus innituntur in assercione sue
opinionis. S3 ambr. dicit. h uera penitencia
est cessare a peccato. Et item. Magni profectꝰ
est renunciasse errori. Subitos enim uicus
animos exuere atque emundare uirtutis est
perfecte et celestis gracie et uero sane ita diffiniri potest
penitencia est uirtus qua commissa mala
cum emendacionis proposito plangimus et odi
mus et plangenda ulterius committere nolumus
quia penitencia uera est in animo dolere et odi
re uicia. Vnde illa uerba premissa. penitere
est ante acta deflere non committere. recte sic
accipi possunt ut non ad diuersa tempora
s3 ad idem referantur. ut s. tempore quo flet
commissa mala non committat uoluntate uel
opere flenda. qḋ innuitur ex uerbis conse
quentibus. Nam qui sic alia deplorat et cetera. hic
augꝰ ait. Cauendum [illegible] ur. h de corpore. ne quis
existimet infanda illa [illegible] ristinate faciendum est
crimina qualia qui agunt [illegible]
regnum dei non possidebunt cotidie perpe
tranda et elemosinis cotidie redimenda. In
melius est. ut. uita mutata et per elemosinas

de peccatis preteritis purificandis est. Non adhuc
mundus quodammodo ut ea semper liceat iterum
ne committere. Ipse dedit laxamentum peccandi
et si miserando deleat commissa peccata et si non
satisfactio congrua negligatur. Item prius post ·m·
chi potest hominum ieiunare et orare et alia religi
onis agere ut mens ab iniquitate revocetur.
Quem gratia a malis sic mentem revocat ut commis
sa plangat et plangenda committere non ve
lit nec satisfacere negligat vere penitet. Non
ideo non est vera penitentia quia forte post non de
posito sed casu vel infirmitate peccavit. Sed
ille mundus est et non penitens qui sic commissa
plangat ut plangenda voluntate vel opere
committere non desinat. Ille autem qui post
lacrimas repetit que flevit lavatur ad tem
pus sed mundus non est. Id est illa mundicia non
est ei sufficiens ad salutem quia est momentanea
non perseverans. Item illud manus est pecca
tum ·q· s· c· co· sic intelligendum est. In amis
sione s· carens fructu illius penitencie que se
quens culpa coinquinat. Illius vero fructus
vitacio gehenne et adeptio glorie. Mortifi
catur enim illa penitencia ut mercedem que
meruerunt cum fierent et quam haberent si pec
catum non succederet. Sed et si de peccato
succedenti penitencia agatur et penitencia
que precessit et alia ante acta peccata bona
revivescunt. Sed illa tamen que ex caritate
processerunt. Illa enim sola viva sunt que in
caritate fiunt. Ideoque per sequencia peccata
mortificantur per subsequentem peniten
ciam reviviscere possunt. Que vero sine
caritate fiunt mortua est et in anima ge
nerantur et ideo per penitenciam reviviscere
cere non valent. Similiter intelligendum
est illud. Nichil lavantur prosunt et cetera et illud ha
bi. enim val et cetera si iterum replicentur peccata
nil valet ad salutem vel ad veniam in
fine precedens lamentum quia nichil relinquitur

de vite mundicia. quia aut peccata dimissa
redeunt ut quibusdam placet cum replican
tur vel si non redeunt eis tamen delectis
propter ingratitudinem ita reus et inmundus
constituitur cum adhuc in expiandis
implicatur ut iam deleta redirent. De
hoc tamen s· an peccata redeant post plenius agemus
inferius
Nichil valet ad salutem optimedam
vel ad mundiciam vite habendam veniam
a maleficiis poscere et denuo mala iterare
Ita est intelligendum est illud quod idem est. Au
gustinus alibi ait. penitencia est quedam dolen
tis vindicta puniens in se quod dolet admi
sisse et infra. Continue dolendum de peccato
quod declarat ipsa diccionis virtus penitencie
enim est penam tenere ut semper puniat in
se ulciscendo quod commisit peccata. Ille pe
nam tenet qui semper vindicat quod commisisse
dolet. penitencia igitur est vindicta semper puni
ens in se quod dolet comisisse. Quod restat nobis
in dolore iniuncta. Ubi enim dolor finitur deficit
et penitencia. Vade amplius noli peccare.
Non dixit. Ne pecces sed ne voluntas peccandi
inte orietur. Quod quomodo servabitur
nisi dolor in penitencia continue custodi
atur. hic semper doleat et de dolore gaudeat
et non sit satis quod doleat sed ex fide doleat et
non semper doluisse doleat de penitencia
peccatorum vel ad salutem sufficienti intel
ligendum est quod supposuit S. peniten
cia et vindicta semper puniens quod commisit et
alia huiusmodi. illud vero. si penitencia
finitur nichil de venia quia peccata dimis
sa iterum replicantur. Sicut enim ille qui ex
servitute in libertatem manumittitur.
interim vere est liber et tamen propter offensam in
servitutem postea revocatur. sic et peniten
ti peccata vere dimittuntur et tamen
propter offensam que replicatur iterum redeunt.

Si uero fieri iterum dicantur sane dici potest quod sic nichil de uenia retinetur non quod dimissa peccata iterum imputentur sed quia propter ingratitudinem iterum reus in iudicio constituitur ac si illa redierint. Illud autem autem quod Ambrosius ait Reperiuntur et cetera sicut unum baptisma ita et una penitentia non secundum generalem sed secundum specialem morem ecclesie de sollempni penitentia dictum intelligitur que apud quosdam semel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambrosii penitentia semel usurpata nec uere celebrata et fructum prioris aufert in usum consequentis admittitur de sollempni intelligitur. Solempnis uero penitentia ut Ambrosius in eodem ait est que fit extra ecclesiam in manifesto in cinere et cilicio que pro grauioribus ac manifestis horrendisque delictis tantum imponitur et illa non est iteranda propter reuerentiam sacramenti et ne uilescat et contemptibilis hominibus fiat. Unde Augustinus. Quamuis caute et salubriter prouisum sit ut locus illius humillime penitentie semel in ecclesia concedatur ne medicina uilis minus utilis esset egrotis que tanto magis salubris est quanto minus contemptibilis fuerit. Quis tamen audeat deo dicere quare huic homini qui post penitentiam primam rursus laqueis iniquitatis obstrixit adhuc iterum parcis. Origenes quoque de hac sollempni penitentia que pro grauioribus criminibus iniungitur ait. Si uos aliqua culpa mortalis inuenerit que non in crimine mortali uel in blasphemia fidei sed in sermonis uel in morum uicio consistat. Hec culpa semper reparari potest nec interdicitur aliquando de huiusmodi penitentiam agere. Sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibus semel tantum penitentie conceditur locus. Communia que frequenter incurrimus semper penitentiam recipiunt et sine intermissione redimuntur

sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur penitentia id est sollempnis. Nam de illis iterum iteratur penitentia sed non sollempnis. Quamuis in quibusdam ecclesiis non seruatur. **auctoribus probatur quod non semel tantum** [marginal: ua]

[marginal: 4] ✝ Quod uero penitentia non semel **sed frequenter per diuersitatem penitentiam** tantum agatur sed frequenter iteretur et per eam frequenter uenia prestetur pluribus sanctorum probatur testimoniis. Ait enim Augustinus scribens contra quosdam hereticos qui peccantibus post baptismum tantum semel dicebant utilem esse penitentiam. Adhuc instant fidei quem sapiunt plus quam oportet non sobrie sed excedentes mensuram dicunt et si semel peccantibus post lapsum ualeat penitentia non tamen sepe peccantibus proderit iterata alioquin remissio esset ad peccatum incitatio dominum enim. Quis non semper peccaret si semper redire posset. Dicunt enim dominum incitatorem mali si semper penitentibus subueniret et ei placere peccata uel quibus presto est gratia. [marginal: semper] Errant autem. Constat enim ei multum peccata displicere qui semper presto est ea destruere. Idem ad Macedonium. Interdum [marginal: si est semper non semper est] iniquitas hominum aliquando progreditur ut etiam post actam penitentiam post altaris reconciliationem uel similia uel grauiora committant et tamen deus facit etiam super tales oriri solem suum et nimis tribuit eis quam quam ante tribuebat largissima munera uite et salutis et quamuis eis in ecclesia locus ille penitentie non concedatur inuenitur forte quis impediat criminalibus [marginal: tamen est super eos sue penitencie non est ministro] in pascha. Sed tempore et natali. Omnis igitur conceret qui noluerit ecclesias cernere luminibus.

[marginal: 5] ✝ Sed queritur necessario utrum

sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest quod aliqui licet praui sint consecrant uere. Sed qui intus sunt nomine sacramento et si non uita quia non in merito consecrantis sed in uerbo

efficit creatoris. Unde Augustinus. Intra catholicam ec
clesiam in misterio corporis et sanguinis domini
nichil a bono maius nichil a malo minus perficitur
sacerdote quia non in merito consecrantis sed
in verbo perficitur creatoris et in virtute spiritus
sancti. Credendum est enim quod in verbis Christi
sacramenta conficiantur sicut ipse est qui
baptizat vel ipse est qui per ipsum suam
efficit carnem. Item Gregorius. Quidam putant
communionem corporis immunis esse sanctificatam
si illorum fiat officio quorum vita eorum oculis ing
nobilis. Heu in quam laqueum magnum
incidunt ut divina et occulta misteria plus
ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum unus
idemque spiritus sanctus in tota ecclesia invisibiliter ea mis
teria et operando sanctificet et sanctificando benedicat.
Misterium ideo dicitur quod secretam et
reconditam habet dispensationem. Sacrifici
um ideo quasi sacrum factum quia prece
mistica consecratur pro nobis in memoriam
dominice passionis. Sacramentum est in
qua celebratione cum res ita fit ut aliquid
significare rei accipiamus. Sacramenta sunt
baptisma, crisma, corpus Christi, que ideo sacramenta
dicuntur quia sub tegumento visibilium rerum
divina virtus secretius salutem sacramento
rum operatur. Unde a secretis virtutibus
vel a sacris sacramenta dicuntur. Panis et
calicis sacramentum grece eucaristia dicitur,
latine bona gratia interpretatur. Et quid
melius corpore et sanguine Christi. Sive igitur per bonos
sive per malos ministros intra ecclesiam dispensetur
sacramentum tamen est quia spiritus sanctus mistice vivificat
nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur
nec malorum attenuatur. Sed de corpore domini
hic est de baptismate et crismate sciendum est
et tenendum quod virtus divina secretius
operatur in eis et divina solummodo est. Hec
virtus sive potestas divine efficacie. Illi vero
qui extraxerunt vel heresi manifeste notati

non videntur hoc sacramentum conficere licet
sacerdotes sint. quia nemo dicit in consecratione
ista offero sed offerimus quasi ex persona ecclesie
et ideo cum alia sacramenta extra ecclesiam possint
celebrari de hoc non videtur. Quod Augustinus credere
videtur dicens. Recolite nomen et advertite
veritatem. Missa pro dicitur eo quod celestis
missus ad consecrandum vivificandum
corpus adveniat iuxta dictum sacerdotis
dicentis. Omnipotens deus iube
per manus angeli tui sancti in sublime alta
re tuum et cetera. Ideo nisi angelus venerit mis
sa nequaquam iure vocari potest. Nunquid
presbiter si hoc misterium hereticus sibi usurpa
re angelum de celis mittit deus oblatio
nem eius consecrare? Maxime cum eis
dem per prophetam comminatus sit dicens. Ma
ledicam benedictionibus vestris. Quod si bene
dictionibus eorum se asserit maledicturum
veritas. Quid erit de hostia. Ergo dicen
dus posse etiam benedictionem ab illo
quem scimus fore adeo maledictum cum
sua benedictione. Si enim dominus ma
ledixerit et scismaticus benedixerit quis eorum
prevalebit? Nunquid benedictio maledicta
ad nichilum poterit redigere verba ve
rissima comminantis dei. Ex his col
ligitur quod hereticus a catholica ecclesia ne
queat hoc sacramentum conficere quia sancti
esse angeli qui huius misterii celebrationi
assistunt tunc non assunt quando hereticus
vel scismaticus hoc misterium temere pre
sumit. Non enim dubitare licet ubi corpo
ris et sanguinis dominici misteria geruntur
supernorum civium adesse cuneos. In huius autem
confectione sic formam servari in ordinem
habenti scilicet ut sit sacerdos et intentionem adhi
beri ut illud facere intendat de illo
misterio sicut veritas habet. Nunquid potest intende
re conficere et si non intendit numquid conficit

aliqui dicunt est non recte de illo misterio
sentientem posse intendere non illud quod est
conficere quia iam est recte credere sed id agere
quod geritur ab aliis dum illud conficitur et
sic adhibetur intencio dicatur deesse confi
ciendi illud misterium. tamen ex quo mediocri
ter intendere et agere que ab aliis geruntur
impletur misterium. Illud est sane potest dici
quod abrutis animalibus corpus christi non sumitur
et ut videatur. Quid ergo sumit mus quid man
ducat deus novit de hoc celesti misterio qua
perstrinximus a catholicis fideliter tenen
da. qui enim his contradicit hereticus iudi
catur.

n. De autem ignores quid hereticus
faciat vel quid sit hereticus audi breviter
quid inde sancti doctores tradunt. Hylarius ait.
extiterunt plures qui celestium verborum
simplicitatem non verborum ipsius ab
solucionem susciperent aliter interpretantes
quam dictorum virtus postularet. De intelli
gencia enim heresis non est de scriptura et
sensus non sermo fit crimen. Idem in octavo
Intelligentie sensus in crimine est. Illis dicit
quod ex verbis inordinate placitis intuitur heresis.
Augustinus diffiniens quid sit hereticus ait. he
reticus est qui alicuius temporalis commodi
et maxime glorie principatusque sui gratia
falsas vel novas opiniones gignit vel sequi
tur.

D XIIII

Post hec de penitencia agendum est.
Penitencia longe positis necessaria est
ut appropinquent. Est enim ut ait Ieronimus secunda
tabula post naufragium. quia si quis vel
stem innocencie in baptismo perceptam peccando
corrupit. per hoc remedio recuperare potest.
Prima tabula est baptismus ubi deponitur vetus homo
et induitur novus. Secunda penitencia. qua post
lapsum baptismum resurgimus dum vetustas repellitur et novi
tas perdita resumitur. Post baptismum per lapsum per

penitenciam renovari valent. sed non per bap
tismum. licet homini sepius penitere sed non
baptizari. baptismus tantum est sacramentum.
sed penitencia dicitur et sacramentum et virtus mentis. est
enim penitencia interior et penitencia exterior.
Exterior sacramentum est. Interior virtus men
tis est et utraque salutis causa est et iustificacionis.
utrum vero omnis exterior penitencia sit sacramentum
vel si non omnis quid hoc nomine censenda sit. in
sequentibus investigabimus. A penitencia cepit
Iohannis predicacio dicentis. penitenciam agite
appropinquabit enim regnum celorum. quod autem precursor docuit. idem post
veritas predicavit. exordium sumens predicacio
nis a penitencia. Penitencia dicitur a puniendo
do qua quis punit illicita que commisit. penitencie
virtus timore concipitur. Unde propheta ysaias a ti
more tuo domine concepimus et peperimus
spiritum salutis. Est autem penitencia ut ait ambrosius
mala preterita plangere et plangenda iterum non
committere. Item gregorius. penitencia est ante acta deflere.
et flenda non committere. nam qui sic alia de
plorat ut alia tamen committat adhuc peniten
ciam agere aut ignorat aut dissimulat. quid
enim prodest si peccata luxurie quis defleat
et adhuc avaricie (estibus anhelat) exhibicionibus his verbis quidam
eius vehemencius inherentes contendunt ne
penitentem iterum non peccare dampnabiliter.
et si grauius peccaverit. veram non precessisse
penitenciam. Quod et aliis muniunt testimoni
is. ait ysidorus. irrisor est et non penitens. qui
adhuc (agit) quod penitet. nec videtur deum poscere subditus.
sed subsannare superbus. Multi lacrimas indesinenter fundunt et peccare non desinunt. Quosdam accipere lacrimas ad penitenciam (cerno) cerno et affectum penitencie non habere. quia inconstancia mentis (nunc) recordacione peccati lacrimas fundunt. (nunc) non reviviscente usu ea que fleverunt iterando

Canis reversus ad vomitum: reuertens ad penitenciam

committunt. Unde propheta ysaias de peccatoribus dicit. La
vamini et mundi estote. lavatur et mundus
est qui et preterita plangit et flenda iterum non admittit.

lauatur et non est immundus qui plangit quod gessit
nec deserit et post lacrimas ea que fleuerat repetit.
Unde Aug. Inanis est penitentia quam sequens
culpa coinquinat. nil prosunt lamenta si repli-
cantur peccata. nichil ualet ueniam a malis
poscere et mala denuo iterare. Item Greg. qui admissa
plangit nec tamen deserit penae grauiori se subicit.
Item Ambr. Reperiuntur qui sepius agendam pe-
nitentiam putant qui luxuriantur in Christo.
Nam si uere in Christo penitentiam agerent iterandam
andam postea non putarent. quia sicut unum
baptisma ita et una penitentia. His autem et plu-
ribus utuntur in assertione sua. quibus opponitur quod
Ambr. dicit. Hec enim penitentia est cessare a peccato.
Item magni profectus est renuntiasse erro-
ribus. uitiosos enim actus animos exuere et emenda-
re uirtutis est perfecte et celestis gratie. Et ideo
ita sane diffiniri potest. penitentia est uirtus uel
gratia qua commissa mala cum emendationis
proposito plangimus et odimus. et plangenda ite-
rum committere nolumus. quia penitentia
uera est in animo dolere et odire uitia. Unde
illa uerba premissa penitere est ante acta defle-
re et flenda non committere recte sic accipi possunt
ut non ad diuersa tempora sed ad idem refe-
rantur ut scilicet tempore quo flet commissa ma-
la non committat uoluntate uel opere flenda.
Quod innuitur ex sibi consequentibus. Nam qui
sic alia deplorat ut alia committat. Hinc Aug. ait. Cauendum
est ne quis existimet infanda illa crimina
qualia qui agunt regnum Dei non possi-
debunt cotidie perpetranda et elemosinis
cotidie redimenda. In melius est enim uita
mutanda et per elemosinas de peccatis preteritis
propitiandus est Deus. non ad hoc emendus quodam-
modo ut ea semper impune liceat committere.
Nemini enim dedit laxamentum peccandi
licet miserando deleat commissa peccata si non satis-
factio congrua negligatur. Item prius ipse dixit
posse hominum reuocare et orare talia opera

religionis agere id est mentem ab iniquitate reuo-
care. qui ergo amat sic mentem reuocat ut
commissa plangat et plangenda committere
non uelit nec satisfacere negligat uere pe-
nitet. nec ideo non est uera penitentia quia for-
te post non ex proposito sed casu uel infirmita-
te peccauit.

Ille autem irrisor est et non penitens qui sic
commissa plangit ut plangenda uoluntate uel
opere committere non desinat. Ille uero qui post
lacrimas repetit que fleuit lauatur ad tem-
pus sed non est mundus id est illa mundicia non
est ei sufficiens ad salutem quia est momen-
tanea non perseuerans. Secundum illud Inanis est
penitentia etc. sic intelligendum est. Inanis
est id est carens fructu illius penitentie quam sequens
culpa non coinquinat. illius enim fructus est
duplex. uitatio gehenne et adeptio glorie.
Mortificantur illa gratia penitentia et alia
ante acta bona per sequens peccatum ut non sortian-
tur mercedem quam meruerunt cum fierent
et quam haberent si peccatum non succederet. Sed
si de peccato succedenti penitentia agatur et prima que
precessit et ante acta alia bona reuiuiscunt. Sed
illa tantum que ex caritate processerunt. illa enim
sola uiua sunt que ex caritate fiunt. Si quae ergo si
per sequentia peccata mortificantur per subsequentem
penitentiam reuiuiscere possunt. Que uero
sine caritate fiunt mortua sunt et mortua generan-
tur et ideo per penitentiam reuiuiscere non
ualent. Similiter intelligendum est illud Nichil pro-
sunt lamenta etc. et illud Non ualet etc. Si enim re-
plicentur peccata nichil ualet ad salutem uel ad ue-
niam in fine precedens lamentum quia nichil
relinquitur de uite mundicia. quia autem peccata
dimissa redeant ut quibusdam placet et
replicantur. uel si non redeunt eis tamen [illegible]
propter ingratitudinem ita reus et immundus
constituitur cum adhuc expiandis implica-
tur ut si iam deleta redirent. De hoc tamen s. an-

peccata redeant. Post plenius agemus. Sed nichil valet ad salutem optinendam vel ad mundiciam vite habendam veniam de malefactis poscere et mala denuo iterare. Item intelligendum illud quod item Augustinus alibi ait: Penitencia est quedam dolentis vindicta puniens in se quod dolet commisisse. Et infra: Continue dolendum est de peccato quod declarat ipsa dictionis virtus. Penitere enim est penam tenere ut semper puniat in se ulciscendo quod commisit peccando. Ille penam tenet qui semper vindicat quod commisisse dolet. Penitencia ergo est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse. Quid ergo restat nobis nisi dolere in vita? Ubi enim dolor finitur deficit et penitencia. Si vero finitur penitencia, quid relinquitur de venia? Tamdiu gaudeat et speret de gratia quamdiu sustentetur a penitencia. Dicit Christus commisso: Vade et amplius noli peccare. Non dixit ne pecces, sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo servabitur nisi dolor in penitencia continue custodiatur? Unde semper doleat et de dolore gaudeat. Et non sit satis quod doleat, sed ex fide doleat et non semper doluisse doleat.

De penitencia

Perfectioris vero ad salutem sufficienter intelligendum est quod superius dixit, scilicet penitencia est vindicta semper puniens quod commisit et alia huiusmodi. Illud vero: Si penitencia finitur nichil de venia relinquitur, dupliciter accipi potest. Si ex vi quorundam intelligenciam peccata dimissa redeunt, facile est intelligere nichil de venia relinqui, quia peccata dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille qui ex servitute in libertatem manumittitur, interim vere liber est, et tamen propter offensam in dure servitutem iterum revocatur: sic et peccata penitenti vere dimittuntur, et tamen propter offensam que replicatur iterum redeunt. Sane dici potest vel sic nichil de venia relinqui, non quod dimissa peccata iterum imputentur, sed quia propter ingratitudinem ita reus et immundus constituitur ac si illa rediret. De sollempni penitencia et unica penitencia. Illud autem quod Ambrosius ait: Reperiuntur et cetera. Et sicut unum baptisma ita et una penitencia, non secundum generalem sed secundum specialem morem ecclesie de sollempni penitencia dictum intelligitur, que apud quosdam celebrata semel non iteratur. Item aliud Ambrosius: Penitencia semel usurpata nec vere celebrata et fructum prioris aufert et usum consequentis admittit, de sollempni intelligitur. Sollempnis vero penitencia ut Ambrosius in eodem ait est que fit extra ecclesiam in manifesto in cinere et cilicio, que pro gravioribus horrendisque ac manifestis delictis tantum imponitur. Et illa non est iteranda propter reverenciam sacramenti, ne vilescat et contemptibilis hominibus fiat. Unde Augustinus: Quamvis caute et salubriter provisum sit ut locus illius humillime penitencie semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis nescio minus utilis esset egrotis, que tanto magis salubris est quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere deo quare huic homini qui post primam penitenciam rursus se laqueis iniquitatis obstringit adhuc iterum parcis? Origenes: Quoniam de hac sollempni penitencia que pro gravioribus criminibus iniungitur, ait: Si nos aliqua culpa mortalis invenerit que non in crimine mortali vel in blasphemia fidei sed in sermonis vel morum vicio consistat, hec culpa semper reparari potest. Non interdicitur aliquando de huiusmodi penitencia agere, sed illa de gravioribus peccatis. In criminibus enim gravioribus semel tantum penitencie conceditur locus. Communia que frequenter incurrimus semper penitenciam recipiunt et semper redimuntur. Communia

dicat pcc̄a uenialia q̄ sic sepe committuntur ita frequenter p penitenciam redimuntur. Sed dignioribus criminibus semel tm̄ agitur pn̄ia. s. sollempnis. Nam et de illis sufficienter iterat pn̄ia. sed non solempnis. que tn̄ in quibusdam eccl̄iis non seruatur: sed frequenter pcc̄a dimittantur p penitenciam. auctoribus probat quod non semel tn̄ sed frequenter

Quod uo penitencia pcc̄a dimittat et pn̄ia non semel tm̄ agatur sed frequentius iteretur p eam frequenter tm̄ uenia pstetur. pluribus scōrum probatur testimoniis. Ait enim aug. scribens contra quosdam hereticos qui peccantibus post lapsum semel tm̄ dicebant utilem esse penitenciam. sunt adhuc instantes psidi qui sapiunt plusquam oportet. non sobrii sed excedentes mensuram. dicunt et si semel peccantibus post baptismum ualeat penitencia non tn̄ peccantibus pseuerantibus alioquin remissio aliud ad peccatum esset incitatio. Dicunt enim: quis nō semp peccaret si semp redire posset. Dicunt dnm incitatorem mali. si semp peccantibus pniteutibus subuenit et ei placent peccata quibus semper psto est gracia. errant autem. Constat enim ei multum peccata displicere qui semp psto est ea destruere. Si ea amaret non ita semper destrueret. Idem ad macedonium. In tm̄ iniquitas hominum aliquando pgreditur: ut et post actam penitenciam. post altaris reconciliationem uel similia uel grauiora committant. tn̄ deus facit et super eos solem suum oriri. nec minus tribuit quam ante tribuerat largissima munera uite. ac salutis. et quamuis eis in ecc̄a locus ille penitencie non concedatur. deus tn̄ super eos sue paciencie non obliuiscitur. Ex quorum numero siquis nobis dicat. dicite iterum michi aliquid psit ad uitam futuram si in ista uita illecebrosissime uoluptatis blandimenta contemplsero sime penitendo uehemencius quam prius excruciauero si uberius fleuero. si melius uixero. si pauperes largius sustentauero. si caritate ardencius flagraro. quis uestrum ita desipit ut huic homini dicat. nichil tibi ista pderunt in posterum. uade saltem uite huius suauitate fruere. Auertat deus tam inmanem sacrilegamque dementiam. Item Ioh̄s crisostomus de reparatione lapsi. Talis inquit est erga homines clemencia dei. numquam spernit penitenciam si ei sincere et simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis puenerit malorum et inde tn̄ uelit reuerti ad uirtutis uiam. suscipit. libenter amplectitur. facit omnia quatinus ad priorem statum reuocet. et quod est adhuc pstancius et eminencius et si non potuit quis explere omnem satisfaciendi ordinem quantulamcumque tn̄ et quamlibet breui tempore gestam non respuit penitenciam. suscipit et ipsam nec patitur quantumuis exigue conuersionis pdere mercedem. Et iterum plus quam hic idem alterum potest. Dauid post pn̄iam adulterii simul et homicidii ueniam impetrauit. et tn̄ grauiter postea deliquid in populi enumeracione. que ipsi multitudo psternata ostendit. Illud autem mirabile est quod angelo ferienti plebem se obtulit dicens. Ego sum qui peccaui. grex iste quid fecit. fiat manus tua in me et in domum patris mei. Quo facto statim sacrificio dignus iudicatus est. qui absolucione estimabatur indignus. Non mirum si tali sua oblacione p ipso pcc̄o suo adeptus est ueniam. Cum moyses offerendo se p plebis errore peccatum diluit. his aliisque pluribus testimoniis euidenter ostenditur p pn̄iam non semel tm̄ sed sepius nos a peccatis surgere et ueram penitenciam sepius agi uoluntarie peccantibus nobis. Ait enim aplus. p peccatis non relinquitur hostia secunda. s. quia semel tm̄ oportuit xp̄m pati. nec relinquitur scd̄s baptismus relinquitur uo scd̄a penitencia et tercia. et deinceps. Ut Ioh̄s crisostomus ait super hunc locum.

erga homines

Solendum inquit quod hec quidam exurgunt horum verborum occasione penitentiam auferentes quia post penitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere. secundo et tertio et deinceps. verum in hiis penitentiam non excludit sed participationem que sepe fit per penitentiam: scilicet sacramentum baptismi et hostiam sacramentalem; **determinatio precedentium**

D XV

Et sicut predictis auctoritatibus illorum error convincitur qui penitentiam sepius agendam. et per eam a lapsu peccantes frequenter surgere diffitentur. Ita eisdem illorum opinio eliditur qui pluribus irretitum peccatis asserunt de uno vere penitere eiusdemque veniam a domino consequi posse sine alterius penitentia. Quorum in auctoritatibus astruere conantur. ait enim propheta. Non iudicabit deus bis in idipsum vel ut alii transtulerunt. non consurget duplex tribulatio. Sic quoque inquiunt illi si aliquis sacerdoti fuerit confessus. unum de duobus vel pluribus peccatis et de illo iniunctam sibi a sacerdote satisfactionem expleverit ceteris tacitis. non pro illo peccato amplius iudicandus est de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis. qui vicem Christi in ecclesia gerit. Ideoque si deo iterum iudicetur bis in idipsum iudicat deus. et consurgit duplex tribulatio. Sed de hiis quoque tantum illud intelligi qui presentibus suppliciis commutantur in bonum et sic perseverant. super quos non consurget duplex tribulatio. qui vero non inter flagella duriores et deteriores fiunt. ut pharao. qui presentibus et eterna nectunt. ut temporale supplicium sit eis eterne pene initium. Unde augustinus. Ignis succensus est et cetera. id est iniudicata hic incipiet et ardebit usque ad extremam dampnationem. Hec contra illos notandum est qui dicunt (dicunt scilicet d) id est non iudicabit d. b. i. i. ad omnia pertinere flagella quia quidem hic flagellis emendantur. alii hic et in eternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt. vel ut iustis merita per patientiam augeantur. ut Job. vel ad custodiam virtutum ne superbia temptet ut paulo. vel ad corrigenda peccata sicut marie lepra. vel ad gloriam dei ut in ceco nato. vel ad initium pene ut herodi. quatinus hic videatur quid in inferno sequatur. Et illud. duplici contritione contere eos domine. Illa quoque auctoritas non cogit nos sentire omnia que temporaliter puniuntur non ulterius punienda a deo. Nam et si super eundem locum ieronimus dicat egyptios et israelitas a deo temporaliter punitos ne in eternum punirentur. Non est tamen de omnibus generaliter intelligendum. ait enim sic. Quod genus humanum diluvio. sodomitas igne. egyptios mari. israelitas in heremo perdidit. Scitote ideo temporaliter suo tempore peccatis punisse ne in eternum puniret. quia non iudicabit d. b. i. i. Qui ergo puniti sunt postea non punientur. Alioquin mentietur scriptura quod nephas est dicere.

Attende lector hiis **que sit intelligentia** adhibita et cave ne de hiis **premissorum** omnibus intelligas generaliter. sed de hiis tantum qui inter ipsa flagella penitentiam egerunt credentes in deum hebreorum. quorum etsi brevem et momentaneam tamen non respuit deus. Qui autem per temporale flagellum non corriguntur. post eternaliter puniendi sunt (per sacramentorum participationem). Quod et ostendit ieronimus agens de fideli deprehenso in adulterio qui decollatur. ubi ostendit levia peccata brevi et temporali supplicio purgari. Magna vero diuturnis eternisque suppliciis reservari ita inquiens. Queratur hic aliquis fidelis deprehensus in adulterio decolletur. quid de eo postea fiat. aut enim punietur et falsum est quod dicitur non iudi. d. b. i. i. et cetera. aut non punietur. et optandum est adulteris ut hic brevi pena puniantur. ut frustrentur cruciatibus eternis. Ad quod dicimus. Omnium

omnium rerum in supplicio quod sancte men-
suras et non preveniunt sententiam iudicis. nec
alii in peccatores exercende de his pene au-
ferunt potestatem et magnum magnis diutur-
nisque cruciatibus. Sicut isti puniuntur sic in-
ille qui in levitico blasfemie maledixerat et qui in
numeri in sabbato ligna collegerat. tales postea
non puniuntur quia culpa levis presenti suppli-
cio compensata fuit. Item levis culpa levi su-
pplicio compensatur. hic satis minuitur gravia
punit. gravi supplicio et futura punienda eter-
naliter. de quibus penitencia non agitur sunt
flagella. levia vero que hic puniuntur levi pe-
na compensationem recipere quod in bonis si
non ambigimus in malis et forte sit ita. Se-
nsiam apparet illud quod illi de prophetia in
dixerunt non facere pro eis qui dicunt ei. qui
crimen sibi reservat de alio veniam postulat
pro penitenciam alias quorum auctores inducunt.
ait item gregorius. pluit enim dominus super unam
civitatem et super alteram non pluit et eandem
civitatem ex parte compluit et ex parte aridam
relinquid. cum ipse qui proximum odit ab
aliis vitiis se corrigit una eademque civitas
ex parte compluitur et ex alia arida remanet. quia sunt quidam qui cum quedam resecent in malis gra-
viter perdurant. Item ambrosius. prima con-
solatio est quod non obliviscitur misereri deus.
secunda per punitionem ubi et si fides desit pena
satisfacit et relevat. Non ne quoque utuntur
dicentes. Si is qui unum peccatum con-
fitetur. altero tacito satisfactionem a sa-
cerdote iniunctam expleverit. numquid
et si peccatum tacitum conversus fuit
confessus pro utroque ei penitencia impo-
netur. Longe hic videtur a ratione et recte
consuetudine. quia pro eodem peccato non tenetur.
nulli bis penitenciam imponit. fuit ergo
illa peccati condigna satisfactio unde et pec-
catum deletum videtur.

His responderi potest quoniam auctoritas illa sic
sic. Illud gregorii. pluit et cetera. premissa
non ad criminis veniam sed ad operis peccati
desertionem referendum est. ut ideo pars civi-
tatis dicatur compluta quia ab actu et
delectatione peccati cui ante serviebat modo
cessat. non quod de illo eius veniam habeat.
pluvia illa vocatur quedam continentia
qua ab opere peccati revocatur. quia ex superno
gratie dono instillatur. id cordi. ut sic paula-
tim ad penitenciam veniat. vel quia ministra
ad puniatur qui dicitur. moram delectati-
one et actu peccati maioris tormentum cu-
mulasset. Si vero ad indulgentiam reatus
pluvia referatur. evangelice sententie obviare
videbitur. si enim secundum illam qua quis fratri iniuriam
animo non miseretur que ei dimissa sunt
replicantur ad penam. multo magis que
nondum sunt dimissa secundum odium statim
ad penam reservari probantur. et si ille qui adulter
bitter sue voluntatis constitutus est. non potest
inchoare novam vitam ut ait augustinus. nisi penitentiam agat
pentecost cum veteris vite. quomodo ad
novitatem indulgentie perveniet qui
odii vetustatem non deposuit. Illud ambrosii
quod ambrosius ait et si fides desit pena satisfacit
et cetera. non de fide intelligitur qua creditur
in deum sed de conscientia delicti. deest ergo
fides cum peccati conscientia non habetur. nam
cum delicta omnia nemo intelligat. est
aliquando in homine peccatum cuius non
habet conscientiam. Unde apostolus. Nichil michi
conscius sum sed non in hoc iustificatus sum. Cum ergo fla-
gellatur quis pro peccatis quorum non est conscius. si patienter fert penam et humiliter
amplectitur cogitans peccatum se forte
habere quod non intelligit et pro eo puni-
ri adeo pena illa satisfacit et relevat gra-
vatum. Illud autem quod hic obicitur de
satisfactione illa si satisfactio non fuit

tamen imponenda: si vero tamen non est imponenda satisfactio fuit, [si satisfactio fuit] veniam impetravit. Ad quod responderi potest: satisfactionem non fuisse quia ille dignos fructus penitencie non fecit. Est enim satisfactio penitencie ut ait Aug. peccatorum causas excidere nec suggestionibus eorum aditum indulgere. Eidem sane qui [scelerate] sceleste vivunt non curant talem vitam moresque corrigere et inter ipsa facinora sua orationes et elemosinas frequentare non cessant, frustra ideo sibi blandiuntur quia dominus ait date elemosinam et omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat non intelligunt. Multa enim genera elemosinarum que cum facimus adiuvamur. Non solum enim qui dat esurienti, qui emendat aliquem in quem ei potestas datur vel coercet aliqua disciplina vel orat ut ei dimittatur peccatum, elemosinam dat, quia misericordiam prestat. Multa enim bona prestantur invitis quando eorum consulitur [utilitati et non] voluntati secundum vos. Sed ea tamen maior est qua ex toto corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benivolum qui nichil tibi malum [fecit] intulit, et si per se faceret semper bonum vel facias quod possis. Quod ergo dominus ait: Date elemosinam etc. id est ne intellectui sinimus ut non credentibus in Christum munda sint omnia si elemosinas istas dederint, qui vult ordinate dare elemosinam a se debet primum incipere et eam sibi primum dare. Est enim elemosina opus misericordie verissime [dicente] miserere anime tue placens deo. Non ergo se fallant qui per elemosinas largissimas fructuum suorum vel pecunie [uni] inpunitatem se emere estimant in peccatis permanendo, que ita diligunt ut in eis optent inveterari. Qui vero diligit iniquitatem odit animam suam et qui odit animam suam non est ei misericors sed crudelis. Diligendo quippe eam secundum seculum odit secundum deum. Si vult dare ei elemosinam per quam sit munda, odiat seculum et diligat eam secundum deum. Hec elemosina qua homo [sibi] primitus subvenire debet, munda mundamur interiora. Ad quod ostendendum Christus ait, quoniam de hiis que intus sunt. In inmundis etc. nichil est mundum sed polluta sunt eorum mens et conscientia ut ait apostolus. In mundi vero utique sunt omnes quos non mundat fides que credunt in Christum de qua scriptum est: mundans fide corda eorum. Sed ne istas elemosinas que fiunt de fructibus terre respuere Christus videretur hoc ideo oportuit facere id est iudicium et caritatem et illa non omittere id est elemosinas fructuum terrenorum. Ex hiis datur intelligi quod in peccato mortali permanentes etsi elemosinas largas faciant non tamen peccatis satisfaciant. Quia inordinate agunt dum a se non incipiunt. Nec ipsis dicitur elemosina tale obsequium sibi ipsi infideles existunt non placentes deo. Non ergo dicenda illa peccati satisfactio quamvis agit pro uno [peccato] dum perdurat in altero. Quia non prodest ieiunare et orare et alia bona agere [nisi mens revocetur] nisi mens ab iniquitate revocetur. Si aliquando cum [illo] unius tantum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de utroque imponenda est ei satisfactio, quia de primo condignam non satisfecit.

Quibusdam videtur secundum quosdam non fuisse satisfactio sed fuit satisfactio infructuosa dum in peccato persistit. Ab eo [tempore] autem fructus eius incipient quo persistere cum peccati abrenuntiat penitentie. Tunc enim utriusque peccatum dimittitur et satisfactio precedens vivificatur que fuerat mortua, sicut baptismus illi qui ficte accedit per penitentiam. Et huius opinionis [munimentum] auctores inducunt. Ait enim Aug.: pium est credere et ita fides hoc expostulat ut cum gratia dei in homine mala destruxerit pora et remuneret bona et cum destruit quod suum non invenit bonum quod

diligit in peccante plantavit. Unde Ieronimus: Si aliquem
videris inter multa peccata facere quedam que iusta
opera, non est tam iniustus deus ut propter multa
mala obliviscatur paucorum bonorum.
Faciet eum metere et in horrea congregare
que in bona terra seminavit. Sed hic dictum in-
telligimus de illo qui in caritate quodam tempore bo-
na faciat et bonus est: alio vero tempore malus
est et multa facit peccata. Non ergo intelligendum
est inter multa mala peccata iusta opera fecisse,
quasi sint eodem tempore facta peccata et
iusta opera, sed diversis temporibus utraque fecisse.
Non enim bonus foret qui bona fecit, nec sanasse
diceretur inter bona. Destructis ergo malis
post opera bona commissis, priora bona in caritate
facta que sequentia mala mortificaverant,
penitencia de illis malis habita vivificantur
et remanent. Unde apostolus: Iacientes fundamentum
penitencie ab operibus mortuis. Opera mortua
nominans priora bona, sicut quidam putant, que per sequens pec-
catum erant mortua, quia homines peccando
priora bona irrita fecerunt. Et sicut peccando
fiunt irrita, ita per penitenciam reviviscunt,
et ad meritum eternitatis proficere incipiunt.
Similiter et illud bonum amat deus quod
plantavit in peccante, in illo scilicet qui post in bo-
num peccavit. Nec simul peccans et bene
operans extitit, quia talis hominis opus
non diligeret deus ad remuneracionem.
Potest et de bonis operibus que ab aliquo fi-
unt, dum malus est et in mortali peccato existit, vel ad
tempus vel usque in finem, que dicuntur a deo
remunerari et non dari oblivioni, non quod
proficiant ad vitam eternam optinendam,
sed ad tollerabilius extremi iudicii senten-
ciam. Unde sicut de fide et ceteris que sine caritate
habentur Augustinus ait: Si quis non habens caritatem
que pertinet ad unitatem spiritus et vinculum
pacis quo ecclesia connectitur, in alio scismate con-
stitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes,
famem, persecutionem vel flammas vel bes-
tias vel ipsam crucem timore gehenne, nullo
modo culpanda sunt ista, immo et hec lau-
danda est pacientia. Non enim poterimus dicere
melius ei fuisse ut Christum negando nichil e-
orum pateretur que passus est confitendo. Sed
existimandum est forte tollerabilius
ei futurum iudicium quam si Christum negan-
do nichil eorum pateretur, ut illud quod ait
apostolus: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem
non habeam, nichil prodest. Nichil prodesse ibi intelligitur ad reg-
num optinendum, non ad extremi iudicii tollerabilius
supplicium subeundum. Et infra: Hec propter caritatis
scisma dicta sunt, non quia in nobis non potest
esse illa penitencia quam in bonis caritas
est que tollerat omnia. *Perstringit doctorum summam ut addat alia*

Ex his ostenditur
bona que sine caritate
fiunt prodesse quidem ad tollerabiliorem
penam sentiendam, sed non ad vitam opti-
nendam. Illa vero que in caritate quis facit,
si postea lapsus fuerit nec resurrexerit, non esse
in memoria dei. Ezechiel dicit: Si averterit
se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem,
numquid vivet? Omnes iusticie eius quas
fecerat non recordabuntur. In peccato
suo morietur et non erunt in memoria
iusticie quas fecit. In cuius loci expositio-
ne Gregorius ait: Hoc nobis considerandum est maxi-
me, quia cum mala committimus sine
causa ad memoriam transacta bona redu-
cimus, quoniam in perpetratione malorum
nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum.
Intelligendum est hec ad vitam percipiendam
bona preterita non dare fiduciam, et si ad miti-
orem penam. Alioquin premisse auctoritati
Augustini obviaret. Et bona ergo sine caritate facta
et bona in caritate facta que committit mor-
talis culpa quam non delet sequens penitencia, ad
sensum mitioris pene proficiunt, non ad vite

structum. aliis inducit auctoritates contra eos qui dicunt
Satis arbitror de uno peccato penitentiam agi et aliis retento
Sollicite responsum quam asserimus de uno
crimine penitentiam agi et ueniam pecca
ri. alio tamen in delectatione retento. uel per
confessionem non exposito. Qui non in
premissis auctoritatibus confitentur sibi obiectus
ut ait augustinus. Sunt plures quos penitet pec
casse. sed tamen omnino reseruantes sibi quedam
in quibus delectentur. non animaduertentes
dominum simul mutum et surdum li
berasse a demonio. Per hoc docet nos numquam
nisi de omnibus mortalibus sanari. Si
enim peccata uellet excepto reseruare. ha
bentem .vii. demonia perficere potuit.
vi. expulisset. Expulit autem .vii. ut omnia
crimina simul eicienda doceret. legionem
ab demonium ab alio eiciens nullum
de omnibus qui liberatum possideret. oste
dens quod si peccata sint .m. mille. oportet de omnibus
penitere. numquam aliquem sanauit do
minus quem non omnino liberauit.
Totum enim hominem sanauit in sabbato
quia et corpus ab omni infirmitate et ani
mam ab omni contagione indicans pe
nitentem oportere simul de omni crimine
dolere. Scio enim dominum inimicum
criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat
de alio recipiet ueniam. Sine amore dei
consequeretur ueniam sine quo nemo umquam
inuenit gratiam. hostis dei est dum pec
cat perseuerant. Quedam enim impie
tas infidelitatis est ab illo qui iustus est
dimidiam sperare ueniam. Iam enim
sine uera penitentia inueniet gratiam.
pena enim uera ad baptismi puritatem co
natur ducere. Recte enim penitens quic
quid sordis post purificationem contraxit.
oportet ut abluat saltem lacrimis tinctus.
sed tamen durus est cuius mentis dolorem
oculi non declarant. Sed sciat se culpabili
ter dolere qui defleret dampna temporis uel
mortem amici et dolorem peccati non os
tendit in lacrimis. Quem ergo penitet omni
no peniteat. Item penitentes sine estis
penitentes et non estis irridentes. mutate
uitam et reconciliamini deo. penitenciam
agis genua figis et tamen rides. Hominibus
diam detegere penitens et si quod penitet tur
facias que male fecisti si fecisse penitet. Si
penitenciam agis penitet te. si non peni
tet noli facere. si adhuc facis non es te pe
nitens. Item innocentius. Admonemus
fratres nostros ne falsis penitentiis laicorum
animas decipi et in infernum pertrahi paciantur.
Falsam autem penitentiam esse constat cum spre
tis plurimis de uno solo agitur peniten
cia. uel cum sic agitur de uno ut non disce
datur ab alio. De uera penitencia ut
ex premissis addit quedam.
Perspicua fit notitia uere pene et sa
tisfactionis. Illa enim nam que peccata
abolet quia illa sola facit quod scelus corrigat
illa uero scelus corrigit quod odium criminis
commissi et committendi cum desiderio sa
tisfaciendi affert. Iudas enim penituisse le
gitur sed in affectione ueniae quia talis pe
nitentia non correxit crimen. Unde ieronimus
Ricti iudas profuit egisse penitentiam per
quam scelus corrigere non potuit. si quis frater
peccat in fratrem ut emendare ualeat quod
peccauit. potest ei dimitti. sin autem permanent
opera et iustitia uoce assumitur
penitencia. hoc est quod de eo dicitur et oratio eius
fiat in peccatum ut non solum emen
dare nequiuerit proditionis nefas. sed
et proprii homicidii scelus addidit. Caue quis ter
intelligat illud ut emendare non ualeret
aliquis peccatum et cetera. non enim emendacio hic intelli
genda est rei dempte recompensatio. sed

retento (left margin: ?)
relicto penite (margin)
in alia (margin)

te non penitet es. Si ergo penitet te quia male fecisti si fecisse penitet (margin)

delicti expiratio et abominatio cum satis
factionis desiderio. Remittitur enim iniuste
quis alicui quod restituere non valet ut
oculum vel vitam et huiusmodi et si peni
tuit peccati cum amore condigne satisfactio
nis veniam habet. nec ideo quisquam putet qui
rem alienam iniuste abstulit quam red
dere potest de illo peccato penitere ac ve
niam consequi nisi restituerit ablatum.
Augustinus. Si enim res aliena propter quam peccatum est non red
ditur si reddi potest non agitur penite
ncia sed fingitur. De tribus que in penitentia

D XVI

perfectione attenduntur. Consideranda sunt
penitencie tria observanda sunt. compunc
tio cordis. confessio oris. satisfactio operis.
Unde Iohannes os aureum. Perfecta penitencia co
git peccatorem omnia libenter ferre in
corde eius contritio. in ore confessio. in ope
re tota humilitas. Hec est fructifera penitencia
ut sicut tribus modis dominum offendimus
ita tribus modis satisfaciamus. scilicet cor
de ore manu. Sunt enim peccati tres differentie
ut ait Augustinus. Et in corde et in facto et in con
suetudine velut tribus tamquam tres mortes. Una
quasi in domo. scilicet cum in corde consentitur
libidini. Altera quasi prolata iam extra portam
cum in factum procedit assensio. Tercia
cum male consuetudinis tamquam mole
premitur animus velut noxie defensionis
clipeo armatur quasi in sepulcro iam pu
trescens. Hec sunt tria genera mortuorum
que dominus legitur suscitasse. Huic gene
ri triplici remedio occurritur contritione. con
fessione. satisfactione. Compunctio com
datur nobis ibi. Scindite corda vestra et non
vestimenta vestra. Confessio accusatorum suis. Sicut est enim confessio
fitetur qui se accusat qui exsecrando ma
lum sibi imputat ibi. Effundite coram
illo corda vestra et cetera. Confitemini. ait propheta.
Satisfactio a Iohanne precipitur ubi ait facite

dignos fructus penitencie ut secundum qualita
tem et quantitatem culpe sit qualitas et
quantitas pene. Non enim par debet esse
boni fructus operis eius qui nichil vel
minus peccavit et eius qui graviter cecidit. Ideo
discretio penitenti valde necessaria est
ut illa que Augustinus tradit dicens. Consi
deret qualitatem criminis. In loco. In
tempore. In perseverantia. In varieta
te persone et quali hoc fecerit temptatione
et impulsus vicii multiplici executione.
Oportet enim penitere fornicantem secundum
excellenciam sui status vel officii vel secundum — *modum*
meretricis et in modo operis sui et qualiter
turpitudinem egit. Si in loco sacro vel tempore
orationi constituto ut sunt festivitates
et tempora ieiunii. Consideret quantum per
severaverit et defleat quia perseveranter
peccavit et quanta fuit victus impugnati
one. Sunt enim qui non solum non vin
cuntur sed ultro se peccato offerunt. Non
expectant temptationem sed preveniunt
voluptatem et pertractet secum quam mul
tiplici actione vicii delectabiliter pec
cavit. Omnis ista varietas confitenda
est et deflenda ut cum cognoverit quod pec
catum est cito inveniat deum propicium.
In cognoscendo augmentum peccati inveniat
cuius etatis fuerit cuius sapientie
et ordinis. Immoretur in singulis istis
et senciat modum criminis purgans
lacrimis omnem qualitatem vicii. De
fleat virtutem qua interim caruit.
Dolendum est enim non solum quod
peccavit sed quia virtute se privavit.
Defleat etiam quoniam offendens in uno factus
est omnium reus. Ingratus enim exsti
tit qui plenus virtutibus dominum omnino
non timuit. In hoc enim quisque pecca
tor fit culpabilior quo deo acceptior. Ideo

enim adam post peccatum omni bono habitaverit. Alio autem modo offendens summo iudicio ponat se omnino in iudicio et potestate sacerdotis, nichil sibi reservans sibi, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita anime que faceret pro evidenda corporis morte. Et hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet inmortalis futurus que faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur deum. Offerat deo mentem et cordis contricionem. Deinde et quod potest de possessione, tunc quod offerat securus offerat. Respexit dominus ad abel et ad munera eius. In iudicio enim cordis conferenda est elemosina tribuentis. Nec considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Qui ergo peccata sua redimere vult temporalium oblatione, primus offerat mentem. Caveat ne verecundia ductus dividat apud se confessionem, ut diversis diversa sacerdotibus velit manifestare. Quidam enim uni celant que alteri manifestanda conservant, quod est se laudare et ad ypocrisim tendere et semper venia carere ad quam per frusta putant pervenire. Caveat autem ne prius ad dominicum corpus accedat quam confortetur bona conscientia et doleat quod nondum audeat sumere quod multum desiderat cibum salutarem. Cohibeat se a ludis et a spectaculis seculi qui perfectam vult consequi remissionis graciam. Isti sunt digni fructus penitencie animam captivam elaqueantes et in libertatem revocantes et iustificantes. Querat animam fructus et si non dignos penitencie. Sunt enim digni fructus inicium peccatorum qui non sufficiunt penitentibus. Penitencia enim graviores postulat, ut dolore et gemitibus mortuus impetret vitam. Ex hiis ostenditur qui sunt digni fructus penitencie quibus vera satisfactio expletur, et quod non omnes digni fructus sunt fructus digni penitencie. Unde de illa penitencia intelligitur que maior est criminum. Non enim sufficiunt graviter delinquentibus que sufficiunt minus vel parum peccantibus. Que sit falsa satisfactio.

Et sicut sunt digni fructus penitencie ac vera satisfactio, ita et indigni fructus et falsa satisfactio, id est falsa penitencia. Unde Gregorius: Falsas penitencias dicimus que non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles vel negociatorum vel alicui officio deditus quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad penitenciam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram penitenciam non posse peragere, nisi negocium relinquat vel officium deserat et odium ex corde dimittat et bona que iniuste abstulit restituat. Ne tamen desperet. Interim quicquid boni facere potest hortamur ut faciat, ut deus cor illius illustret ad penitenciam. Cum sit penitencia interior et exterior, de utraque per premissa satis apparet que sit vera et que falsa. De tribus actionibus penitentie.

Predictis vero adiciendum interest quod tribus modis agitur penitencia: ante baptismum, scilicet de prioribus peccatis; post baptismum, de gravioribus peccatis que post committuntur. Est penitencia venialium cotidiana que est humiliatorum et perfectiorum. Unde Augustinus: Tres sunt actiones penitentie, quas mecum vestra eruditio recognoscat

vita: que novum hominem parturit con-
summato baptismo omnium fiat obliga-
cio peccatorum quia nullus sue voluntatis arbitrio
iam penitet eum veteris vite novam
inchoare potest. Ad penitenciam parvuli sunt
immunes cum baptizantur quia non dum
possunt uti libero arbitrio quibus tamen ad re-
missionem originalis peccati prodest eorum fi-
des a quibus offeruntur. Altera est accio pe-
nitencie post baptismum que fit vel pro peccatis
que legis decalogus continet. Augustinus. Ho-
mines penitenciam ante baptismum de prio-
ribus peccatis suis agunt ita tamen ut et baptizentur ut Pe-
trus ait. Agite penitenciam et baptizetur
unusquisque vestrum in nomine domini. Agunt et
penitenciam si post baptismum ita peccaverint
ut excommunicari et reconciliari postea
mereantur. Est et penitencia bonorum
et humilium fidelium pena cotidiana
in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte
nobis debita nostra etc. Neque enim ea dimitti nobis volu-
mus que dimissa in baptismo non dubita-
mus. Sed illa que humane fragilitati quamvis
parva tamen crebra subrepunt que si collecta contra
nos fuerint ita nos gravabunt et oppriment
sicut unum grande peccatum. Quid enim interest
ad naufragium an uno grandi fluctu
navis operiatur et obruatur an paulatim
subrepens aqua in sentinam et per negligenciam
derelictam impleat navem et submergatur.
Ideo ieiunium et elemosine et orationes sedule
invigilent in quibus cum dicimus. Dimit-
te nobis etc. manifestamus nos habere quod
nobis dimittatur et in his verbis humili-
antes animas nostras cotidianam agere
penitenciam non cessamus. De satisfactione venialium.

Que autem pro venialibus venialium
satisfactio sit sufficiens Augustinus in-
sinuat in quiens in Encheridion. De cotidi-
anis et brevibus levibusque peccatis sine
quibus hec vita non ducitur cotidiana
oracio fidelium satisfaciat. Eorum enim
est dicere pater noster qui es in celis. Delet
omnino hec oracio minima peccata. Delet
et illa a quibus fidelium vita etiam scelerate
gesta sed penitendo in melius commutata
discedit. Sicut veraciter dicitur dimitte
nobis debita nostra ita veraciter dicatur
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, id est si fiat quod
dicitur quia et ipsa elemosina est veni-
am petentibus omnino ignoscere. Ex
hiis aliisque premissis iam facile est intel-
ligere que pro venialibus sit facienda satis-
factio. Sufficit enim dominica oracio
cum ieiunio aliquo et elemosinis sic
tamen ut precedat contricio aliquantula et
addatur confessio si adsit facultas de
qua confessione postea tractabitur.
Pro gravioribus vero peccatis et huius satisfac-
tione adhibenda sunt contricio ele-
mosina ieiunium simul multo vehemencius
atque districtius quia ut ait Augustinus ad agendam
penitenciam non sufficit mores in melius
commutare et a malis factis recedere nisi et
de hiis que facta sunt satisfaciat domino
per penitencie dolorem per humilitatis gemi-
tum per contricionem cordis sacrificium
cooperantibus elemosinis. Tria ponuntur querenda.

CA. XVII

Primum an sine confessione dimittatur peccatum.

Hic oritur questio multiplex. Primo enim queritur
utrum absque satisfactione per solam cor-
dis contricionem peccatum alicui dimit-
tatur. Secundo an alicui sufficiat confiteri
deo sine sacerdote. Tercio an laico fideli facta
valeat confessio. In hiis enim docti etiam
diversa sentire inveniuntur quia super
hiis varia ac pene diversa tradidisse in-
veniuntur doctores. Dicunt enim sine con-
fessione oris et satisfactione operis ne-
minem a peccato mundari si tempus

faciendi illam habuit. Alii non ante oris confessionem in cordis contritione peccatum dimitti a deo tamen votum habeat confitendi. Unde propheta: Dixi confitebor adversum me iniustitiam meam etc. Quod exponens Cassiodorus ait: Dixi, id est apud me deliberavi quod confitebor, et tu remisisti etc. Magna pietas dei, quod ad solam promissionem peccatum dimisit. Votum enim pro operatione iudicatur. Item Aug.: Nondum pronuntiat, se pronuntiaturum promittit, et deus dimittit, quia hoc ipsum dicere quoddam pronuntiare est corde. Nondum est vox in ore ut homo audiat confessionem, et deus audit. Item: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Item legitur: Quacumque hora peccator conversus fuerit et conversus ingemuerit. Unde datur intelligi quod etiam ante oris confessionem veniam aliquando consequimur. Hinc est quod leprosi illi quibus dominus precepit ut ostenderent se sacerdotibus in itinere antequam venirent ad sacerdotes mundati sunt. Ex quo insinuatur quod antequam sacerdotibus ora nostra aperiamus, id est peccata confiteamur, a lepra peccati mundamur. Lazarus vero non prius de monumento est eductus et post a domino suscitatus, sed intus suscitatus prodiit foras vivus, ut ostenderet suscitationem animae precedere confessionem. Nemo enim potest confiteri nisi suscitatus, quia a mortuo illo qui non est perit confessio. Stultus est qui confitetur nisi resuscitatus. Nemo vero resuscitatur nisi qui a peccato solvitur, quia peccatum mors animae est; quae ut est vita corporis, ita et vita eius deus. His aliisque pluribus auctoritatibus probatur ante confessionem sola contritione peccatum dimitti. Quas qui negant eas determinare laborant, nec non in huius sententiae depositionem et suae opinionis assertionem auctorum testimonia inducunt.

Ait dominus per Ysaiam: Dic tu iniquitates tuas ut iustificeris. Item Ambrosius: Non potest quisquam iustificari a peccato nisi fuerit ante peccatum confessus. Item: Confessio animam a morte liberat, confessio aperit paradisum, confessio spem salutis tribuit, quia non meretur iustificari qui in vita sua peccatum non vult confiteri. Illa confessio nos liberat quae fit cum penitencia. Penitencia vera est dolor cordis et amaritudo animae pro malis quae quis commisit. Item Iohannes: Non potest quisquam gratiam percipere nisi purgatus fuerit ab omni peccato per penitentiae confessionem vel per baptismum. Item Aug.: Agite penitentiam qualis agitur in ecclesia. Nemo dicat sibi: occulte ago, apud deum ago; novit deus qui michi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quaecumque solveritis in terra erunt soluta et in celis? Ergo sine causa claves datae sunt ecclesiae? Frustramus verbum dei. Iob dicit: Si erubui in conspectu populi peccata mea confiteri. Item Ambrosius: Veniale est illa pena quam sequitur confessio delictorum. Item Aug. super illum locum: Non absorbeat me profundum neque urgeat super me puteus etc. Puteus est profunditas iniquitatis, in quam si incideris non claudet super te os suum, si tu non claudis ostium. Confitere ergo et dic: De profundis clamavi etc., et evades. Claudit super illum qui in profundo contempnit. A quo mortuo velud qui non sit perit confessio. Idem: Nullus debite gravioris penae accipit veniam nisi qualemcumque, etsi longe minorem quam debeat, solverit penam. Ita enim impertitur a deo largitas misericordiae ut non relinquatur iustitia disciplinae. Item Ier.: Qui peccator est plangat delicta sua et populi et ingrediatur ecclesiam de qua per peccata fuerat egressus, et dormiat in sacco ut pristinas delicias per quas deum offenderat

compenset austeritate iudic(is). His aliis q(ue) au
ctoritatibus nituntur asserere sine confessio
ne oris (et) alia solucione pene neminem a
peccato mundari. cui sententie potius co

Quo q(uia) sciendum est. sentiendum est
P(ro) his quod tenendum. Sane quod
sine confessione oris (et) solucione pene exterio
ris peccata delentur p(er) contricionem et
humilitatem cordis. Ex quo enim proponit
mente compunctus se confessurum deus di
mittit q(ui)a ibi est confessio cordis (et) si non oris.
p(er) quam anima interius mundatur a macu
la (et) contagio peccati commissi (et) debitum eter
ne mortis relaxatur. Illa g(ra)c(ia) que superius
dicta sunt de confessione (et) penitencia vel
ad confessionem cordis vel ad interiorem
penam referenda sunt. Sed illud Aug(ustini). Nemo
nullus dicitur veniam consequi nisi p(ri)us q(uan)tulam
cu(m)q(ue) pecc(at)i solverit penam. vel de exteriori acci
pienda sunt (et) ad contempnentes (et) negli
gentes referenda sunt. sicut illud. Nemo dicat
occulte ago (et)c. Non nulli enim multa pec
cata confiteri negligunt vel erubescunt
(et) ideo non merentur iustificari. Sicut enim
precepta est nobis interior penitencia ita (et)
oris confessio (et) exterior satisfactio si adsit
facultas. Unde nec vere penitens est qui
confessionis votum non habet. Et sic peccati re
missio munus dei est. Sed penitencia (et) con
fessio p(er) quam peccatum delet(ur) non potest
esse nisi a deo. Unde Augustinus. Iam inquit donum
sp(iritu)s s(an)c(t)i habet qui confitetur (et) penitet. quia non
potest esse confessio pecc(at)i (et) punicio in homine
ex se ipso. Cum enim irascitur sibi quisque et
displicet sine dono sp(iritu)s s(an)c(t)i non est. Oportet
penitentem igitur confiteri si tempus habet.
tamen antequam sit confessio in ore si votum
sit in corde prestatur ei remissio. Si sufficit
In secunde questionis deo confiteri peccata.
articulum inspiciamus. s. utrum sufficiat

confiteri peccata soli deo. an oportet confi
teri sacerdoti. Quibusdam videtur sufficere
si soli deo fiat confessio sine iudicio sacerdo
tali (et) confessione ecclesie. Quia David dixit. Dixi
confitebor (et)c. Non ait sacerdoti (et) tamen remis
sum sibi dicit peccatum. Item Ambrosius. Ideo fle
vit Petrus quia culpa obrepsit ei. Non in
venio quid dixerit. Invenio quod flevit. Lacri
mas eius lego. satisfactionem non lego. Sed
quod defendi non potest. ablui potest. Lavant lacri
me delictum quod voce pudor est confiteri.
(et) venie fletus consulunt (et) verecundie. Sed
idem Maximus episcopus dicit. Sic Iohannes Crisostomus.
non tibi dico ut te prodas in publicum. neque apud
alios te accuses. Sed obedire volo te prophete
dicenti. Revela viam tuam ante domi
num. Igitur confitere peccata tua ante verum
iudicem. Cum oratione delicta tua pronuncia
non lingua. sed conscientie tue memoria (et)
tunc demum spera te veniam posse con
sequi. Si habueris peccata tua in mente continue
numquam malum adversus proximum tuum
in corde tuo tenebis. Sic dicito peccata tua ut
deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere illa. di
cito cotidie ea in anima tua. Non dico
ut confitearis ea conservo tuo. ut tibi exp
bret. dicito deo qui curat ea. Nec enim si non
dixeris ignorat ea. cum faciebas ea presto erat.
cum admitteres ea cognoverat. Sed nunc que
vult ea a te cognoscere. Cum peccare non e
rubuisti. confiteri erubescis. Dicito in hac vita
ut in alia remedium habeas. dicito ingemis
cens (et) lacrimans. In codice scripta sunt pec
cata. spongia peccatorum tuorum lacrime
tue sint. Sic et Prosper. Illi quorum peccata humanam
noticiam latent non ab ipsis confessa nec
ab aliis publicata. si ea confiteri vel emendare
noluerint. deum quem habent testem ipsum
(et) habituri sunt punitorem. Et si sui ipsi
iudices fiant (et) veluti sue iniquitatis

uitores. Hec in se uoluntariam penam seue
rissime animaduersionis exerceant temporibus
penis mutabunt eterna supplicia et lacrimis ex
uera cordis contritione fluentibus restringunt
eterni ignis incendia et inferni. Facilius enim deum
placabunt illi qui aut spontaneis confessionibus
crimen produnt aut nescientibus aliis ipsi
in se uoluntarie excommunicationis sententiam ferunt.
et ab altari cui ministrabant non animo sed
officio separati uitam suam quasi mortuam
plangunt. certi reconciliati sibi efficacis peni
tencie fructibus a deo non solum amissa re
cipiant sed et superne ciuitatis gaudia perci
piant. Hiis auctoribus munitur qui sufficere
putant sine sacerdote deo peccata confiteri. Dicit
enim quod siquis timens detegi culpam suam
apud homines ne inde obprobrium habeat. et alii suo
exemplo ad peccandum attingantur. et
ideo taceat hominibus et reuelet deo consequitur
ueniam. Quod non sufficit soli deo confiteri sed etiam homi

nibus quod sacerdotibus confiteri

Oportet non solum illa auctoritate Iacobi.
Confitemini al. p. u. et cetera. sed et aliorum pluribus
testimoniis completur. Ait enim Augustinus. Iudicet
se homo uoluntate dum potest et mores con
uertat in melius ne cum iam non poterit preter
uoluntatem a domino iudicetur. et cum in se
protulerit seuerissime. sed tamen utilissime sententiam
ueniat ad antistites per quos illi claues ecclesie
ministrantur. tamquam bonus iam incipiens esse
filius materni membrorum ordine custodito.
et a prepositis sacramentorum accipiat satisfacti
onis sue modum in offerendo sacrificio contri
bulati cordis deuotus et supplex. id tamen agat.
quod non solum sibi prosit ad salutem sed et ceteris
ad exemplum. ut si peccatum eius non in
ingenti eius malo sed et in tanto scandalo ali
is est. atque hoc expedire utilitati ecclesie uidetur.
antistiti in noticiam multorum uel totius plebis
agere penitenciam non recuset. ne letali pla
ge per pudorem addat tumorem. Idem cum
tanta est plaga peccati et impetus morbi ut me
dicamenta corporis et sanguinis domini differen
da sint auctoritate antistitis debet se quis remouere ab
altari ad agendam penitenciam et eadem reconci
liari. Item leo. Multiplex misericordia dei
in lapsibus humanis subuenit ut non modo per
baptismi gratiam sed et per penitenciam spes uite repararetur.
sic diuine uoluntatis presidiis ordinatis ut in
dulgenciam dei nisi supplicationibus sacerdotum
nequeant optinere. Christus enim hanc prepositis
ecclesie tradidit potestatem ut confitentibus
penitencie satisfactionem darent et eosdem salu
bri satisfactione purgatos ad communionem
sacramentorum per ianuam reconciliationis
admitterent. Item aug. Quem penitet omnino
peniteat et dolorem lacrimis ostendat. representet
uitam suam deo per sacerdotem preueniat iudi
cium dei per confessionem. Precepit enim dominus
mundandis ut ostenderent ora sacerdotibus docens
corporali presencia peccata confitenda non per scriptum
manifestanda. Dixit enim quod monstrate et omnis et non
unus per omnibus non alium statuatis nuncium
qui pro uobis offerat munus ad moysen statuimus.
sed qui per uos peccastis per uos erubescatis. Eru
bescencia enim ipsa partem habet remissionis
ex misericordia enim hoc precepit dominus ut
nemo peniteret in occulto. In hoc enim quod
per se ipsum dicit sacerdoti erubescenciam
uincit timore offensi fit uenia criminis. fit
enim ueniale per confessionem quod criminale erat
in operatione. et si non statim purgatur
fit tamen ueniale quod commiserat mortale. Mul
tum enim satisfactionis optulit qui erubescen
cie dominans nichil eorum que commisit nuncio
dei negauit. Deus enim qui misericors et iustus
est sicut seruat misericordiam in iusticia ita
iusticiam seruat in misericordia. Opus
enim misericordie est peccanti peccata di
mittere. Sed oportet ut iustus misereatur iuste.

Consideret enim si dignus est non dico iustitia sed misericordia. Iustitia enim sola damnat. Sed dignus est misericordia qui spirituali labore gratiam querit. Laborat enim mens patiendo erubescentiam; et quoniam verecundia magna est pena, qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia. Unde patet quod quanto pluribus confitebitur sacerdotibus in spe venie turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam proficere poterunt, plus confitentibus parcere. Item Leo papa. Quamvis plenitudo fidei videatur esse laudabilis, qui propter dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata ut ea que penitenciam poscunt non timeant publicare, removeatur improbabilis consuetudo, ne multi a penitencie remediis arceantur, dum aut erubescunt aut timent inimicis sua facta reserare, quibus possint legum percelli constitutione. Sufficit enim confessio que primum deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedat. Plures enim tunc ad penitenciam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur penitencia confitentis. Ex his aliisque pluribus indubitanter ostenditur oportere deo primum et deinde sacerdoti offerre confessionem, nec aliter posse perveniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas. De tercio articulo an sufficiat confiteri laico.

Nunc postquam premissis auctoritatibus que sibi contradicere videntur respondeamus, terciam questionem intueamur. Que secunda questio continebat, scilicet an sine confessione et iudicio sacerdotis soli deo confiteri sufficeret, expeditum est et certificatum premissis testimoniis quod non sufficit confiteri deo sine sacerdote, nec est vere humilis et penitens si non desiderat sacerdotis iudicium et requirit. Sed numquid eque valet confiteri alicui socio vel proximo suo, si desit sacerdos? Sane ad hoc dici potest quod sacerdotis examen requirendum est studiose, quia sacerdotibus concessit deus potestatem ligandi et solvendi, et ideo quibus ipsi dimittunt et dimittit deus. Si tamen defuerit sacerdos, socio vel proximo facienda est confessio. Sed curet quisque sacerdotem querere qui sciat ligare et solvere. Talem enim oportet esse qui aliorum crimina iudicat. Unde Augustinus. Qui vult confiteri sua ut inveniat gratiam, querat sacerdotem qui sciat ligare et solvere, ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab eo qui eum misericorditer monet et petit, ne ambo in foveam cadant quam stultus evitare noluit. Tanta itaque vis confessionis est ut si deest sacerdos confiteatur proximo. Sepe enim contingit quod penitens non potest verecundari coram sacerdote quem desideranti nec tempus nec locus offert; et si ille cui confitebitur potestatem solvendi non habet, fit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis qui crimen confitetur socio. Mundati enim sunt leprosi dum ibant ostendere se sacerdotibus antequam ad eos pervenirent. Unde patet ad deum corde respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotem venire. Sepe quidem eos querunt sani et leti, sed dum querunt antequam ad eos veniant moriuntur. Sed misericordia dei ubique est, qui et iustis parcere novit, et si non tam cito sicut si solverentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur sacerdoti meliori quam potest confiteatur. Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in noticiam sacerdotis. Nam in resuscitatione puelle pauci interfuerunt qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam elata, nondum extra domum in noticiam portata. Intus resuscitavit quam intus invenit, relictis solis Petro et Iacobo et Iohanne et patre et matre puelle, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesie. Quos autem extra invenit ad mortem ductos et quos suscitavit, flebat turba propter filium vidue. Flevit Martha et Maria supplicantes pro fratre. Flebat turba Mariam secuta. In quo docemur publice peccantibus non privatum sed

ecclesie sufficere meritum. Labor quoque penitentie in ecclesia esse et ad ecclesie unitatem tendere. Si penitentie ecclesie succurrat et quod deest peccatori sua oratione compleat, de manibus inimici sic eripietur anima mortalis. Credendum est enim quod omnis elemosine et orationes ecclesie et opera iustitie et misericordie succurrant recognoscenti mortem suam ad conversionem. Ideo nemo potest digne penitere quem non sustineat unitas ecclesie. Ideo nemo petat sacerdotes per culpam aliquam ab unitate ecclesie divisos. [vel] [epilogus premissa] Ex his satis aperitur et solvitur premisse questionis articulus. Querendum est etiam si sacerdos sapiens et discretus qui cum potestate sit habeat iudicium, quid si forte defuerit confitendum de socio. Beda vero inter confessionem venialium et mortalium distinguit super illum locum [Iacobi ultimo] Confitemini alterutrum peccata vestra. Ait enim coequalibus levia quotidiana, graviora vero sacerdoti pandamus et quanto tempore iusserit purgare curemus. Quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti. Ecce quod graviora coequalibus pandenda sunt cum deest sacerdos et urget periculum. Venialia vero sacerdotis ablata copia licet confiteri coequali sufficit ut quibusdam placet. Si tamen ex contemptu non pretermittatur sacerdos. Tutius tamen est et perfectius utriusque generis peccata sacerdotibus pandere et consilium medicine ab eis querere quibus concessa est potestas solvendi et ligandi. **Capitulum**

quantum sufficiat autem

Cum quoque ex his talibus pluribus testimoniis perspicuum sit et indubitanter constet peccatum primo deo, deinde sacerdoti esse confitendum, et si ipse defuerit, socio, id est Iohannis Chrysostomi sermo videtur non dictum ita intelligendum ut liceat alicui si tempus habeat sacerdoti non confiteri; sed quod sufficiat, si crimen occultum est, soli deo per sacerdotem dicere et semel. Nec oportet multis quod occultum est, quod notavit dicens: Non tibi dico ut te prodas in publicum. Sicut enim publica culpa publico eget remedio, ita occulta secreta confessione et occulta purgatur satisfactione. Nec necesse est ut quod sacerdoti semel confessi sumus iterum confiteamur; sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem id iugiter confiteri debemus. Unde idem Iohannes ait: Nunc autem si recordaris peccatorum tuorum et frequenter ea in conspectu dei pronunties et pro eis deprecaris, citius illa delebis. Si vero obliviscaris eorum, tunc recordaberis nolens quando publicabuntur et proferentur in conspectu omnium inimicorum et amicorum sanctorum angelorum. Item [Ambrosius super Lucam] idem Ambrosius: Lacrime lavant delictum quod voce pudor est confiteri. Non ad publicam penitentiam referendum est; illi enim inter lacrimarum et confessionis ostendens significare voluit quod lacrime occulte et confessio secreta significare voluit. Sic quod sit soli sacerdoti lavant delictum quod pudor est aliquem publice confiteri. Quod si dicit se lacrimas Petri legisse, non confessionem vel satisfactionem, per hoc non excludit illa. [Iohannes ultimo] Contra preceptum sunt facta sunt vel forte nondum facta erat institutio confessionis que modo est. Similiter et idem Prosper: Si sui iudices fiant mutabunt eterna supplicia et idem. Facilius deum placabunt. Sed qui autem propriis confessionibus crimen produnt, aliis nescientibus in se sententiam excommunicationis ferunt, ad publicam confessionem et satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius solvendi atque ligandi deditum est, sicutque suo arbitrio se penitentem excommunicationis sententia ligare et absque sacerdotali iudicio se ipsum deo reconciliare conciliare. Hic quod ecclesie institutioni et consuetudini penitus repugnat. Potius quod si publice peccasti publice confiteri teneris et emenda. Si vero occulte deliquisti, sic non taceas, nec tamen dico ut te publices. Tacentum ...

peccati ex superbia cordis nascitur. Ideo enim pecca-
tum suum quis celat, ne reputetur foris qualem
se iam divino conspectui exhibuit; quod ex fonte
superbie nascitur. Species enim superbie est se vel-
le iustum videri qui peccator est; atque ypocrita
convincitur, qui ad instar primorum parentum
vel tergiversatione verborum peccata sua levigare
contendit, vel sicut Cayn peccatum suum reticendo
supprimere querit. Ubi vero superbia regnat et ypocrisis reg-
nat, humilitas locum non habet; sine humilita-
te vero alicui veniam sperare non licet. Ergo est
tacenti mortalis confessionis non est speranda ve-
nia criminis. Iam vero certissime liquet quod detestabile
sit peccati silencium, et ergo quam sit necessaria con-
fessio. Est enim confessio testimonium con-
sciencie dominum timentis. Qui enim timet
iudicium dei, non erubescit confiteri peccatum.
Perfectus timor solvit omnem pudorem. Confessio
peccati pudorem habet, et ipsa erubescencia est gra-
vis pena. Ideo iubemur confiteri peccata, ut eru-
bescenciam patiamur pro pena. Nam hoc ipsum
est pars divini iudicii. **Ad quid valeat confessio.**

Si vero queritur ad quid valeat
confessio, cum in contricione iam dele-
tum sit peccatum, dicimus quia quedam punicio
peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem
etiam intelligit sacerdos qualiter debeat iudi-
care de crimine. Per eam quoque peccator fit hu-
milior et caucior. **De remissione sacerdotis.**

D. XVIII

Hic queri solet si peccatum sit omnino
dimissum a deo per cordis contricionem,
ex quo penitens votum habuit confiten-
di, quid postea dimittatur ei a sacerdote.
Video propter quo vinculo eum liget, scilicet temporalis
pene, sed non a quo eum absolvat. Et ideo quero:
ante plenitudinem quippe cordis anima-
rei maculam habet et fetorem peccati, atque eter-
ne mortis vinculo ligata existit. Sed vero ante
confessionem per cordis contricionem deus
per se ipsum sine sacerdotis ministerio et debitum

omnino relaxat, et animam interius purgat
a contagio et fetore peccati. Quid ergo mundat quod
dimittit sacerdos? Ubi sunt claves ille quas
dominus tradidit Petro et successoribus eius
dicens: Tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque
ligaveris super terram erit ligatum et in celis,
et quodcumque solveris etc. Ut autem premissa questio
plenius explicari valeat, quasi clavis duc-
tu, de his clavibus et usu earum disseramus.

Claves iste sunt non corporales, **De cla-**
sed spirituales, scilicet discernendi sciencia **vibus.**
et potencia iudicandi, id est ligandi et solvendi,
qua dignos debet recipere, indignos debet
excludere a regno ecclesiasticus iudex. Qui sicut
habet ius ligandi, ita et solvendi. Unde Am-
brosius: Dominus par ius solvendi esse
voluit et ligandi. Hinc et ibi: certum est quod
ecclesie utrumque licet; heresis utrumque non habet.
Ius enim hoc solum permissum est sacerdotibus.
Recte ergo ecclesia hoc sibi vendicat, que veros habet
sacerdotes; heresis vendicare non potest, que
veros sacerdotes non habet. **De usu clavium.**

Usus vero harum clavium
multiplex est: discernere scilicet ligandos vel sol-
vendos, ac deinde ligare vel solvere. Quidam
vero ligat vel solvit indignos, scilicet potestate se
privat, id est dignum privatione se facit. **Si sacer-**

Sed queritur utrum a peccato **dos potest dimittere vel remittere**
valeat sacerdos solvere, id est a culpa vel pena, **peccatum.**
culpe maculam abstergat, vel debitum e-
terne mortis solvere valeat. Quidam
arbitrati sunt, cum peccator dupliciter ligatus
teneatur, ut predictum est, scilicet mentis con-
tagione et cecitate et debito future pene,
alterum curari per deum, alterum solvi per
sacerdotem. Patitur enim per peccatum quas-
dam tenebras interiores et maculas, a
quibus nisi liberetur, proicietur in tenebras
exteriores. Cum autem liberatur ab his, susci-
tatur a morte peccati. Unde apostolus: Surge qui

dormis et illuminabit te christus. Solus enim christus animam suscitat, non sacerdos. Ac pulsis tenebris interioribus et maculis eam illuminat et mundat qui faciem anime laudat. Debitum vero eterne pene solvere concessit sacerdotibus, quod in resurrectione lazari signatum [Ioh. xi.] asserunt. Quem christus per se intus prius vivificavit. Deinde foras exire iussit, eum quem adhuc ligatum solvere precepit apostolis. Qui ut aiunt ipse intus animam a caligine et macula peccati emundat. Sacerdotibus vero vinculum eterne mortis solvere dedit. Aliorum sententia que verior est.

Alii vero dicunt solum deum non sacerdotem debitum eterne mortis dimittere. Sicut et animam per se intus vivificari. Non tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem dimittendi et retinendi peccata, quibus dictum est. Quorum remiseritis peccata et cetera. Sicut enim potestatem baptismi tenuit sibi, ita et penitentie. Et ideo sicut interius animam gratia sua illuminat, ita et simul debitum eterne mortis relaxat. Ipse enim per se ipsum penitentem cum peccata tegit, et tunc tegit quando ad penam reservat. Tunc ergo tegit quando debitum pene solvit. Quod autem ipse tegat aperte dicit aug. exponens illum locum psalmi. Beati quorum tecta sunt peccata, id est cooperta et abolita. Si enim texit deus peccata, noluit advertere; si noluit advertere, noluit animadvertere, id est punire, sed ignoscere. Ita ergo dicit a deo tecta ut deus non videat, id est ut eternaliter non puniat. Videre enim dei peccatum est ad penam imputare. Avertere autem faciem a peccatis hoc est ad penam non reservare. Item Ier. Quibus deus dimittit peccata tegit, ne in iudicio revelentur. Item cassiodorus. Quibus gratia habent peccata, aliis deus imputat, aliam per misericordiam non imputat. Ex his aperte ostenditur quod ipse penitentem solvit a debito pene, et tunc solvit quando intus illuminat inspirando cordis veram contritionem. Cui sententie ratio suffragatur et auctoritates attestantur. Nemo enim de peccato vere compungitur habens cor contritum et humiliatum nisi in caritate. Qui autem habet caritatem dignus est vita. Nemo autem simul dignus est vita et morte. Nemo enim tunc ligatus est debito eterne mortis. Filius enim ire esse desiit ex quo diligere et penitere incepit. Ex tunc ergo solutus est ab ira que non manet super illum qui credit. Non ergo postmodum per sacerdotem cui confitetur ab ira eterna liberatur, a qua iam liberatus est ut per dominum. Ex quo dixit confitebor. Solus ergo deus hominem intus mundat a macula peccati et a debito eterne pene solvit, qui per prophetam [Ys. 43.] ait. Ego solus deleo iniquitates et peccata populi. Item ambrosius. Verbum dei [filius] dimittit peccata. Sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. Idem ille solus dimittit peccata qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item aug. Nemo tollit peccata nisi solus christus qui est agnus tollens [Ioh. 1.] peccata mundi. Tollit autem et dimittendo que facta sunt, et adiuvando ne fiant, et perducendo ad vitam ubi omnino fieri non possunt. His aliisque pluribus quoque testimoniis docetur deum solum per se peccata dimittere, et sicut dimittit quibusdam, ita et aliorum quedam peccata retinere. Quod sacerdotes dimittant peccata et retinent suo modo.

Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi peccata et retinendi, cum hoc in evangelio [Mt. 16. et Ioh. 20.] veritas doceat aperte. Hinc aug. ait. Ecce caritas que per spiritum sanctum diffunditur [Ro. 5.] in cordibus eorum qui participes sunt eius peccata dimittit, eorum qui non sunt tenet. Ideo [aug.] sacerdotes possunt confitentibus parcere. Quibus enim remittunt remittit et deus. Lazarum vero [Ioh. xi.] de monumento suscitatum optulit discipulis solvendum. Per hoc ostendens potestatem

solvendi concessam sacerdotibus. dixit petro. quodcumque
solveris super terram etc. hoc est ego dominus et omnes mi-
litie celestis ordines et omnes sancti in gloria mea
laudant vobiscum et confirmant quos li-
gatis et solvitis. Non dixit quos putatis sol-
vere et ligare. sed in quos exercetis opus iusti-
tie vel misericordie. aliter autem opera vestra
in peccatores non cognosco. Idem veracit-
er ad deum converso peccata dimittun-
tur ab eis dimittuntur. quibus ipse veraci con-
fessione coniungitur spiritus sanctus. a quo dimittitur quibus
datus est omnibus sanctis sibique caritate coheren-
tibus sive se noverint corporaliter sive non. Si-
militer cum alicuius peccata tenentur ab
eis a quibus ille cordis pravitate disiungitur.
sive notus corporaliter sive ignotus. omnes ma-
li spiritualiter ab omnibus se iuncti sunt. Ecce hic dicit
peccata teneri vel dimitti a viris sanctis. et
tamen spiritum sanctum ea dimittere dicit. sed quod maio-
ri consideratione dignum est. Idem et
dicit quod deus per se vel per sanctos suos tantum peccata
dimittit. Ait enim sic sacramentum
gratie dat deus etiam per malos. ipsam vero gratiam
non nisi per se ipsum vel per sanctos suos. et
ideo remissionem peccatorum vel per se
ipsum facit vel per ipsius columbe membra
quibus ait. si cui dimiseritis. dimittentur
etc. Ecce quam varia super his auctoribus a docto-
ribus traduntur. et in hac tanta varietate
quid tenendum. Hoc sane dicere ac senti-
re possumus quod solus deus dimittit peccata
et retinet. et tamen ecclesie contulit potestatem
solvendi et ligandi. sed aliter ipse solvit vel
ligat. aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit
peccatum. quia et animam mundat ab
omni interiori macula. et a debito eterne
mortis solvit.

Quomodo sacerdotes solvunt vel ligant a peccatis.

Non autem hoc
sacerdotibus concessit. quibus tamen
tribuit potestatem ligandi et solvendi. i.
ostendendi homines esse ligatos vel solutos.
Unde et dominus leprosum sanitati prius per
se restituit. deinde ad sacerdotes misit
quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita
et lazarum iam vivificatum obtulit
discipulis solvendum. quia et si aliquis sit
apud deum solutus. non tamen in facie ecclesie
solutus habetur nisi per iudicium sacer-
dotis. In solvendis ergo culpis vel retinendis
ita operatur sacerdos evangelicus et iudi-
cat. sicut olim legalis in illis qui conta-
minati erant lepra que peccatum si-
gnificat. Unde Ieronimus super matheum ubi do-
minus ait petro. tibi dabo c. r. c. et quodcumque
ligaveris super terram e. l. et in c. et quod-
cumque solveris s. t. e. s. et in c. etc. ait. quidam
hunc in quo locum non intelligentes
aliquid sumunt de supercilio phariseorum
ut damnare innoxios vel solvere se
putent noxios. cum apud deum non
sententia sacerdotum sed reorum vita quera-
tur. In levitico se ostendere sacerdoti-
bus iubentur leprosi. quos illi non
faciunt leprosos vel mundos. sed discernunt
qui mundi vel inmundi sunt. Item hic a-
perte hic ostenditur quod non sequitur deus ec-
clesie iudicium que per surreptionem
mundavit interdum et ignorantiam
quandoque iudicat. deus autem semper iudicat
secundum veritatem. Et in remittendis
et in retinendis culpis id iuris et officii ha-
bent sacerdotes evangelici quod olim habebant
legales sub lege in curandis leprosis. Hii
ergo dimittunt peccata vel retinent. dum
dimissa a deo vel retenta iudicant vel
ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen
dei super filios israel. et ipse benedicit ut le-
gitur in numeris. Hunc modum ligandi et
solvendi supra Ieronimus notavit.

Aliis modis ligant et solvunt.

Ligant quoque sacerdotes

dum satisfactionem penitentie confitentibus
imponunt. Soluunt cum de ea aliquid di
mittunt, vel per eam purgatos ad sacra
mentorum communionem admittunt.
Quem modum superius notavit leo papa. Secundum
hunc modum dicuntur sacerdotes peccata
dimittere vel retinere. Unde superius dixit
augustinus. quibus remittunt remittit deus. Sacerdotes
opus enim iusticie exercent in peccato
res. cum eos iusta pena ligant. opus misericordie
dum de ea aliquid relaxant vel sacra
mentorum communioni reconciliant. Alia o
pera in peccatores exercere nequeunt. Et
notandum quia quos penitentie satis
factione ligant eo ipso a peccatis solu
tos ostendunt. quia non imponitur alicui
penitentialis satisfactio nisi quem sacer
dos vere penitentem arbitratur. Alii vero
non imponit. et eo ipso peccata a deo retineri
iudicat. Quod autem hii ad claves pertineat.
augustinus ostendit dicens. frustra claves ecclesie.
qui sine arbitrio sacerdotis penitentiam agit. Si
sine oris confessione indulgentiam
impetrat. ecclesie inimicus.

Aliud modus ligandi et solvendi.

Est et alius modus ligandi et solvendi qui per excommuni
cationem geritur. dum aliquis secundum cano
nicam disciplinam tercio vocatus ad e
mendationem manifesti delicti et satis
facere contempnens. sententia ecclesie a loco ora
tionis et sacramentorum communione
et fidelium consorcio separatur. ut eru
bescat et pudore sceleris sui conversus
peniteat. ut sit spiritus eius salvus fiat.
Qui si penitentiam profitens resipuerit. ne
gate communioni admittitur et ecclesie recon
ciliatur. Hec autem ecclesie anathematiza
cio hanc penam ei qui digne percellitur
infligit. quia gratia dei et protectio illi
amplius subtrahitur. ac sibi ipsi relinquitur.

ut sit ei liberum ruere in interitum peccati.
in quos et diabolo maior seviendi datur po
testas. orationes quoque ecclesie et benedictiones
et meritorum suffragia eis nequaquam suf
fragari putantur. **Quomodo sint hos modos intelligendi**

Secundum hos ligandi sit illud quod cuique sol

Solvendi ligandique modos veris
quomodo verum est quod dicitur. Quecumque solu
eritis super terram erunt soluta et in celis et quodcumque ligaveritis et cetera. Ali
quando enim ostendunt solutos vel ligatos qui
non sunt soluti vel ligati apud deum. et pe
na satisfactionis vel excommunicationis interdum
indignos ligant. vel solvunt. et indignos
sacramentis admittunt. et dignos admitti
arcent. Sed intelligendum est hoc in illis quorum
merita solvi vel ligari postulant. Tunc
enim sententia sacerdotis iudicio dei et to
tius celestis curie approbatur et confirmatur.
cum ita ex discretione procedit ut reorum me
rita non contradicant. Quoscumque ergo solvunt
vel ligant adhibentes discretionis clavem
reorum meritis. soluuntur vel ligantur in celis. id est a
pud deum. quia iudicio divino sententia sacer
dotis sic progressa approbatur et confirmatur.
Quos ergo secundum merita sententia ecclesie percellit
non ledit et illi foris sunt apud deum. qui autem
non meruit. sententia ecclesie non leditur.
si non contempnat. Unde origenes. exiit quis a
caritate. a fide. per hoc exiit de castris ecclesie. et si episcopi
voce non abiciatur. Sicut ergo aliquis non
recto iudicio foras mittitur. sed si non egit
ut mereretur exire. nichil leditur. Interdum
enim qui foras mittitur intus est. et qui fo
ris est. intus videtur retineri. Ecce qualis et
quantus est usus applicare clavium. Iam os
tensum est ex parte qualiter sacerdotes dimittunt
peccata vel retinent. et tamen retinuit sibi deus po
testatem quandam singularem dimittendi
vel retinendi quia ipse solus per se debitum eterne
ne mortis solvit. et animam interius purgat.

Hic queritur que sint interiores tenebre
que sit illa macula. & interior macula.
& que sint ille tenebre interiores
a quibus deus animam intus purgat. cum
veram penitentiam immittit. de tenebris
& interiori caligine. satis facile est intelligere
& respondere. Cum enim aliquis mortaliter
delinquit. & gratia virtutis privatur. si qua prius
adfuit. & naturalium bonorum corruptionem pa-
titur. unde & intellectus obtunditur. & totus
homo interior obtenebratur. & interiori quasi caligi-
ne quadam mens obvolvitur. que caligo est
peccati pena. hanc vero deus expellit cum peni-
tentiam immittit. per quam bona perdita restitu-
it. & viciata reparat. unde propheta. Nebulam sicut
cinerem spargit. Sed que est macula peccati a qua
deus animam lavat. Ecce aliquis voluit
facere homicidium & peccavit. quo pacto de-
sinit tamen velle. quam facere. non dum tamen vere
& humiliter penitens. nec confiteri proponit. Quero
remansit in anima illius macula. mala
voluntas quidem macula fuit illius anime. sed
illa transivit. macula est tamen. Si penitere con-
tempnit. sed hoc est peccatum aliud a precedenti.
que ergo macula remansit a qua in penitentia
purgatur. Pollutus quidem est in anima quo-
usque peniteat sicut erat dum erat in ea prava
voluntas. sicut qui tangit morticinum
vel aliud immundum. ita pollutus est quousque
lavatur post tactum. sicut fuit dum tange-
ret. & post actum peccati ita polluta remanet
anima sicut fuit in ipso actu peccati. quia ita lon-
ge est a deo per dissimilitudinem qui est vita et
munditia mentis. sicut fuit dum peccatum age-
ret. ipsa dissimilitudo & quam est anime
ex peccato & est a deo elongatio. anime ma-
cula intelligitur. a qua purgatur in penitentia.
hoc autem solus deus facit. qui solus suscitat
animam & illuminat. quod sacerdotes
nequeunt. qui tamen sunt medici animarum.
Unde propheta. Numquid medici suscitabunt
& confitebuntur tibi. quod exponens augustinus ait.
boni doctores recte medici dicuntur quia
si viventes curare ministerio possunt.
sed non mortuos suscitare. sola enim dei gra-
tia mortui revixerunt. Quando hee dantur.

D. XIX

Postquam ostensum est claves & quibus
que sint claves apostolice. & quis earum u-
sus. superest investigare quando claves iste dantur.
& quibus dantur. hee claves per ministerium
episcopi alicui in promotione sacerdotii dentur.
Cum enim recipit ordinem sacerdotalem
simul & has claves recipit. sed non videtur
quod omnes & soli sacerdotes habeant has claves.
quia plures ante sacram ordinationem scientiam
discernendi habent. plures que post consecratio-
nem eam non habent. sane dici potest quod
alteram harum clavium id est scientiam discer-
nendi non habent omnes sacerdotes. unde dolen-
dum est atque lugendum. multi enim licet
indiscreti. etiam scientia qua imbuere deberent
sacerdotes exortes. sacerdotii gradum re-
cipere presumunt. vita & scientia eo indigni. qui
nec ante sacerdotium nec post scientiam
habent discernendi. qui ligandi sint qui sol-
vendi. ideoque illam clavem in ordinatione
non recipiunt. quia hanc scientiam carent. Qui
vero ante sacerdotium scientiam discernendi potiuntur.
licet discretionem habeant. non tamen clavis
munus est. quia non valent ea claudere vel
aperire. ideoque cum promovetur in sacerdotem
clavem discretionis recte dicitur accipere.
quia ante habita discretio augetur &
fit in eo clavis. ut ea que valeat uti
ad claudendum vel ad aperiendum. A
Cumque iam alteram clavem omnes habent
constet non omnes potestatem ligandi
sacerdotes illas duas habere & solvendi.
quia scientia discernendi plerique carent.
de altera id est potentia ligandi & solvendi.

Queritur utrum omnes sacerdotes habeant eam. Quidam enim putant hanc potestatem illis solis esse commissam qui doctrinam simul et vitam servant apostolorum. Illas enim claves promisit dominus Petro et imitatoribus eius tantum ut aiunt. Qui et auctoritatibus utuntur in munimentum sue opinionis. Hoc enim dicunt Augustinum sensisse superius ubi ait: Remissionem peccatorum vel per se ipsum facit deus, vel per columbe membra. Dicit etiam idem peccata dimitti vel teneri a sanctis. Idem super Exodum, ubi de lamina aurea agitur: Erat enim lamina aurea super in fronte sacerdotis. Hoc, inquit Augustinus, significat fiduciam bone vite, quam qui habent perfecteque, non signo sed veritate sacerdotes: soli possunt dimittere vel auferre peccata. Item Gregorius: Illi soli in hac carne positi ligandi atque solvendi potestatem habent sicut sancti apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Origenis: Hec potestas soli Petro concessa est et imitatoribus eius. Nam quicumque vestigia Petri imitantur: habent recte ligandi solvendique potestatem. His aliisque testimoniis innituntur qui asserunt ligandi solvendique potestatem illis solis concessam sacerdotibus qui vita et doctrina pollent sicut apostoli. Aliorum sententia verior.

Aliis autem videtur quod et mihi placere fateor, cunctis sacerdotibus hanc clavem dari, scilicet ligandi et solvendi, sed non eam recte ac digne habent nisi qui vitam et doctrinam apostolicam servant. Premisse auctoritates quosdam sacerdotes hanc potestatem habere negant, sed solos illos sacerdotes digne ac recte hac potestate uti significant, qui vita et apostolica doctrina preditti sunt, quia soli apostolorum imitatores digne recteque possunt ligare et solvere et per deum tamen vel per sanctos in quibus habitat spiritus sanctus digne et recte fit remissio vel retentio peccatorum. Fit tamen et per illos qui sancti non sunt, sed non recte vel digne. Dat enim deus benedictionem digne poscenti etiam per indignum ministrum. Quod vero hanc potestatem habeant omnes sacerdotes Ieronimus attestatur dicens super illum locum evangelii ubi dominus dicit Petro: Et tibi dabo claves regni celorum. Habent eandem iudiciariam potestatem alii apostoli; habet et omnis ecclesia in presbiteris et episcopis. Sed ideo Petrus specialiter et solus eam accepit, ut omnes intelligant quod quicumque ab unitate fidei et societate ecclesie se separaverint: nec a peccatis solvi, nec possunt celum ingredi. Item quod sacerdos etsi malus sit, gratiam tamen infundat pro sue dignitatis officio Augustinus ostendit dicens: Dictum est a domino in Numeris ad Moysen et Aaron sacerdotes: Vos ponite nomen meum super filios Israel; ego dominus benedicam eos, ut gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus, ut nec voluntas sacerdotis obesse vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officii et ordinis hinc advertamus: dictum est de nequissimo Cayphas inter cetera: Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit. Per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi digni vel indigni, sed ordinem traditionis, ut quamvis aliquis boni meriti sit, non tamen benedicere possit nisi fuerit ordinatus, ut officii ministerium exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis. Hinc evidenter ostenditur ordo non privari potestate tribuendi gratiam ob ministri indignitatem. Huic tamen Augustini sententie non obviare videtur quod ait Hesitius: Sacerdotes, inquit, non propria virtute benedicunt.

sed quia figuram Christi gerunt et per eum amici
ipsius, benedictionis plenitudinem tribuunt.
nec solum ii qui sacerdotium sortiti sunt,
sed quicumque Christum in se ipso habet et eius figuram
gerit per conversationem bonam. Sed maior
sit est idoneus ut benedictionem prestet.
Ecce habes quod non solum sacerdotes sed omnis
in quo Christus habitat benedictionem pres-
tat. Sed est alia benedictio que solis sacer-
dotibus congruit. alia que ab omnibus bo-
nis communiter exhibetur. Denique illi sacerdo-
tes in quibus Christus habitat benedictionis ple-
nitudinem tribuere dicuntur. non quod
soli illi transfundant gratiam, sed quod soli illi
licite et digne id agunt. Nam subditos mala vi-
ta sacerdotis ledit. si bona faciunt que ille
dicit. Unde Gregorius. Cepit dum plus vitam sacer-
dotum quam suam discutiunt, in erroris
foveam delabuntur. Quamvis considerantes
quod non eos vita sacerdotum lederet, si sibi u-
tiliter bonis sacerdotum ammonitionibus
aurem accommodarent. de eo quod scriptum

Pervenisse uero sententie est in Malach. bene-
qua dicitur est per mali sacerdotis dictionibus
ministerium transfundi gratiam bene- vestris male-
dictionis videtur obviare quod dominus dicit
per prophetam malis sacerdotibus comminantem: ma-
ledicam benedictionibus vestris et alibi. Hi sunt
hi qui vivificant animas que non vivunt
et mortificant animas que non moriuntur.
Si ergo maledicit dominus benedictionibus
eorum et si anime quas vivificant sacerdotes
non vivunt: quomodo per eos gratia bene-
dictionis transfunditur. Sed illud capitulum ma-
ledicam etc. Quidam ad hereticos referunt.
qui ab ecclesia precisi sunt et ad excommunicatos quorum
maledictiones sunt benedictiones, huius qui
eorum sequuntur errores. Illud vero alterum scilicet
vivificant etc. super omnes malos sacerdotes ex-
ponunt qui absque clave scientie et forma bone
vite presumunt ligare vel solvere. Sed
nullus officio debet uti sacerdotis nisi immu-
nis ab illis sit, qui in alius iudicat, alioquin
se ipsum condempnat, si non est immunis.

Qualem autem oporteat qualis sacerdos
esse qui aliorum iudex esse debeat
constituitur, Augustinus describit dicens.
Sacerdos cui offertur omnis peccator, ante
quem statuitur omnis languor, in nullo eorum
iudicandus sit, que in alio est iudicare
promptus. Iudicans enim alium qui est iudi-
candus, se ipsum condempnat. Cognos-
cat igitur se et purget in se quod alios videt sibi
offerre. caveatque ab se proiecerit quicquid
in alio dampnosum reperit animadvertat.
quod qui sine peccato est primus in illam lapidem mit-
tat. Ioh. viii. liberavit peccatricem quia non
erat qui iuste lapidem proiceret. quomodo la-
pidaret, qui se ipsum lapidandum cognos-
ceret. nullus enim erat sine peccato. in quo in-
telligitur omnes fuisse reos. nam venialia
semper remittebantur per cerimonias. Si in eis
igitur erat aliquod peccatum criminale erat. In
hoc igitur patentissimum est crimen sacerdotum
et detestabile. qui non prius se iudicant quam
alios ligant. Caveat spiritualis iudex ut sicut non
commisit crimen nequitie, ita non careat munere
scientie. oportet enim ut sciat cognoscere quod
debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc
postulat. ut quod debet iudicare discernat.
diligens inquisitor, investigator sapienter a pecca-
tore interroget quod forsan ignorat, vel verecun-
dia velit occultare. cognito vero crimine
varietates eius non dubitet investigare.
et locum et tempus et cetera que supra dixi-
mus. Quibus cognitis assit benivolus pa-
ratus erigere et secum honus portare. habeat dul-
cedinem in affectione, discretionem in va-
rietate. doceat perseverantiam, caveat ne
corruat ne iuste perdat iudiciariam potestatem.

et si enim per penitentiam possit ei adquirere gratiam, non tamen restituit mox in priorem primam. Et si petrus post lapsum restitutus fuerit et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non tamen necesse est ut omnibus concedatur, quia ex auctoritate invenitur auctoritas que concedit, quia imperat. Invenitur alia auctoritas que non concedit sed negat vel vitat, que scripture non impugnant sed concordant. Est enim sunt tot qui labuntur ut pristinam dignitatem ex auctoritate defendant et quasi usum peccandi sibi faciant, recidenda est ista spes. Sunt loca ubi ista non conceduntur restitui possunt qui peccant. Ex his satis perpenditur quis debeat esse sacerdos qui alios liget et solvat, discretus scilicet et iustus; alioquin mortificat animas sepe que non moriuntur, et vivificat que non vivunt, et sic incidit in maledictionis iudicium. Illud autem malachie .2. Maledicam benedictionibus vestris et cetera. Sive super hereticos tantum et excommunicatos sive super omnes sacerdotes qui vita et scientia carentes benedicere presumunt dictum accipiatur, sic intelligi potest: Maledicam et cetera, id est hiis que meis benedictionibus possidetis, et faciam vobis ea cedere in maledictionem, non in benedictionem, quia et si benedicant sacerdotes tamen hi faciunt ex vero corde et tamen benedictio eorum vertitur in maledictionem, vel maledicam benedictionibus vestris, id est que a vobis benedicitur, a me erit maledictum, quia benedicunt iniqua agentibus, adulantes peccantibus, dum modo divites sint.

D. XX

De his qui in fine penitent.

Sciendum est quod tempus penitentie est usque in extremum articulum vite. Unde Leo papa: Nemo est desperandus dum in hoc corpore constitutus est, quia si nunquam quod diffidentia etatis differtur, consilio maturiore perficitur. Augustinus tamen de penitentibus differentibus ita scribit: Si quis positus in ultima necessitate voluerit accipere penitentiam et accipit et mox reconciliatur et hinc vadit, fateor vobis non illi negamus quod petit, sed non presumimus quod bene hinc exit. Sed si securus hinc exierit, ego nescio. Penitentiam dare possumus, securitatem non. Numquid dico dampnabitur? Sed nec dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico quod securus es, quia penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si vis penitentiam agere quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Item: Due res sunt: aut ignoscitur tibi aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum. Sed quare hoc dicat Augustinus, cum penitentia que in fine agitur in psalmo appelletur sacrificium vespertinum quod erat acceptabilius in lege, et cum in quacumque die invocet dominus assit, et quacumque hora ingemuit et conversus fuit peccator, vita vivet et non morietur? Sed illa dixit Augustinus propter illos qui penitentiam usque in finem vite protrahunt et tunc non ex dei amore videntur penitere, sed timore mortis quasi ex necessitate. Sunt idem quasi sapiens, qui superiora dixit ait: Nullus expectet quando peccare non potest. Arbitrii enim libertatem deus querit, ut delere possit commissa, non necessitatem, sed caritatem, non tantum timorem, quia non in solo timore vivit homo. Qui ergo sero penitet, oportet non solum timere iudicem, sed et diligere, quia sine caritate nemo potest salvus esse. Ideo ergo tamen timeat penam qui penitet sed amet pro gloria. Ante conversio si contingit alicui in in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta conversio, timendum est de penitente sero, maxime cum filii quos illicite dilexit, sicut presentes et uxor et mundus ad se vocant, multos quos solet serotina penitentia decipere. Sed quoniam de sep-

est potens. semper et in morte valeat vivare quibus placet. Cum igitur opus sit non hominis sed dei fructiferam penitenciam cum inspirare potest quandocumque vult sua misericordia et remunerare ex misericordia quos dampnare potest ex iusticia. Sed quoniam multa sunt que impediunt et retinent languentem: ergo periculosissimum est inceptam usque ad mortem prohibere penitencie remedium. Sed magnum est cum deus tunc inspirat. Si quis habet veram penitenciam. Sed si et tunc conversus vita vivat et non moriatur non pervenimus quod evadat omnem penam. Nam prius purgandus est igne purgacionis qui in aliud seculum distulit fructum conversionis. Hic autem ignis et si eternus non sit tamen miro modo gravis est. Excellit enim omnem penam quam umquam aliquis passus est in hac vita. Numquam in carne inventa est tanta pena licet mirabilia martyres passi sint tormenta et multi nequiter quanta sepe sustinuerint supplicia. Ex hiis satis ostenditur quam periculosum sit differre penitenciam usque in finem vite. Si vero et tunc vera habeatur penitencia hominem liberat et vitam morti in peccato. Non sic tamen ut nullam senciat penam nisi forte sit tanta vehemencia gemitus et contricionis que sufficiat ad delicti punicionem. Licet ergo difficile sit ut tunc sit vera penitencia quia tam sera venit quando cruciatur membra ligat et dolor sensum comprimit ut vix homo aliquid cogitare valeat. Melior est tamen sera quam nulla penitencia. Si in extremo hiatu advenerit sanat et liberat. Tamen fuit sera latronis penitencia sed non fuit sera indulgencia. Sed licet latro veniam meruit in fine de omni crimine non tamen dedit baptizatis peccandi auctoritatem. De hiis qui fine penitent et non plene puniuntur.

Si vero queritur de illis qui in hac vita penitenciam non verum compleant tamen sicuti sunt per ignem ut ibi quasi compleant quod hic non fecerunt. Idem dicimus et de istis est sentiendum et hiis qui in extremis penitent. Si vero tanta fuit cordis contricio et delicti expiacio ut sufficiat ad puniendum peccatum ubi ad alias penas transeant ad vitam et sic expleta fuit penitencia quod pro eo penituerit et ingemuerint corde. Qui vero non adeo contriti corde et ingemiscunt pro peccato. Si autem expleta omni penitencie decesserint ignem purgatorium senciunt et gravius puniuntur quam si hic implevissent penitenciam. Horrendum enim est incidere in manus dei viventis. Deus vero cum sit misericors et iustus ex misericordia penitenti ignoscat non reservans peccatum ad penam eternam. Ex iusticia enim non dimittit peccatum impunitum. Aut enim punit homo aut deus. Homo autem punit penitendo. Et est penitencia interior et exterior. Si ergo penitendo interior tanta fuerit ut sit sufficiens ultio peccati deus qui hoc novit ab illo qui taliter penituit exteriorem penam non exigeret. Si ergo interior penitudo non sufficit ad vindictam peccati in exterior penitencia impleatur. Deus qui modos et mensuras peccatorum et penarum novit addit penam sufficientem. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere ut post mortem non oporteat penam tollerare. Quia vero peccata mortalia in penitencia fiunt venialia. Nec mox tamen sanantur. Sepe enim infirmus moreretur si non medicaretur. Nec statim tamen medicatus sanatur. Languet victurus qui prius erat moriturus. Qui autem impenitens moritur omnino moritur et eternaliter cruciatur. Sic vero semper vivet et semper periet.

Si vero de illo queritur qui satisfactionem iniunctam impleverit

que ignorancia uel negligentia sacerdotis pro
condigna non fuit. utrum de uita migrans
ab omni pena liber sit. Ad quod respondeo quod supra
de illo qui penitenciam non compleuit dictum est.
Quod si tantum est latitudinis interioris doloris ut suf
ficiat in uindictam peccati. omnimo liberatus
est. si uero non sufficiat dolor interior sit
cum pena minima. addet deus penam.

Quod autem *quod ante dolor interior suf*
sufficiat dolor *fuit interdum ad diluendam*
interior interdum ad uindictam peccati. *Item.*
certum documentum habemus in illo latrone
qui sola mentis contricione et confessione statim
cum confusus fuit paradysum meruit.
Sed quia dispensatores ecclesie contricionis quan
titatem non perpendunt quibus non est datum
intelligere occulta cordium. omnibus leges
penitencie constituunt tam magis quam minus
de peccato dolentibus. quorum studium ad hoc pre
cipue tendere debet. ut cordis dolorem in quan
tum fas est cognoscat et secundum ipsius contricionis mo
dum satisfactionem iniungant. Unde augustinus in
actione penitencie ubi tale commissum est.
ut is qui commisit a corpore ecclesie christi separetur.
non tam consideranda est mensura temporis.
quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum
deus non despicit. Uerumque plerumque dolor
alterius cordis est occultus alteri. nec in noti
tiam aliorum uel per uerba et alia signa quacumque
procedit. cum coram illo sit cui dicitur. Gemitus
meus a te non est absconditus. recte constitun
tur ab hiis qui in ecclesiis presunt tempora
penitencie. ut satisfaciant ecclesie in qua
ipsa peccata dimittuntur. Extra ecclesiam quippe
non remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctum
pignus accepit. sine quo non remittuntur
ulla peccata. Item Ieronimus. Mensuram temporis in a
genda penitencia ideo non satis aperte pre
figunt canones pro unoquoque crimine. ut de
singulis dicant qualiter unumquodque emendandum

sit. sed magis in arbitrio sacerdotis intelligen
tis relinquendum statuunt quia apud de
um non tam ualet mensura temporis quam
doloris. nec abstinencia ciborum tantum quantum
mortificacio uiciorum. Propter quod tempora peniten
cie pro fide et conuersacione penitencium abreui
anda precipiunt et pro negligencia protelanda.
pro quibusdam tamen culpis modi penitencie im
positi sunt. *Quod morientibus non sit imponenda satis*
factio sed innotescenda.

Solet queri utrum satisfactionis lex
morientibus sit imponenda. de quo Theodorus
cantuariensis archiepiscopus in penitenciali suo sic ait.
Ab infirmis in periculo mortis positis pura est
inquirenda confessio peccatorum. non tamen est illis
imponenda quantitas penitencie. sed innotescen
da. et cum amicorum oracionibus et elemosinarum
largicionibus pondus penitencie sublevandum.
si forte migrauerint. Si uero conualuerint. penitencie
modum a sacerdote impositum diligenter
obseruent. Aliis uero pro qualitate peccati pre
sidentium arbitrio penitencia discernenda
est. Unde Leo papa. Tempora penitudinis ha
bita moderacione constituenda sunt tuo
iudicio prout conuersorum animos perspexeris esse
deuotos. pariter etiam habere debes etatis senilis in
tuitum. et respicere periculorum quorumcumque uel
egritudinum necessitates. *In necessitate*

Sciendum est quod *non est neganda penitencia*
in tempore necessitatis *uel reconciliacio*
non est neganda penitencia uel reconciliacio peni
tentibus. Unde Leo papa. Hiis qui tempore neces
sitatis et periculi urgentis instancia presidium
penitencie et mox reconciliacionis implorant. nec
satisfactio interdicenda est. nec reconciliacio
deneganda. quia misericordie dei nec mensuras pos
sumus ponere nec tempora diffinire. Quod si
ita aliqua egritudine agrauati sunt. ut quod
paulo ante poscebant. sub presenti significare
non ualeant. testimonia eis fidelium cir

DXXI

cum stanctum pro se debebunt simul pem
tencie et reconciliacionis consequantur bene
ficium. Item Iulius papa. Si presbiter penitenciam ab
negauit morientibus reus erit animarum. Quia
dominus ait peccator cum conuersus fuerit et
tunc saluus erit. Vera enim confessio in ultimo
tempore potest esse quia non tantum modo temporis
sed et cordis deus est inspector. Sic autem latro
conuersus probatur. Quod presbiter non tamen reconciliet

Non tamen debet presbiter inconsulto episcopo in
sulto episcopo penitentem reconciliare in necessitate.
Quare nisi ultima cogat necessitas. Vnde in
cartaginensi concilio. Presbiter inconsulto e
piscopo non reconciliet penitentem nisi
absente episcopo ultima cogat necessitas cuius
cumque penitentis publicum crimen est. Quod
vniuersam commouit urbem. Ante absidam in
troitum ecclesie manus ei imponatur. Item
Aurelianus episcopus ait. Si quis in periculo fuerit
constitutus et se reconciliari sacris altaribus
uoluerit si episcopus absens fuerit debet presbiter con
sulere episcopum et sic periclitantem eius precepto
reconciliare. Vnde in cartaginensi concilio II
statutum est ut crisma uel reconciliacio peni
tentium et puellarum consecratio a presbiteris non
fiat. Item reconciliare quemquam in publica
missa presbitero non liceat. Puellarum tamen conse
cracio consulto episcopo per presbiterum fieri
ualet. Vnde in car. co. II. Presbiter inconsulto
episcopo uirgines non consecret crisma uero nunquam
conficiat et sic precepto episcopi potest presbiter con
secrare uirgines sic et reconciliare penitentes.

Si autem queritur an oblacio eius sit reci
pienda de illo qui ad penitenciam percipiendam quesitus est
festinans sacerdotem inuenire ad penitentiam peruenire
non potuit et decessit. Vtrum oblacio morte
eius sit recipienda. Dicimus quod est. Vnde in aparensi
concilio. Si aliquis fuerit mortuus qui non fuerit
confessus et testimonium habet bonum quod non
potuit uenire ad sacerdotem sed preoccupauit
eum mors in domo uel in uia faciant pro eo pa
rentes eius oblacionem ad altare et dent
pro redempcione pro patre. De peccatis que post

Solet etiam queri utrum hanc uitam
post hanc uitam aliqua dimittuntur.
Peccata remittantur quia aliqua post hanc
uitam remittantur Christus dominus osten
dit in euuangelio ubi ait. Qui peccauerit in patrem
remittetur ei et cetera. Qui peccauerit in spiritum sanctum
non hic nec in futuro remittetur ei. Ex quo datur
intelligi sicut sancti doctores tradunt. Quod
quedam peccata in futuro dimittuntur. Quam
enim culpe in hoc seculo relaxantur quedam
uero paruis et in futuro. Que quidem post mor
tem grauant sed dimittuntur si digni sunt.
Si bonis actibus in hac uita meruerunt ut
dimittantur eis. De illis autem qui edificant
lignum fenum et stipulam dicit Augustinus quod ignem
tribulacionis transitorie inueniunt et mobi
lia edificia que secum portauerunt crema
tem. Ait et sic post istius sane corporis
mortem donec de igne purgatorio uenietur
ad diem dampnacionis et remuneracionis.
Sub temporis interuallo spiritus defunctorum qui
edificauerunt lignum. f. sti. hunc ignem
dicantur pati quem alii non senciunt quia
huiusmodi edificia non portauerunt. Ut inueni
ant ignem transitorie tribulacionis uenia
lia cremantem non redarguo quia forsitan
uerum est. Sed quia dicitur saluus erit quasi
per ignem contempnitur ille ignis tamen grauior
erit ille ignis quam quicquid homo pot
pati in hac uita. Hic aperte insinuatur quod
illi qui edificant li. fe. sti. quedam cre
mabilia edificia id est uenialia peccata se
cum portant que in igne emundatorio
concremantur. Vnde constat quedam
peccata uenialia post hanc uitam deleri
ab illo a quo. Quod alii citius alii tardius purgantur igne pur
gatorio eo quod sic edificant lignum fenum et stipulam et lapides pre
ciosos.

igne alii tardius alii citius purgantur secundum
quod ista peritura alii magis alii minus
amaverunt. Unde Augustinus: Post hanc vitam tale
aliquid fieri incredibile non est. Non nullos fideles per ignem
quemdam purgatorium, quanto magis minusve
pereuntia bona dilexerunt, tanto tar-
dius citiusve salvari. Unde non frustra alia tria
distinguit apostolus, lignum, fenum, stipulam, quae illi edificant qui et-
si aliena non rapiant, rebus tamen sibi iure
vitae concessis aliqua dilectione inherent.
Qui secundum suos amandi hos modos di-
versis ut lignum, vel minus ut fenum, vel
minimum ut stipula, ut ignem susti-
nebunt. Qui vero superedificant aurum,
argentum, lapidem preciosum, ab utroque
igne securi sunt: non solum de illo eter-
no qui cruciaturus est impios in eternum,
sed et de illo emendatorio quo purgabuntur
quidam salvandi. Hoc obiici potest: si per lignum, fenum,
stipulam venialia intelliguntur peccata et nullus ad
eo perfectus est quin peccet venialiter, ergo
qui edificant aurum, argentum, lapidem
preciosum, edificant et lignum, fenum, stipulam, ergo per ignem
transibunt. Ad quod dicimus quod non omnes qui
venialiter peccant lignum, fenum, stipulam edificant.
Sicut ergo non omnis qui contemplatur de-
um et diligit proximum et opera bona facit
edificat aurum, argentum, lapidem preciosum, et tamen in auro
intelligitur contemplatio dei, in argen-
to dilectio proximi, in lapide precioso opera
bona; sed et illi qui edificant lignum, fenum,
stipulam, deum contemplantur et proxi-
mum diligunt et opera bona faciunt,
nec tamen edificant aurum, argentum, lapidem preciosum. Hic ergo edi-
ficat qui sic illa tria facit scilicet ut cogitet
que dei sunt et quomodo placeat soli
deo et non mundo. Lignum vero, fenum et stipulam acci-
pi possunt secularium rerum quamvis
licite concessarum tales cupiditates ut
amitti sine animi dolore non possunt.

Hic ergo edificet ille qui cogitat que mundi
sunt, quomodo placeat ipse mundo, quod
contingit divitias suas quodam carnali te-
netur affectu et tamen ex eis multas elemo-
sinas facit, nec per eis aliquid fraudis vel
rapine molitur. Et hic (al. huius) ergo patet quod non
idem homo sunt hec et illa edificat. Illa e-
nim edificatio perfectorum tantum est qui non co-
gitant placere mundo sed tantum deo, qui etsi a-
liquando venialiter peccant, fervore cari-
tatis ita assumuntur in eis peccatum sicut gut-
ta aque in camino ignis, et ideo securi sunt
quia portant cremandum. Hec autem infe-
rior edificatio minorum est qui non tantum
deo sed et mundo placere cogitant. Deum tamen
preponunt: si vero mundum preponerent, non
superedificarent, sed destruerent fundamen-
tum fidei. Affectationes ergo carnales quibus
dediti sunt domibus, coniugibus, possessio-
nibus, ita ut nichil preponant Christo, illis rebus
significantur que in mentes perfectorum non
cadunt et si alia venialia dimittant in cor-
dibus vero minorum durant interdum usque
in finem, qui cum talibus edificiis transeunt, quia
dissolvuntur in igne; ipsi vero merito fun-
damenti salvi fidei exeunt, gravissimam tamen
penam sentient. Ex quo apparet quantam (al. quamdam) mise-
ricordiam hic exhibet deus et quantam in seve-
ritatem exercet, cum pro eodem peccato multo
gravius ibi puniatur (al. vel post mortem) quam hic. Opinio quorumdam

Sed forte dameum obiectione.
Si dicas illud esse accipiendum de pena
peccati, non de ipso peccato, quod Gregorius dicit quedam
levia peccata in futuro dimittenda, si vero
veram penitentiam habuit quis, omnia pec-
cata dimissa sunt ei, sed pena forte remansit.
Sed si vere penitens obiit, sine peccato transiit;
si vero penitens non est, in obitu maculam por-
tat que numquam delebitur. Quod vero edificat
lignum, fenum et stipulam vere penitens, et domus est et carnis

de hac vita transit quod si in peccato transit non sequitur.
Verum quidem est quia bonus est et caritatem
habet et vere penitet et tamen cum veniali peccato transit
quod non delevit penitentia. Penitencia
enim non delet nisi peccatum illud quod deserit
homo. tale vero peccatum in hac vita sepe
non relinquitur ab homine et tamen vere peni-
tens est. et si non de omnibus venialibus pe-
niteat. potest enim quis de omni mortali
penitere et de omni veniali excepto uno
vel pluribus venialibus. quidem sic habet quis
caritatem et unum vel plura venialia
quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est
enim aliquis bonus habens caritatem. sed adhuc
quodam cupiditatis affectu amans hec se-
cularia. talis existens subita morte opprimi-
tur. In illo terreno affectu mortuus est et tamen
salvabitur. A quo hic se non absolvit. quod post
hanc vitam ab illo purgabitur. Constat
quod quedam peccata sed levia dimitti post hanc vi-
tam. si vero de pena peccati illud intelligi vo-
luissent auctores. cum magis commemorassent
levia quam gravia. cum et gravium pena sic
inexpleta post hanc vitam restet.

Post hec consi- *De generali confessione*
derandum est
utrum prosit confessio. ubi illa vero singula peccata
que quis fecit non exprimuntur. Sane dici
potest quod omnia criminalia sensus sentire
oportet in confessione exprimi nisi ante ali-
qua exciderint. sed quia delicta nemo omnia
intelligit ea saltem generaliter confitere.
quorum memoriam non habes. et sic nichil celasti
de sceleribus tuis. Venialia vero que innumera-
bilia sunt sufficit generaliter confiteri nisi
aliqua sint frequentata. tamen perfectius est
etiam illa exprimere si vales. cotidie enim fit con-
fessio generalis maxime pro venialibus. scilicet peccatis
que cotidie admittimus et pro illis mortiferis
quorum notitiam non habemus. Unde augustinus. Veri-
tatem dicat deo penitens quando nil
de sceleribus commissis celat. non quod et si volun-
tate celaverit deus ignoret. Sed veritatem
sibi ab eo vult dici ut veniam consequatur.
Si vero mente aliqua exciderit. confitetur
veritatem deo cum generaliter deprecatur dicens
qui nosti occulta cordium. opera mea
et delicta mea a te non sunt abscondita.
quibus veniam largiaris. et hec est veritas con-
fitentis quam diligit deus. Unde. ecce enim veri-
tatem dilexisti. Hic insinuatur quod gene-
ralis confessio est mortalium delictorum quorum
intelligentia non habetur. *Nemo confite-*

Sicut autem penitens *atur peccatum*
non debet celare peccatum *quod non fecit*
quia superbia est. Licet enim humilitatis causa tantum
se fateri minus quod se non commisisse noscat.
quia mendacia est tunc humilitas et peccatorem se
constituit. Unde augustinus. Cum humilitatis
causa mentiris. si non eras peccator ante-
quam mentireris. mentiendo efficis quod
evitaveras. Veritas enim non est nisi dixeris te
peccatorem ut et esse cognoscas. Veritas autem
ipsa est ut quod es dicas. nam quomodo est veri-
tas ubi regnat falsitas. *De pena sacerdotis*

Caveat autem *qui peccatum publicat confitentis*
sacerdos ne peccata penitentium ali-
is prodat. alioquin deponatur. Unde gregorius.
Sacerdos ante omnia caveat ne de hiis que ei
confitentur peccata alicui recitet. non pro-
pinquis non extraneis. nec quod absit pro aliquo scan-
dalo. nam si hoc fecerit deponatur. et omnibus
diebus vite sue ignominiosus peregrinando
pergat. Quod vero dictum est. ut penitens eli-
gat sacerdotem scientem ligare et solvere.
videtur contrarium ei quod in canonibus reperitur.
ut nemo scilicet alterius parochianum iudi-
care presumat. sed aliud est favore vel odio
proprium sacerdotem contempnere quod cano-
nes prohibent. et aliud est cecum vitare.

quod turbamus facere mortem. ne si cecus ducatum ceco prestet: ambo in foueam cadant. Ait per urbanus secundus. Placuit ut nulli sacerdotum deinceps liceat commissum alteri sacerdoti ad penitenciam suscipere sine eius consensu cui se prius commisit. nisi per ignoranciam illius cui penitens prius confessus est. qui uero contra hec temptauerit facere. gradus sui periculo subiacebit. Auctoritatibus probat peccata redire.

Cum multis auctoritatibus
supra sit assertum in ueram cordis contricione peccata dimitti. ante confessionem et satisfactionem et etiam qui aliquando in crimen relapsurus est. queritur. si post cordis contricionem confiteri presumpserit uel in peccatum idem uel in simile recadit. an peccata dimissa redeant. Cuius questionis solucio obscura est et perplexa. aliis asserentibus. aliis econtrario negantibus. peccata semel dimissa ulterius replicari ad penam. Illi quidem qui dicunt peccata redire. sedulus se muniunt testimoniis. Ambrosius ait. Donate inuicem si alter in alterum peccet. alioquin deus repetet dimissa. Si enim uel nihil contemptus fuit. sine dubio reuocabit sententiam per quam misericordiam aliam dederat. sicut in euangelio de seruo nequam legitur. qui in conseruum suum ipse deprehensus est. Item Rabanus. Nequam seruum tradidit deus tortoribus quoadusque redderet uniuersum debitum. quia non solum peccata que homo post baptismum egit reputabuntur ei ad penam. sed et peccatum originale quod in baptismo sunt ei dimissa. Item Gregorius. ex euangelicis dictis constat. quod si non ex corde non dimittimus quod in nos delinquitur. hoc etiam rursum exigitur. quod iam nobis per penitenciam dimissum fuisse gaudebamus. Item Augustinus. dicit deus. dimitte et dimittetur tibi. Sed si ego prius dimisi dimitte et postea. nam si non dimiseris. reuocabo te et quod tibi dimiseram replicabo tibi. Item quod diuini

beneficii oblitus suas uult uindicare iniurias non solum de peccatis futuris ueniam non merebitur. sed etiam peccata que iam sibi dimissa credebat ad uindictam ei replicabuntur. Item Beda. Reuertar in domum meam et cetera. timendus est iste uersiculus non exponendus. ne culpa quam in nobis extinctam credebamus per incuriam nos uacantes opprimat. Item Gregorius. per baptismum sibi puritas theatra sua mundana cupiditas arripiunt. mox omnium prorsus ueteri in ima uiciorum. Item Augustinus. Redire peccata dimissa ubi fraterna caritas non est. Apertissime dominus in euangelio docet in illo seruo. a quo dominus dimissum debitum petiit. eo quod ille conseruo suo debitum noluit dimittere. Hiis auctoritatibus innituntur qui dicunt peccata dimissa redire. Si replicantur. quibus opponitur. siquis pro peccato de quo penituit et indulgenciam accepit iterum punitur. non uidetur iustum. Si punitur pro eo quod peccauit. et non emendauerit iusticia. apparet. Si uero requiratur quod fuerat condonatum. uel iusticia non est. uel iusticia occulta. Videtur etiam quod deus bis iudicaret in idipsum et duplex tribulacio consurgeret. quod scriptura negat. Sed ad hoc dici potest quod nec duplex tribulacio consurgit. nec iudicat deus bis in idipsum. hoc uero fieret si post dignam satisfactionem et sufficientem penam iterum puniret. Sed non satisfecit condigne et sufficienter qui non perseuerauit. Debuit enim iugem habere peccati memoriam. non ad faciendum. sed ad cauendum. debuit non obliuisci omnes retribuciones dei. que tot sunt. quot sunt remissiones peccatorum. uel tot ergo debuit cogitare bona dei quot mala sua dimissa ac per illis usque in finem gracias agere debuit. Sed quia ingratus ad nomitum qui canis redit. cum ante acta bonum mortificauit et peccatum dimissum reuocauit. ita ut cum humiliato deus ante dimiserat peccatum. eidem post elato et ingrato imputet.

IIII

Et quia absurdum videtur. aliorum senten
ut peccata dimissa iterum cia
imputentur: placet quibusdam neminem
pro peccatis dimissis semel iterum puniri a deo.
sed ideo dicuntur peccata dimissa redire et
imputari: quia per ingratitudinem ita
reus et peccator constituitur ut ante fuerat. sicut
enim quod dimissum fuerat dicitur exigi propter
remissionis precepte ingratitudinem: ita reus fit sicut
ante fuerat. In hac parte questionis probati favent
doctores. sed alicui parti non preiudicans: stu
dioso lectori iudicium relinquo addens minimum
tutum fore ac saluti propinquum sub me
tu dominorum inimicias edere. quid sit hic sacra
Post predicta restat mentum et res.
investigare quid in actione
penitencie sit sacramentum et res. sacramentum
enim est sacre rei signum. Queritur ergo quid hic signum
et que est res sacramenti huius signi. Quidam dicunt
sacramentum hic esse quod exterius tantum geritur.
scilicet exterior penitentia que est signum in
terioris penitencie scilicet contritionis cordis et
humiliationis. Quod si est non omne sacra
mentum evangelicum id efficit quod figurat.
Exterior enim penitencia non efficit interiorem.
potius interior est causa exterioris. sed ad hoc
inquiunt hic esse intelligendum de sacramentis
illis que in novo testamento instituta sunt.
ut est penitencie sicut et coniugii ante tempus
gratie et a primordio humani generis fuit.
Utrumque enim institutum fuit in primis pa
rentibus. sed si exterior penitencia sacramentum
est et interior res sacramenti: sepius precedit res
sacramentum quam sacramentum rem. sed neque
hoc inconveniens est. nam et in aliis sacramen
tis que efficiunt quod figurant: hoc sepe contingit.
opinio. Quidam tamen dicunt exteriorem peniten
ciam et interiorem esse sacramentum. nec
duo sacramenta sed unum. ut species panis et
vini non sunt duo sacramenta sed unum.

et sic in sacramento corporis. id est et in hoc sacra
mento dicunt aliud esse sacramentum tantum. scilicet
exteriorem penitentiam. aliud sacramentum
et rem. scilicet interiorem penitentiam. aliud rem
et non sacramentum. scilicet remissionem peccatorum.
Interior enim penitencia et res est sacramenti.
id est exterioris penitencie: et sacramentum remissi
onis peccati quam et signat et facit. Exterior quoque pe
nitencia et interioris signum est et remissionis
peccati. De sacramento unctionis

Preter premissa est et aliud extreme
sacramentum. scilicet unctio infirmorum.
que fit in extremis oleo per episcopum consecrato.
Et sunt tria genera unctionis. est enim unc
tio que fit crismate. que dicitur principalis
unctio. quia in ea principaliter paraclitus
datur. unde et propter habundantem gratiam
duos habet liquores mixtos. oleum scilicet et bal
samum. oleum conscientie. balsamum bone
fame. Crisma vero grece unctio dicitur latine.
nec tamen omne oleum ad unctionem sancti
ficatum crisma vocatur. sed illud solum
quod miscetur cum balsamo. quo capita regum
et pontificum unguntur. quo et baptiza
tos sacerdos ungit in vertice. et pontifex per
impositionem manus confirmandos ungit
in fronte. Est et alia unctio qua cathecu
mini et neophiti unguntur in pectore et in
scapulas unguntur in perceptione baptis
mi. Tertia vero est unctio que dicitur oleum infir
morum de qua nunc agitur. A quibus sit hoc sacramentum
Hoc sacramentum unctionis institu
infirmorum ab apostolis institutum tum
legitur. Ait enim Iacobus. Infirmatur
aliquis in vobis. inducat presbiteros eccle
sie et orent super eum ungentes eum oleo in
nomine domini. et allevabit eum domi
nus. et si in peccatis sit dimittentur ei. In quo
ostenditur duplici ex causa sacramentum
hoc institutum. scilicet ad remissionem peccatorum

et ad corporalis infirmitatis alleviationem. Unde constat eum qui hanc unctionem devote fideliterque percipit, in corpore et in anima alleviari, si tamen expedit ut in utroque alleviet. Quod si forte corporis sanitatem illi habere non expedit, illam que est anime sanitatem in hoc sacramento adquirit. Quid sit hic sacramentum.

Et sicut in aliis sacramentis, ita et in isto aliud est sacramentum, aliud est res sacramenti. Sacramentum est ipsa unctio exterior. Res sacramenti est ipsa unctio interior, que peccatorum remissione et virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia hoc sacramentum pretermittitur, periculosum est et dampnabile. De iteratione huius sacramenti.

Queritur aliqui sub hoc sacramentum iterari possit, cum baptismus et alia quedam sacramenta semel suscepta non iterentur. Augustinus dicit sacramentum non reiterandum et sacramento non est faciendum iniuriam. Sed hoc dicit ubi de sacramento baptismi agit, confirmationis et ordinationis. Unde videtur illud generaliter non esse accipiendum, sed de sacramento baptismi, confirmationis et ordinis, que nullatenus repetenda sunt, quia semel tantum et non sepius datur baptismus, confirmatio et ordinatio. Sacramentum vero altaris et penitentie et coniugii sepe iterari videtur, quia sepe sacramentum corporis percipitur, frequenter penitentia agitur, coniugium sepe contrahitur. Quare ergo similiter unctio non potest iterari? Si morbus non revertitur, medicina non iteratur. Si vero morbus non potest cohiberi, quare debet medicina prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita et unctio iterari potest. Utrumque enim illic commemorat Iacobus, et utrumque attestari cooperatur ad conferendam alleviationem corporis et anime. Cur ergo negetur unctionem super infirmum posse iterari ad impetrandam sepius sanitatem mentis et corporis, cum propter idem sepe sit iteranda oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi hoc volunt quod non sit iterandum, sed secundum totum illud quod pertinet ad sacramentum, dicentes quedam sacramenta sepius posse suscipi, quedam vero non; sed tamen que sepius sumuntur totaliter iterantur, ut sacramentum altaris et unctionis, quia licet sepius sumantur, tamen quia non iterum benedicitur eadem hostia et idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. Sed quis dicit sic et baptismus non iteratur, etsi aliquis frequenter baptizetur, dum eadem aqua non benedicatur iterum. Sed aliud est, inquiunt illi, de benedictione aque qua fit baptismus, aliud de benedictione panis et olei. Potest enim baptismus celebrari in aqua etiam non benedicta, quia et illa benedictio fit tamen pro reverentia et decore, non de necessitate sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici nisi de pane consecrato, neque unctio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo sanctificato. Sed sanctificatio illa ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel tantum benedicitur quisque, non sepius. Benedicitur, ut ait Ambrosius, cum prima, non cum secunda uxore. Sic ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum, nec iniuria ei facienda, iteratio deinde refertur ad sanctificationem rei qua sacramentum expletur. De omni sacramento id generaliter verum est. Si vero ad susceptionem sacramenti, de quibusdam verum est, quia non iterantur crebra susceptione; de aliis vero quibusdam non est verum, quia frequenter sumuntur, ut sepe unctionis hoc sacramentum, quod in omni pene ecclesia repetitur.

D. XXIIII

Nunc ad considerationem sacri ordinis accedamus. Nunc dicendum est de ordinibus ecclesiasticis.

Septem sunt spiritualium officiorum gradus sive ordines, sicut ex sanctorum patrum dictis aperte traditur et capitis nostri, scilicet Ihesu Christi, exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso

ipso exhibuit corpori suo quod est ecclesia. eosdem
ordines obseruandos reliquid. vii. autem sunt
propter septiformem gratiam spiritus sancti. et qui non sunt
participes ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt.
Illi uero in quorum mentibus septiformis gratia spiritus (diffunditur)
sancti cum ad ecclesiasticos ordines accedunt. in ipsa
spiritualis gradus promocione ampliorem gratiam per-
cipere creduntur. quales assumendi sunt
ad clerum.

Tales autem ad spirituale
ministerium eligendi sunt clerici qui digne
possint dominica sacramenta tractare. Ce-
lius est enim domini sacerdoti paucos habere mi-
nistros qui possint digne opus domini exercere
quam multos inutiles qui ordinatori grauem
honus inducant. tales enim ministros decet
esse qui septiformi gratia spiritus sancti sint decori.
et quorum doctrina et conuersationis forma eadem
gratia in alios transfundatur. ne celestes
margaritas spiritualium uerborum officio-
rumque diuinorum sordide uite pedibus concul-
cent. In sacramento quoque septiformis spiritus sancti
vii. sunt gradus ecclesiastici. scilicet hostiarii. Lecto-
res. exorciste. Acoliti. subdiaconi. Diaco-
ni. presbiteri. Omnes tamen clerici uocantur. id est sor-
titi. Corona enim est signaculum quo
signantur in partem corporis sortis mini-
sterii diuini. Corona decus regale signat.
et seruire deo regnare est. ideo ministri
ecclesie reges esse debent. ut et se et alios regant
quibus petrus ait (prima .i.). uos estis genus electum
regale sacerdocium gens sancta et cetera. Summi-
tas capitis desuper nudatur (corona). ut eorum mens
ad deum libera monstretur que reuelata
facie dei contempletur gloriam. Summitas
enim capitis eminentia est mentis. de-
nudacio capitis reuelacio est mentis. Sed
Clericus enim secretorum dei non igna-
rus esse debet. tondendo et capilli usque ad re-
uelationem sensuum. scilicet oculorum et
aurium. ut uicia in corde et carne pullulancia

doceantur precidenda. ne ad audiendum
et intelligendum uerbum dei mens pre-
pediatur. pro quo seruato reddetur in ex-
celsis corona. consuetudo autem ecclesiastice
tonsure a nazareis exortus uidetur. qui
prius crine seruato. denique ob uite conti-
nenciam caput radebant. et capillos in igne
sacrificii ponebant. hinc usus inolevit
ut qui diuinis cultibus mancipantur.
quasi nazarei. id est sancti crine deposito inueni-
antur. Sicut ad ezechielem (.v. a.) dicitur.
Fili hominis sume gladium (nouaculam) acutum
et duc super caput tuum et barbam. In
actibus (.18. c.) et apostolorum paulum et aquilam hoc
fecisse legimus. paulus quoque et alii dis-
cipuli et quidam hoc (.xxi.) fecerunt. Recte quoque
in quibuslibet gradibus clerici uocantur. quorum
nomina et rationes nominum exponens
(.v. l. ethi. c. ii.) ysidorus ait. Cleros et clericos hinc appel-
latos esse credimus. quod (act. i.) mathias electus
est sorte quem primum legimus per apostolos
ordinatum. Cleros enim grece. sors la-
tine uel hereditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt
clerici quia de sorte domini sunt. uel quia partem
domini habent. Generaliter uero clerici nuncu-
pati sunt omnes qui in ecclesia christi deseruiunt.
quorum gradus et nomina sunt hec. hostia-
rius. Lector et cetera. de hostiariis

Hostiarii idem et ianitores sunt.
qui in ueteri testamento electi
sunt ad custodiam templi. ut non ingrederetur
in illud inmundus. Dicti autem sunt
hostiarii eo quod presunt hostiis templi. Ipsi
enim tenentes clauem omnia intus et extra
que custodiunt. atque inter bonos et malos
habentes iudicium. dignos recipiunt. in-
dignos respuunt. Ideo et eis cum ordinan-
tur claues ecclesie dantur ab episcopo et dicitur
eis. Sic agite tamquam deo reddituri rati-
onem pro rebus que clauibus istis recluduntur.

hoc officium dominus in sua persona recepit, quando flagello facto de funiculis vendentes et ementes de templo eiecit. Ipse enim hostiarium se significans ait: Ego sum hostium; per me si quis ingredietur et egredietur et pascua inveniet.

De lectoribus

Secundus est gradus lectorum. Lectores a legendo, sicut psalmiste a psalmis canendis vocati sunt. Illi enim predicant populis quid sequantur; isti canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium. Licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Idem enim pronunciatores vocantur, quod porro pronunciant; tam clara enim erit eorum vox ut quamvis longe positorum aures adimpleat. Ad lectorem autem pertinet lectiones pronunciare, et ea que prophete vaticinati sunt populis predicare. Unde iam ex officio legationis inter prophetas et lectiones. Hi ei videntibus populo traditur ab episcopo codex divinarum lectionum, dicitur eis: Accipite et estote verbi dei relatores, habituri si fideliter impleveritis officium partem cum his qui verbum dei ministraverunt. Qui ad hunc gradum provehitur litteris scientia debet esse instructus, ut sensum verborum intelligat et vim accentuum sciat, distincte legat, ne confusione prolationis intellectum auditoribus auferat. Attendat quid indicative, quid interrogative sit legendum, ubi sit in oratione facienda distinctio. Hec enim male servata intellectum perturbant et alios ad risum provocant. Auribus et cordi consulere debet vox lectoris. Hoc officium Christus implevit cum in medio seniorum librum Ysaie aperiens distincte ad intelligendum legit: Spiritus domini super me etc. Ex quo lectoribus datur intelligi quod gratia spirituali clarere debent qui aliis verbum dei annunciant. Hic ordo formam et initium a prophetis accepisse videtur, quibus dicitur: Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam etc.

De exorcistis

Tertius est ordo exorcistarum. Exorciste autem de greco in latinum adiurantes vel increpantes vocantur. Invocant enim super cathecuminos et super eos qui habent spiritum immundum nomen domini, adiurantes vel precantes per eum ut egrediatur ab eis. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter tenere et manus super inergumimos et catecuminos in exorcizando imponere. Oportet autem spiritum mundum habere qui spiritibus inmundis imperat, et malignum expellere de corde suo quem expellit de corpore alieno, ne medicina quam aliis facit sibi non prosit, et ne dicatur ei: Medice, cura te ipsum. Hi cum ordinantur accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum, et dicitur eis: Accipite et habetote potestatem imponendi manus super inergumimos et catecuminos. Hoc officio usus est dominus quando saliva sua tetigit aures et linguam surdi et muti dicens: Effeta, quod est adaperire; per hoc docens nos spiritualiter debere adaperire aures precordiorum hominum ad intelligendum et ora ad confitendum, ut pulso demone spiritus sanctus vas suum possideat. Hoc etiam officio usus est dominus cum demoniacos multos sanavit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse, qui quendam modum exorcizandi invenit quo demones adiurati ab obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati exorciste vocati sunt, de quibus Christus in evangelio: Si ego in beelzebub eicio demonia, filii vestri, scilicet exorciste, in quo eiciunt?

De acolitis

Quarto loco succedunt acoliti. Acoliti vero grece, latine ceroferarii dicuntur.

a deportandis cereis quando legendum est euangelium
uel sacrificium offerendum. Tunc
enim accenduntur luminaria et deportantur
ab eis non ad effugandas aeris tenebras
cum sol eo tempore rutilet, sed ad signum
letitie demonstrandum, ut sub typo luminis
corporalis illa lux ostendatur de qua legitur:
Erat lux uera que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ad acolitum
etiam pertinet preparatio luminariorum in sacrario.
Ipse cereum portat, ipse urceolum cum uino
et aqua suggestat ad eucharistiam subdiaconis pre-
parat. Hi cum ordinantur, cum edocti fuerint
ab episcopo quid in officio suo agere debeant,
ab archidiacono candelabrum accipiunt cum
cereo et urceolum uacuum. Hoc officium dominus
se habere testatur dicens: Ego sum lux mundi,
qui sequitur me non ambulat in tenebris. Huius officii formam
illi gerebant in ueteri testamento qui lu-
cernas candelabri componebant et accende-
bant igne celesti ad illuminandas preter
aquilonares. De subdiaconibus.

Quintus est ordo subdiaconorum qui grece
ypodiacones uocantur quos nos subdia-
conos dicimus, qui ideo sic appellantur quia sub-
iacent preceptis et officiis leuitarum. Obla-
tiones enim in templo a fidelibus suscipiunt
et leuitis superponendas altaribus deferunt. Hi
apud hebreos nathinei uocantur, id est in humilitate
domino seruientes. Ad subdiaconum pertinet
calicem et patenam ad altare deferre et
leuitis tradere eisque ministrare, urceolum
quoque et aquamanile et manutergium tenere
episcopo et presbiteris et leuitis pro lauandis ante alta-
re manibus aquam prebere. His lex continentie
imponitur qui altari appropinquantes ua-
sa corporis et sanguinis Christi portant. Unde illud imple-
re debent: Mundamini qui fertis uasa do-
mini. Ad hos tamen etiam pertinet de oblationibus po-
nere in altari quantum sufficere possit populo, et etiam
corporales et pallas et substratoria lauare. Hi tamen

ordinantur accipiunt de manu episcopi pate-
nam et calicem uacuum, ab archidiacono uero
urceolum cum aquamanili et manutergio.
Hoc officio usus est dominus quando in linteo se precinxit
et mittens aquam in peluim pedes discipulo-
rum lauit et linteo tersit. De diaconibus.

Diaconorum ordo sextum
tenet locum propter senarii perfectionem.
Hic ordo in ueteri testamento a tribu leui
nomen trahit. Dicuntur enim et leuite.
Precepit quippe dominus moysi ut post
ordinationem aaron et filiorum eius pro-
tinus tribus leui ad diuini cultus ordinare-
tur ministeria et consecrarentur domino et ser-
uirent pro israel coram aaron et filiis eius in
tabernaculo. Ipsi quoque gestarent archam et
tabernaculum et omnia uasa eius et in
circuitu tabernaculi excubarent et in transpor-
tando tabernaculo ipsi deponerent rur-
sumque componerent. A .xxv. annis et supra ius-
si sunt seruire in tabernaculo. Quam regu-
lam in ecclesiis sancti patres constituerunt,
quia hec etas ad ferenda honera est robusta.
Leuite autem ex nomine auctoris uocati
sunt. De leui enim leuite exorti sunt a quibus
in templo mistici sacramenti ministeria
explebantur. Hi grece diacones latine
ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote
consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio
habetur. Ad diaconum pertinet assistere sa-
cerdotibus et ministrare in omnibus que
aguntur in sacramentis Christi, scilicet in baptismo,
in crismate, in patena et calice, oblationes
quoque inferre et disponere in altari, componere
etiam mensam domini atque uestire, crucem ferre,
et predicare euangelium et apostolum. Nam sicut lectori-
bus uetus testamentum, ita diaconibus nouum predica-
re preceptum est. Ad ipsum etiam pertinet offici-
um precum et recitatio catecuminorum
nominum. Ipse premonet aures habere ad dominum.

ipse donat pacem et ipse annunciat. Quod autem
huius ordinem a moyse statutum est: hoc et in
novo testamento representatur. cum diacono
super levum humerum stola ponitur et casu
la in diebus ieiunii complicatur. quia quicquid labo
ris et sustinentie in hac vita toleratur: quasi
in leva portetur. donec in dextera id est eterna vi
te requiem habeatur. hic ordo ab apostolis est cele
bratus. quando ut legitur in actibus apostolorum .vii.
viros plenos spiritu sancto ad hoc officium elege
runt et oratione premissa manus eis imposuerunt.
Unde et consuetudo inolevit ut in omni ma
trice ecclesia .vii. diacones circa aram quasi
.vii. columpne assistant. hii sunt .vii. an
geli tuba canentes in apocalipsi. qui quales
esse debeant apostolus docet timotheo scribens.
Hii cum ordinantur: solus episcopus eis manus
imponit. quia ad ministerium applicantur.
ponit eis orarium id est stolam super levum
humerum. ut per hoc intelligant se accepis
se iugum domini suave. quo ad sinistram
pertinentia divino timori subiciant. acci
piunt et textum evangelii ut intelligant
se esse precones evangelii christi. hii autem ante
quam ordinentur: probentur ut docet apostolus.
et sic ministrent. nullum crimen habentes. hoc
officio usus est christus quando post cenam sacra
mentum corporis et sanguinis discipulis dis
pensavit. et quando apostolos dormientes ad ora
tionem incitavit dicens. Vigilate et ora
te ne intretis in temptationem. De

[S]eptimus est ordo presbiteris.
presbiterorum. presbiter grece senior la
tine interpretatur. non modo pro etate vel
decrepita senectute. sed propter honorem et dig
nitatem quam acceperunt presbiteri nomina
tur qui morum prudentia et maturitate
conversationis precellere debent in populo
sicut scriptum est. Senectus venerabilis est non
diuturna. non annorum numero computata.

Cani enim sunt sensus hominis et etas senec
tutis vita inmaculata. Hii autem et presbiteri sacer
dotes vocantur. quia sacrum dant. qui licet
sint sacerdotes. tamen pontificatus apicem non
habent. sicut episcopi. qui sanctificatione crismatis frontem signant
nec paraclitum dant. quod solis deberi episcopis lectio
actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud ve
teres idem episcopi et presbiteri fuerunt. quia illud no
men est dignitatis non etatis. Sacerdos
nomen est compositum ex greco et latino.
quasi sacrum dans sive sacer dux. Sicut enim rex a
regendo dicitur ita sacerdos a sanctificando. Con
secrat enim corpus et sanctificat. antistes autem
sacerdos dictus est eo quod antistat. primus enim est
in ordine ecclesie. Ad presbiterum autem pertinet sacra
mentum corporis et sanguinis domini in alta
ri dei conficere. orationes dicere. et dona
dei benedicere. qui cum ordinantur: inunguntur
eis manus. ut intelligant se accepisse gra
tiam consecrandi. et caritatis opera ad omnes
debere extendere. Accipit et stolam que
tegit utrumque latus. quia debet esse munitus ar
mis iustitie contra adversa et prospera. Accipit et cali
cem cum vino et patenam cum hostiis ut per hoc
sciat se accepisse potestatem placabiles
deo hostias offerendi. Hic ordo a filiis aaron
sumpsit exordium. Summos enim pontifices
et minores sacerdotes instituit deus per moysen.
qui ex precepto dei aaron in summum sacer
dotem vel pontificem. filios vero eius instituit
in minores sacerdotes. Christus quoque .xii. discipulos
elegit prius. quos et apostolos vocavit. quorum vicem
gerunt in ecclesia maiores pontifices. Deinde ali
os .lxx. et duos discipulos designavit. quorum
vicem tenent in ecclesia minores presbiteri.
Unus autem inter apostolos princeps extitit pe
trus. cuius vicarius et successor est ponti Papa.
fex summus romanus. Unde dicitur apostolicus
qui et dicitur sanctus pater patrum. Quales autem
debeant eligi presbiteri. apostolus scribens timotheo

ostendit. In nomine episcopi presbiterum significat.
In autem officio usus est Christus cum semet ipsum in ara
crucis optulit. idem sacerdos et hostia. et quando post
cenam panem et uinum in corpus suum et
sanguinem commutauit. Ecce de vii. gradibus
ecclesie breuiter exposuimus. et quibus ad quem pertineat
insinuauimus. Cumque omnes spirituales et
sacri sint excellentes. tamen canones duos tantum
ordines sacros appellari censent. diaconatus
scilicet et presbiteratus. quia hos solos primitiua ecclesia le-
gitur habuisse et de his solis preceptum apostoli
habemus. Apostoli enim in singulis ciuitati-
bus episcopos et presbiteros ordinauerunt. leuitas
uero ab apostolis ordinatos legimus. quorum maximus
fuit beatus Stephanus. subdiaconos uero et
acolitos procedente tempore ecclesia constituit.

Si autem queritur quid sit *quid sit quod hic di-*
citur ordo. sane *dicitur ordo*
dici potest signaculum quoddam esse. id est sa-
crum quoddam quo spiritualis potestas traditur
ordinato et officium. Caracter autem spiritualis
in quo fit promotio spiritualis potestatis. ordo uel gradus
uocatur. et dicuntur hii ordines sacramenta
quia in eorum perceptione res sacra id est gratia
confertur quam figurant ea que geruntur.

Sunt et alia quedam *de nominibus dignitatis*
non ordinum sed dignitatum uel officii.
Officiorum nomina dignitatis simul et of-
ficii nomen est episcopus. Episcopatus autem uocabu-
lum inde dictum est quod ille qui efficitur
superintendat scilicet curam subditorum suorum ge-
rens. Scopin enim grece latine intendere dicitur.
Episcopi autem grece latine speculatores interpre-
tantur. Nam speculator prepositus est in ecclesia
dictus eo quod speculetur atque perspiciat populorum
infra se positorum mores et uitam. Pontifex
princeps sacerdotum est quasi uia sequentium.
Ipse et summus sacerdos dicitur. ipse presbiteros sacerdo-
tes et leuitas efficit. ipse omnes ordines ecclesiasticos
disponit. *De quadripartito ordine episcoporum*

Ordo autem episcoporum quadripartitus est.
in patriarchis. archiepiscopis. metropolitanis
et episcopis. Patriarcha grece summus pater
interpretatur. quia primum id est apostolicum locum tenet.
ut romanus. antiochenus. alexandrinus.
Sed omnium est summus romanus. Archiepiscopus di-
citur episcoporum princeps. Archos enim grece. lati-
ne princeps dicitur. Metropolitani a men-
sura ciuitatum dicuntur. singulis enim prouin-
ciis preeminent. quorum auctoritati et doctrine ceteri
cum clericis sacerdotes subditi sunt. Sollicitudo
enim totius prouincie ipsis commissa est.
Omnes autem superius designati ordines
episcopi nuncupantur. Nota quod archiepiscoporum
nomine superius primates significasse
uidetur. et metropolitarum nomine quos archi-
episcopos nunc dicimus. Horum autem distinctio
a gentilibus introducta uidetur. qui suos
flamines alios simpliciter flamines. alios
archiflamines. alios protoflamines appella-
bant. Sacerdotes enim gentilium flamines
appellabantur. qui habebant in capite pil-
leum in quo erat breuis uirga desuper habens
lane aliquid. quod cum per estum ferre non possent
filum tantum in capite ceperunt ligare. Nu-
dis enim capitibus eius incedere nephas
erat. Unde et a filo quo utebantur fla-
mines dicti sunt. quasi filamines. Sed in
festis diebus filo deposito pilleum imponebant
pro sacerdotii eminentia. Uates autem a ui men-
tis appellantur. cuius multiplex est significatio.
Modo enim sacerdotem. modo prophetam significat.
et modo poetam. Cantor uero uocatur qui
uocem modulatur in cantu. Huius autem sunt
duo genera. precentor et succentor. [illegible] Precentor
est qui uocem premittit in cantu. Succentor
est qui subsequenter canendo respondet. Con-
centor autem dicitur quia consonat. qui autem non
consonat nec concinit. nec concentor erit.
Hiis breuiter tractatis admonendi sunt

ministri et quatinus sic excellant ordinis dignitate, ut precellant vite sanctitate, ut plebs eis commissa eorum disciplinis edocta gratanter eis obediat, et eorum imitatione de die in diem proficiat, a quibus divina vel divina sacramenta percipiunt et missarum sollempnia audiunt. Missa autem dicitur vel quia missa est hostia, cuius commemoratio fit in illo officio. Unde dicitur: Ite missa est, id est sequimini hostiam que missa est ad celestia, tendentes post eam; vel quia missus celestis venit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare celeste defertur hostia. Unde et dicitur missa est. De ordinatis ab hereticis.

C. XXV

Solet etiam queri si heretici ab ecclesia precisi et dampnati possint sacros ordines dare, et si ab eis ordinati redeuntes ad unitatem ecclesie debeant reordinari. Hanc questionem perplexam ac pene insolubilem faciunt doctorum verba, qui plurimum dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere hereticos sacros ordines dare non posse, nec illos qui ab eis ordinati videntur gratiam recipere. Dicit enim Innocentius: Arrianorum clericos non esse suscipiendos cum sacerdotii vel ministerii alicuius dignitate, quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod in nomine patris et filii et spiritus sancti percipitur. Dicit enim eos non posse dare spiritum sanctum quem amiserunt, et ordinatos ab hereticis caput habere vulneratum, et eum qui amisit honorem, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia in dante nil erat quod ille posset accipere. Tradit etiam venientibus ab hereticis per manus impositionem laicam tantum tribuendam communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare. Gregorius etiam dicit sacrilegam esse Arrianorum consecrationem, cum ex eorum manu communio percipitur. Ciprianus etiam dicit: Omnia quecumque faciunt heretici carnalia et inania et sacrilega sacrificia, que more simearum, que cum homines non sint, formam imitantur humanam. Viduam ecclesiam catholicam et auctoritatem sibi vendicant, cum ipsi in ecclesia non sint, et cum sint sacrilegi, sacerdotium administrant, et altare componunt. Cum nec sanctificari illic oblatio possit, ubi spiritus sanctus non sit, nec dominus sanctificet per eius orationes et preces, qui deum ipsum violaverit. Ieronimus: Lex asserit omnia que offeruntur ab hereticis contaminata esse in conspectu domini, quia licet videantur sancta ipsi sibi, tamen quia contacta sunt ab illo qui pollutus est, polluuntur omnia. Idem: Odit deus sacrificia hereticorum et a se proicit, et quociens in nomine eius fuerint congregati, detestatur fetorem eorum, et claudit nares suas. Idem: Illi offerunt panem sacrilegum etc. Leo etiam testatur extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia eorum, nec vera esse sacrificia. Ideo etiam dicit: Per crudelissimam vesaniam in Alexandrina sede omnium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificiorum oblatio, defecit crismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere misteria. His aliisque testimoniis asseri videtur sacramenta ecclesiastica, scilicet corporis et sanguinis et ordinationis et confirmationis, per hereticos non posse ministrari.

Econtra autem alii sentire videntur quod ab hereticis precisis sacri ordines sicut et baptisma tradi valeant. Nec ab hereticis redeuntes qui illic ordinati sunt sicut baptizati iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizandi. Unde Augustinus de hereticis et dampnatis precisis: Quod quidam dicunt baptisma quod accepit non amittere qui recedit ab ecclesia, ius tamen dandi quod accepit amittere, multis modis apparet in cassum dici. Primo quia nulla causa ostenditur cur ille qui baptisma amittere non potest, ius dandi

Auctoritates ponit que videntur pro illis militare.

esse et eorum altaria falsa et illicita [illegible]

possit amittere. Utrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur: illud cum baptizatur, istud cum ordinatur. Ideo non licet utrumque in catholica ecclesia iterari. Nam si quando ex illa parte venientes etiam prepositi pro bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt, et visum est opus esse ut eadem officia gererent que gerebant, non sunt rursus ordinandi; sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio integra mansit, quia in precisione fuerat vitium quod unitate pacis est correptum, non in sacramentis que ubicumque sunt ipsa sunt. Et cum ecclesie expedire videtur ut prepositi eorum venientes ad catholicam societatem honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideo manus non eis imponitur, ne non homini sed ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est quod per eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi est: utrumque quidem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere, aliud perniciose habere, aliud salubriter habere. Eodem de his qui ab unitate ecclesie separati sunt: nulla iam questio est quin habeant et dare possint, sed perniciose habent, perniciose quia dant, quia extra vinculum pacis sunt. Tamen neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut autem recte non habet potestatem qui ab unitate recedit, sed tamen habet, et ideo non redditur redeunti; sic et non recte dat qui ab unitate recedit, sed tamen dat, et ideo qui ab eo accepit venienti ad unitatem non iteratur. Secundum aliud est enim habere aliquid, aliud non iure habere vel illicite usurpare. Non igitur ideo non sunt sacramenta Christi et ecclesie, quia eis illicite utuntur non modo heretici sed et omnes impii; sed illi corrigendi sunt et puniendi, illa autem agnoscenda sunt et veneranda. Item Gregorius: Quod dicitis ut qui ordinatus est iterum ordinetur, valde ridiculosum est. Ut enim qui baptizatus est semel, iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel in ordine eodem non valet iterum ordinari consecrari. His aliisque auctoritatibus videtur asseri in omnibus ipsis et in hereticis precisis et dampnatis sacramenta Christi permanere cum iure dandi, possint et dare sed perniciose, et quibus dederint non sunt iterum ordinandi. Que premissis ex opposito obviare videntur. De contrariis premisse contra dictorum auctorum.

Hec autem quidam contra determinant. Dicunt enim hereticos accepta sacerdotali vel episcopali unctione ab ecclesia recedentes baptizandi quidem vim retinere, sed non habere facultatem conferendi sacros ordines vel conficiendi dominicum corpus, postquam dampnati sunt et precisi ab ecclesia. Sic degradatus episcopus non habet potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tamen baptizandi non amisit. Quod vero Augustinus dicit intelligunt dictum ab hereticis qui non sententia ecclesie sed pravitate sensus sui a fidei veritate ac doctrine unitate divisi sunt, quamvis tales sint, cum ius consecrandi et ordinandi habeant; et qui ab eis ordinantur ante manifestam precisionem, et si cum eis aperte exierint et sententia ecclesie dampnati fuerint, tamen si redierint iterum ordinandi non sunt. Et ubicumque legitur de ordinatis ab hereticis quod servatis eis ordinibus ministrare valeant, vel iterum ordinandi non sunt, de his accipiendum dicunt. Nam postquam precisi sunt et dampnati iudicio ecclesie, ius ordinandi et consecrandi eis detractum asserunt, ut degradatis vel excommunicatis. Alii vero sacramenta dicunt ab hereticis et precisis secundum formam ecclesie celebrata vera esse et rata, et recedentes ab ecclesia ius dandi et consecrandi non perdiderunt, et qui sic ab hereticis ordinantur, cum redeant, iterum ordinandi non sunt. Quod vero ab hereticis aut sunt

quam in ecclesia falsa sunt et vana et qui a talibus
ordinati videntur non munus sed iniuriam
accipiunt et secundum hanc differentiam va-
ne doctores locuti sunt. Quidam vero dicunt
eadem sacramenta ab hereticis precisis pos-
se celebrari que a catholicis fiebant ubi forma
ecclesie servetur et ab eis celebrata vera esse et rata
quantum ad se. quantum vero ad effectum fal-
sa esse et inania et in hiis qui male tractant
et in hiis qui male suscipiunt. Ideo irrita et
falsa esse quod per ipsos inmittuntur et contra quod edunt non
obviunt dampnanda sunt. dicuntur enim quod sunt tra-
ctantibus vel suscipientibus sunt in vi-
tium. Postea sunt dicuntur non quantum ad
se sed propter indignam hereticorum tractationem.
Sicut Gregorius ait vocat execrationem et ma-
tenciis bonosi ordinationem dampna-
cionem. Non quod irrita in se sint sed quia male
dantes vel accipientes tales faciunt. sicut et
Jeremias sacrificia eorum panem luctus vocat. non
quantum ad se sed quantum ad effectum. Non
nulli vero tradunt alios hereticos qui in
ecclesia ordinati sunt ius ordinandi et con-
secrandi etiam cum fuerint separati habere.
Qui vero in ceismate vel heresi positi abe-
is ordinati et iuncti fuerint illo iure ca-
rent. Ideo cum ordinare volunt. vulneris
potius infligunt quam gratiam conferant.

De simoniacis. de simoniacis.

De non est ambigendum
quod sunt heretici. quamvis ante sententiam de-
gradationis ordinant et consecrant et licet
simoniaci dicantur. propterea que instar sy-
monis magi inextimabilem graciam pre-
cio conducere volunt et qui per ministe-
rio sacro precium recipiunt in modum
Giezi. Giezite vocandi sunt. omnes tamen
dantes et accipientes symoniaci dicuntur et
una eadem percelluntur. de hiis qui a simoniacis scienter ordinantur.

Differt autem

inter eos qui ordinantur a symoniacis scienter
et eos qui ignoranter. Qui vero a symoniacis
scienter se permiserunt ordinari vel conse-
crari. immo execrari eorum consecratio omnino ir-
rita est. qui vero ordinantur a symoniacis quos
cum ordinantur nesciunt esse symoniacos.
et qui tunc pro catholicis habentur. eorum ordi-
natio misericorditer observetur. de hiis qui dicunt

Si quo aliqui obiciunt se emere corporalia non spiritualia.
sunt se non consecrationes emere.
sed res ipsas que ex consecratione proveniunt.
penitus decipere probantur. Nam quisquis
horum alterum vendit sine quo alterum non ha-
betur. neutrum vendere dereliquit.

Symoniace autem distinctio symoniacorum.
Heresis triplex est distinctio. Alii autem
simoniace a simoniacis ordinantur. alii
simoniace a non simoniacis. Alii non simo-
niace a simoniacis. Unde Nicholaus papa statuimus
decretum de symoniaca triplici heresi. scilicet de
symoniacis simoniace ordinatoribus vel or-
dinatis. et de simoniacis simoniace a non si-
moniacis. et de simoniacis non simoniace
a simoniacis. Simoniaci simoniace ordi-
nati vel ordinatores secundum canones a proprio
gradu decidant. Simoniaci etiam simoniace a
non simoniacis ordinati similiter remove-
antur ab officio. Symoniacos vero non simoni-
ace a simoniacis ordinatos misericorditer
per manus impositionem pro temporis neces-
sitate in officio permittimus permanere. quod
intelligendum est de hiis qui ordinantur
a simoniacis ignorantes eos esse simoni-
acos. hos facit symoniacos non reatus cri-
minis sed ordinatio simoniaci. Similiter
cum decernit Alexander symoniacos esse
omnino dampnandos ac deponendos. sic
intelligendum est. non violenter qui attrac-
tatus fuit. de hiis enim et a quolibet hereticis
violenter ordinatis Innocentius dicit quod

possint habere aliquem colorem excusationis si statim discedant ab eis et pessimo eorum consilio vel contubernio renuntiant. De etate ordinandorum tradit

Sacri insuper canones tempora prefixerunt ut subdiaconus non ordinetur ante annos XIIII, nec diaconus ante XXV annos, nec presbiter ante XXX annos. Deinde si dignus fuerit ad episcopatum eligi potest. Quos nos pari modo servare iubemus. Item Fabianus. Si quis XXX etatis non impleverit annos nullo modo presbiter ordinetur, etiam si valde sit dignus, scientia et doctrina, quia et ipse Dominus XXX annorum baptizatus est et sic cepit docere.

D XXVI

De sacramento coniugii.

Cum alia sacramenta post peccatum et propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii sacramentum etiam ante peccatum legitur fuisse institutum a Domino, non tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim scriptura Genesis in Adam misso sopore atque una de costis eius sumpta et ex ea muliere formata, virum in spiritu intelligentem ad quem usum mulier facta esset, prophetice dixisse: Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue etc. De dupli[ci] institutione coniugii.

Coniugii autem institutio duplex est: una ante peccatum ad officium est facta in paradiso, ubi esset thorus immaculatus et nuptie honorabiles, ex quibus sine ardore conciperent et sine dolore parerent; altera post peccatum ad remedium facta est extra paradisum propter illicitum motum devitandum. Prima ut natura multiplicaretur; secunda ut natura exciperetur [excusaretur] et vitium cohiberetur. Nam et ante peccatum dixit Deus: Crescite et multiplicamini, et post peccatum omnibus pene hominibus per diluvium consumptis dixit idem. Quod vero ante peccatum institutum fuit coniugium ad officium, post peccatum non ad remedium concessum, Augustinus attestatur dicens: Quod semel erat ad officium, egrotis est ad remedium. Infirmitas enim incontinentie que est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si non peccassent primi homines, sine carnis incentivo ac fervore libidinis ipsi ac successores eorum convenirent, et sicut remunerabile est opus aliquod bonum, sic coitus eorum bonus et remunerabilis esset. Quia vero propter peccatum letalis concupiscentie lex membris nostris inhesit, sine qua carnalis commixtio non fit, reprehensibilis est et malus coitus nisi excuset per bona coniugii.

Prima institutio habuit preceptum, secunda indulgentiam. Quod coniugium sit ex [pre]cepto vel secundum preceptum et quod secundum indulgentiam. Didicimus enim ab apostolo humano generi indultum esse coniugium propter vitandam fornicationem. Indulgentia vero, quia meliora non eligit, remedium est, non premium; a qua si quis declinaverit, merebitur examinale iudicium. Quod secundum indulgentiam conceditur voluntarium est, non necessarium. Alioquin transgressor esset qui illud non faceret. Et potest sane illud intelligi sub precepto dictum primis hominibus ante peccatum: Crescite et multiplicamini, quo etiam post peccatum tenebantur usque dum facta est multiplicatio. Postquam vero secundum indulgentiam contractum matrimonium fuit, id est post diluvium, quo universum genus humanum pene deletum est, secundum preceptum dictum est filiis Noe: Crescite et multiplicamini. Multiplicato vero homine secundum indulgentiam contractum est, non secundum preceptum. Quod diversis modis indulgentia accipitur.

Indulgentia vero diversis modis accipitur, scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est permissio in novo testamento

de minoribus bonis et de minoribus malis. de
minoribus bonis est coniugium quod non meretur
palmam. sed est in remedium. de minoribus
malis id est de venialibus est coitus qui fit causa
incontinentie. Illud vero id est coniugium in-
dulgetur id est conceditur. illud vero id est coitus
talis permittitur id est tolleratur ita quod non prohibetur.
Fuerunt autem **quod nuptie bone**
non nulli heretici nuptias **sunt**
detestantes qui taciani appellati sunt. hi
nuptias omnino dampnant. et pares for-
nicationibus aliisque corruptionibus faciunt.
nec recipiunt in suorum numero maritum
vel feminam coniugio viventem. Quod autem
sit res bona coniugium. non modo ex
eo probatur quod dominus legitur coniugium
instituisse inter primos parentes. sed etiam quod
in cana galilee interfuit christus nuptiis easque
miraculo confirmavit et commendavit
aqua in vinum conversa. qui postea etiam
virum uxorem dimittere prohibuit nisi
causa fornicationis. Apostolus etiam ait. virgo non
peccat si nubat. Constat ergo rem bonam
esse matrimonium. alioquin non esset
sacramentum. sacramentum enim
sacrum signum est. **cuius rei sacramentum**
Cum ergo coniugium sacramentum **sit**
sit et sacrum signum est et sacramentum **coniugium**
rei signum scilicet coniunctionis christi et ecclesie. sicut
ait apostolus. scriptum est inquit. Relinquet homo pa-
trem et matrem et adherebit uxori sue. et erunt duo
in carne una. hoc autem magnum est sa-
cramentum. Ego autem dico in christo et ecclesia.
ut enim inter coniuges coniunctio est secundum
consensum animorum et secundum permixtionem
corporum. sic ecclesia christo copulatur volun-
tate et natura. qua idem vult cum eo.
et ipse formam assumpsit de natura ho-
minis. Copulata est ergo sponsa sponso
spiritualiter et corporaliter id est caritate et

conformitate nature. huius utriusque co-
pule figura est in coniugio. consensus enim
coniugum copulam spiritualem christi et ecclesie que fit
per caritatem significat. commixtio vero sexuum illam
significat que fit per nature conformitatem. Unde
est quod quidam doctores dixerunt illam
mulierem non pertinere ad matrimonium
que non experitur carnalem copulam.
Ait enim augustinus. Non est dubium illam mulie-
rem non pertinere ad matrimonium cum
qua docetur non fuisse commixtio sexuum.
Item Leo papa. Cum societas nuptiarum
ita a principio sit instituta ut preter com-
mixtionem sexuum non habeat in se christi
et ecclesie sacramentum. non dubium est
illam mulierem non pertinere ad matri-
monium in qua docetur non fuisse nup-
tiale misterium. Item augustinus. Non est perfectum
coniugium sine commixtione sexuum. hoc
si secundum verborum superficiem quis acceperit
inducitur in errorem tamen ut dicat sine
carnali copula non posse contrahi matrimo-
nium. et inter mariam et Josep non fuis-
se coniugium. vel non fuisse perfectum. quod est
nephas sentire. tanto enim sanctius atque
perfectius fuit. quanto a carnali opere im-
munius. sed superius ea ratione dicta in-
telligenda sunt. non quin pertineat mu-
lier illa ad matrimonium cum qua non
est permixtio sexuum. sed non pertinet ad
matrimonium quod expressam et plenam habet
figuram coniunctionis christi et ecclesie. sed illius
tamen qua ecclesia christo caritate unitur. non illius qua
per susceptionem carnis capiti membra
uniuntur. Non ideo tamen minus est sanctum coniugi-
um. quia ut ait augustinus. In nuptiis plus valet
sanctitas sacramenti quam fecunditas ventris.
Est enim coniugium signum spiritualis coniuncti-
onis et dilectionis animorum qua inter se coniu-
ges uniri debent. Unde ait apostolus. Viri diligite

uxores uitas ut corpora uīa · que ſint conſiderā

D. XXVII

Poſt hec aduertendum eſt **dai coniugio ·**
quid ſit coniugium · et que efficiens cā
coniugii · et cā ꝓp qm̄ ɔ̄hi dꝫ · et que ſint bona
coniugii · et quo m̄ excuſetur p ea coitus
carnal · et que ſint legitime ꝑ ad ɔ̄hendū
matrimonium · Sunt et alia plura in matr
monio conſideranda que ſb cōpendio per
ſtringemus · **Quid ſit coniugium ·**
Sunt g̊ nupcie uł m̄m̄ · uiri et mulie
ris coniunctō maritał · int legitimas
pſonas · indiuiduam uite conſuetudinē
retinens · Ad indiuiduam uite conſuetu
dinem ptinꝫ · q̄ abſqꝫ conſenſu alterius
neutr continenciam pfiteri poteſt · uł orōi
uacare · et q̄ int eos dum uiuunt cōiuga
le uinculum pmaneat · ut ſe aliī copula
re non liceat · et ut inuicem alt alti exhi
beat q̄ quiſꝫ ē · hac autē deſcripcione le
gitimorum et fidelium tm̄ matrimoni
um ^{includitur} introducitur · **De conſenſu quē effi**
Efficiens autē m̄m̄ **uel cā coniugium ·**
cauſa ÷ conſenſus non quilibet · ſet
per uerba exp̄ſſus · non de futuro · ſꝫ de pre
ſenti · ſi enim conſenciant in futurum
dicentes · accipiam te in uirum et ego te
in uxorem · non eſt conſenſus iſte efficax
matrimonii · Itm̄ ſi conſenciant mente ·
et non exp̄mant uerbis uł aliis ſignis cert ·
talis conſenſus matrimonium fac · Si aū
uerbis explicatur q̄ tm̄ corde non uolunt ·
ſi non ſit ł coaccio uł dolus · obligacio illa
uerborum quibꝫ conſenciunt dicentes · accipio
te in uirum et ego te in uxorem · fac m̄m̄ ·
Quod autē ɔſenſus matrimo **auctibus**
nium faciat · **plat q̄ cōſenſus ſolus**
ſedatus pbatur teſtimoniis · **m̄m̄ efficit ·**
Ait n̄ ẏſidor̄ conſenſus m̄m̄ facit · Itē
nich · ꝑ · ſufficiat ſolus ſcdm̄ leges eorꝫ
conſenſus de quorꝫ coniunctōnibus agitr ·
qui ſolus ſi forte in nupciis defuit · cetera
cum ipo coitu celebrata fruſtrantr · Itm̄
Iohes cri · matrimonium quidem non fac
coitus · ſꝫ uoluntas · Ido non ſoluit ł ſepacō
corporis · Itm̄ ambr · Non defloracio uir
ginitatis fac coniugium · ſꝫ paccio cōiu
gał · Ex hiis ^m apparꝫ q̄ conſenſus i · pacō
coniugał m̄m̄ facit · et extunc cōiugiū ÷
et ſi non pceſſerit uł ſecutura ſit copu
la carnał · **Qn̄ incipiat eē cōiugium ·**
Quod r̄ ab ipā deſponſacione in qua
pactō exp̄mitr coniugał · ɔiuges
ſint · teſtimonia ſcōrꝫ probant · ait ꝑ
ambr · cum initiatur coniugium con
iugii nom adſciſcitur · cum coniungitr
uiro · coniugium eſt · non cum uiri admix
tione cognoſcitur · Itm̄ ẏſidor̄ · coniuges
uerius appłlantr a p̄ deſponſacionis fide ·
qm̄uis adhuc ignoretur int eos coniu
galis concubitus · Itm̄ aug̊ · coniux uo
catur ex p̄ma deſponſacionis fide · qm̄
concubitu n̄ agnouerat · nec fuerat ag
niturus · n̄ perierat nꝫ mendax manſerat
coniugis appłlacō · ú n̄ fuerat · nec futa
erat carnis ^{ulla} illa cōmixtio · ꝓp q̄ fidele ɔ
iugium ambo parentes xp̄i uocari meru
erunt · non ſolum et illa m̄r · ſꝫ x̄ et ille p̄r
eius · ſic cōiux matris eius · utrumqꝫ mente ·
non carne · ^m Ex hiis euidentr inſinuatr
q̄ ex tempe quo intcedit conſenſus ma
ritał ac uoluntarius qui ſolus coniugi
um facit · uere coniuges ſunt ſponſus et
ſponſa · **Scdm̄ qſdā nō eſt cōiugiū an car**
Quidam tm̄ aſſerunt **nałē coplām ſꝫ**
uerum coniugium **ſpōſi et ſpōſe uocātr ·**
non contrhi ante tradiccionem et carna
lem copulam · n̄ uere coniuges eē dicūt:
ante qm̄ intcedat ɔmixtio ſexꝰ · ſꝫ a pri
ma fide deſponſacionis ú ſponſus et mu
lier ſponſa ÷ non coniux · Sponſos autē et

sponsas coniuges frequenter appellari dicuntur, non quia sint, sed quia futuri sunt, cum iste sponsionem mutuam fecerunt. Et similiter iuxta premissarum auctoritatum intelligenda esse tradiunt. Qua racione separantur.

Quod vero inter coniugem et sponsam plurimum intersit, ex eo astruitur, quod licet sponse ante carnalem copulam inconsulto vel nolente sponso monasterium eligere, quo facto licet alteri alteram licet ducere sponsam. Coniugatus vero vel coniugata nec continenciam nisi ex communi consensu servare valet, nec monasterium petere, nisi utrique continenciam pariter profiteantur. Quod vero liceat sponse monasterium petere, auctoritatibus sanctorum probatur. Ait enim Eusebius papa: Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere; tamen licet sibi monasterium eligere. Item Gregorius: Decreta legalia desponsatam si converti voluerit, nullo penitus censuerunt dampno mulctari. Refert etiam Ieronimus quod Macharius inter Christi heremitas precipuus celebratis nupciarum conviviis cum vespere thalamum esset ingressurus, ex urbe egrediens transmarina petiit et heremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nupciis divina gratia vocatus sponsam deseruit et nudus Christo famulari cepit. Huius auctoritatibus et exemplis liquet licere sponsis sine consensu suarum sponsarum et eas continenciam profiteri.

Quod coniugatus vel coniugata nequeat continenciam profiteri.

Hoc autem coniugatis nullatenus licet, nec vir potest melioris vite propositum sumere sine uxoris consensu nec eo. Unde Gregorius scribens Theoctiste patricie: Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere solvi. Verum sciendum est quia et si hoc lex humana concessit, tamen lex divina prohibuit. Si vero utrique conveniat continentie vitam ducere, hoc quis audeat accusare? Sic enim multos sanctorum novimus cum suis coniugibus et prius continentem vitam duxisse et postea ad sancte ecclesie regimen migrasse. Si vero continentiam quam vir appetit mulier non sequitur, aut quam mulier appetit vir recusat, coniugium dividi non potest, quia scriptum est: Mulier potestatem corporis sui non habet, sed vir. Similiter et vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Item: Agathosa latrix presencium veniens ad nos questa est virum suum contra voluntatem suam in monasterium esse conversum. Quapropter experiencie tue precipimus, ut diligenti inquisitione discucias, ne forte sua ei voluntate conversus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc diligencia reperitur, et illum permanere in monasterio provideat, et hanc sicut promisit mutare compellat. Si vero nichil horum est, nec quoddam crimen fornicationis, propter quod licet dimittere uxorem, predictam mulierem commisisse cognovisti, ne illius conversio uxori in seculo relicte fieri possit perdicionis occasio, volumus ut maritum suum illi, etsi iam tonsoratus est, debeas reddere, omni excusacione cessante, quia nisi fornicationis causa virum uxorem dimittere nulla concedit ratio. Postquam enim copulatione coniugii viri et mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti et ex parte remanere in seculo. Item ex octava synodo: Si quis coniugatus velit converti ad monasterium, non est recipiendus, nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Tales quoque tamen sine culpa sequuntur Christum relicto seculo, si habent ex pari voluntate castitatis consensum. Item sunt et multi divertere pro sola religiosa vita inter se con-

senserint uel latenter in consciencia op[er]i
fiat ut ab eo singulariter p[ro]uiso constitu
atur loco. Et iam uxore nolente uel altero
illorum. et p[ro] tali re matrimonium non soluitur.
Item aug[ustinus]. Si abstines sine uxoris uoluntate.
tribuis ei fornicandi licentiam. et peccatum illius
tue imputabitur abstinencie. Item Zacharias papa.
Scripsit nobis Ethelberga regina. Regem se
uelle dignitate uel copula carere. et sola
uita priuata conuiuentem esse desiderare.
Cui scripsimus non hoc aliter fieri posse nisi
eandem uitam uir eius uouerit uel elegerit.
Ex his apparet quod coniugati sine consensu
communi monasterium eligere uel continenciam
profiteri uel habitum religionis sumere
non ualent. et si fecerint reuocari debent.
Sponsi uero possunt sine communi consensu
monasterium eligere. Unde uidetur michi sponsum
et sponsam coniugium non esse. Quidam
asserunt a prima fide desponsationis con
iuges appellari non de presenti sed spe
futurorum. quia ex fide quam ex desponsatio
ne sibi inuicem debent postea efficiuntur
coniuges. Premisse uero auctoritates quibus
asseritur quod consensus matrimonium
facit. sic intelligi uolunt ut consensus
pactio coniugalis. non autem coitum faciat
matrimonium. sed in coitu. Sicut et in coitu
defloratio uirginitatis non facit matri
monium. nisi precedat pactio coniugalis.
Sic nec pactio coniugalis ante quam assit copu
la carnalis. Ex pactione uero coniugali sponsi
et sponse fiunt ante coitum. In coitu uero
efficiuntur coniuges. facit uero coniugales
ita quod prius erant sponsi in coitu fiat coniux.
Huius autem i[n] Responsio ad predicta cum de
xandenus fit terminatione superiorum.
aliquando desponsatio uel promissio
uiri et mulieris de contrahendo matrimonio.
Non autem est consensus de presenti. et est
desponsatio hec consensum de presenti. id est

pactionem coniugalem que sola facit con
iugium. In illa uero desponsatione non est
pollicitatio contrahendi matrimonii. Sponsi tamen
et sponse fiunt. sed non coniuges. et spon
sis talibus licet sine communi consensu continen
ciam profiteri et monasterium eligere.
In ea uero desponsatione ubi est consensus
de presenti coniugium contrahitur et
ab illius desponsationis prima fide.
uere coniuges appellantur. Secundum hanc
distinctionem desponsationis de spon
sis uelle loquuntur doctores. Quomodo accipia
Aliquando enim tur sponsi et spre
uocantur sponsi qui dictis capitulis.
talem habuerunt desponsationem
ubi fuit pactio coniugalis de presenti. et ille
uere coniuges sunt. Unde gregorius. Siquis ux
orem desponsauit uel subarrauit quam
quam postmodum preueniente die mor
tis eius nequiuit eam in uxorem ducere.
tamen nulli de consanguinitate eius nequi (licebit)
uerit eam in uxorem ducere. tamen nulli
de consanguinitate eius licet eam accipere
in coniugio. et si inuentum fuit fac
tum omnino separetur. Item iulius papa.
Siquis desponsauit uxorem uel sub
arrauit. uel preueniente die mortis. uel
interuenientibus quibusdam causis eam
non cognouit. nec frater eius nec ullus
de consanguinitate eius eandem sibi col
let in uxorem ullo unquam tempore.
Item. Qui desponsatam puellam
sibi proximi ceperit in coniugium. ana
thema sit ipse et omnes consentientes
ei. quia secundum legem dei mori discernuntur.
Etiam diuine legis mos est sponsas
appellare coniuges. ut in euuangelio.
Accipe mariam coniugem tuam. et in
deuteronomio. Siquis alterius sponsam
magis uel in ciuitate alio loco oppresserit

ut adduxit in domum suam moriatur. que
uxorem patris sui uiolauit non que iam
uxor erat set que uxor esse debebat. ex hiis
ergo colligitur quod sponse quedam coniu-
ges sunt ante commixtionem sexuum. set
forte illud quod in fine capituli dicitur uo-
luit non quod uxor erat set que uxor esse debebat.
quod non ita intelligi debet quasi uxor uere
non fuit. ex quo pactio coniugalis in-
tercessit. set quia nondum traducta fuerat
res uxoria intercesserat. scilicet concubitus
coniugalis. Quod alter est sponsa in-
uocatur et sponsa alius capitulis.

Que sic uiro desponsata est ut non
intercesserit consensus de presenti set spon-
sio de futuro. secundum quem modum il-
lud decretum intelligitur. siquis filiam spon-
sam oppresserit et post filius eius eam duxe-
rit. pater postea non habeat uxorem nec
mulier uirum. filius qui patris factum
ignorauerat aliam ducat. si enim coniux il-
la fuisset quod utraque foret si in sponsalibus
pactio coniugalis intercessisset licet non
precederet sponsus aliam ducere me-
chus autem pena non nubendi ex rigore
infligitur ut alii terreantur. Idem ex
eodem. quidam desponsauit uxorem
et dotauit eam et cum ea coire non po-
tuit. quam clam frater eius corrupit et
grauidam reddidit. decretum est. licet quon-
iam nupta non potuit esse legittimo
uiro desponsatam tamen fratris frater non
possit habere. set mechus et mecha fornicati-
onis quidem uindictam sustinebunt.
licita uero eis coniugia non negentur.
de illa desponsatione hic intelligi debet
in qua non fuit consensus coniugalis de pre-
senti. alioquin non liceret eis alia sorti-
ri coniugia. tamen hoc et illud intelligi debet
statutum esse a sacerdote quia ut siquis

sponsam alterius rapuerit publica penitentia
mulctetur et sine spe coniugii maneat et si
ipsa eidem crimini consenciens non fuit.
licencia nubendi alii non negetur. apparet
hanc fuisse desponsatam sine pactione
coniugali de presenti et ideo non fuisse
coniugem. cui uiuente sponso alteri nu-
bendi licencia non negatur. sunt ergo quedam
nupcialia de futuro pacta ex quibus sponsi
et sponse uocantur. nec exinde coniuges sunt
et est quedam pactio coniugalis de presenti.
qua sponsum et sponsam esse coniuges facit
et utraque pactio desponsatio uel sponsalia
interdum dicitur. proprie tamen sponsalia dicuntur
quedam solempnia pacta nupcialia.

De nupcialibus. Contra sit dicunt mox spon-
patris uel cum se
sponsio fuerit. ait augustinus. Institutum est ut
pacte iam sponse non statim tradantur.
ne uilem habeat maritus datam quam non suspira-
uit sponsus dilatam. Et sciendum quod
illa sponsa
que tamen in futuro est pacta. mortuo spon-
so. non remaneat uidua. quia non fuit uxor eius.
Unde siquis eam duxerit ad sacros ordines
conscendere non prohibetur quia non duxit
uiduam. uidue enim maritus eque sicut biga-
mus sacerdos fieri prohibetur. Extrahi autem copula
nullius arcetur a sacris ordinibus. Quod alterius

Secundum hoc intelli sponsam eo mortuo
gendum est quod ait pe ducit ad sacros or-
lagius ex illo qui mortuo sponso dines
eius sponsam ducit in uxorem. nichil aliud est
quantum ad hunc articulum. actum quod ei
obuiet de canonicis institutis quominus ad sa-
cros ordines promoueri ualeat. Si uero talis
sponsa fuisset inter quam et sponsum eius con-
sensus de presenti intercessisset. eo mortuo uidua
remansisset. et copulatus in coniugio. nullatenus
ad sacros ordines non accederet cum uiduam

dixerint, non ergo est ambigendum quin solus consensus de presenti coniugium efficiat, et exinde vere coniuges appellentur. Ideo post talem consensum si quis alii se copulaverit, etiam si carnis commixtio sequatur, ad priorem copulam est revocandus.

Si consensus addito iuramento coniugium

D XXVIII

Hic queri solet utrum consensus de futuro addito iuramento coniugium efficiat. Verbi gratia: si quis promittat vel iuret alicui se nupturam, numquid sponsio talis eos coniuges fecit? Si iuramento interposito alter vel uterque ad aliam copulam transiit, numquid ad priorem sponsionem iuramento firmatam sunt revocandi? Considera quod longe aliud est promittere, aliud facere. Qui promittit non dum facit. Qui ergo promisit se in uxorem ducturum aliquam et non dum duxit eam in uxorem, et que spopondit se nupturam non dum nupsit, quomodo ergo coniuges appellari possunt qui non dum contraxerunt, sed in futuro se contracturos iurando promiserunt? Item si ex iuramento ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges, cur iurant in futuro se facturos quod in presenti efficiunt? Item si ex quo iurant mox efficiuntur coniuges, tunc quando hoc iurant tunc efficiuntur quod iurant se facturos. Item dico quod coniugium tunc non fuit, sed futurum promittitur. Si vero ille post uxorem duxerit et illa nupserit, iteratum matrimonio coniugium fuit et non potest dissolvi. Pro crimine quod mendacium vel periurium perpetrarunt est corrigendum, sed coniugium sequens non est dissolvendum. Non autem sic quando iuramentum presentialis coniugii consensus attestatione confirmatur, quia post talem consensum si quis alii se copulaverit, etiam si prolem perceperit, tamen debet vere ad priorem copulam revocari.

Premisse quod premissis obviare videtur.

autem sententie videtur obviare illud quod leges tradunt: Si quis tactis divinis scripturis iuraverit mulieri se eam legitimam uxorem habiturum, vel si in oratorio sacramentum ei tale dederit, illi legitima uxor erit, quamvis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostenditur quid fieri debeat, non quid tunc fiat: non enim per illud iuramentum tunc fit uxor, sed fieri debet quia iuravit. Vel aliter de illo iuramento hic intelligitur de presenti consentientium ac se in uxorem suscipientium. Illi etiam sententie qua dicitur solum consensum facere coniugium videtur contrarie quod Evaristus papa ait: Aliter legitimum non fit coniugium nisi ab his qui super feminam dominationem videntur habere et a quibus custoditur uxor petatur, et a parentibus sponsetur et legibus dotetur, et a sacerdote ut mos est benedicatur, et paranymphis custodiatur, ac solempniter accipiatur. Ita legitima ista fiunt conubia; aliter vero presumpta non coniugia, sed adulteria vel fornicationes sunt, nisi voluntas propria suffragata fuerit et vota succurrerint legitima. Hoc autem non ita intelligendum est tamquam sine istis celebrationibus non possit esse legitimum coniugium, sed quia sine illis non habet decorem et honestatem debitam. In huiusmodi enim celebratione sacramenti, sicut in aliis, quedam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, ut consensus de presenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium; quedam vero pertinentia ad decorem et sollempnitatem sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum benedictio, et huiusmodi, sine quibus legitime fit coniugium quantum ad virtutem, non tamen quantum ad honestatem sacramenti. Sine ergo huiusmodi non quasi legitimi coniuges, sed quasi

admisti uel fornicatores conueniunt
ut illi qui clanculo nubunt. et utique for
nicatores essent. nisi eis suffragaretur uolun
tas uerbis expressa de presenti que sola inter
eos facit matrimonium. Nam et conse
sus occultus per uerba de presenti expressus con
iugium facit. licet non sit honestus
contractus. Sed utrum non saluatur consen
sus qui in occulto fuit. Si uir eius alte
ram dimiserit. non cogetur iudicio eccle
sie redire et manere cum coniuge quam non
probatur testibus contraxisse. qui in occulto
est factus. Quod si hi qui in occulto sibi
consenserunt sua uoluntate in mani
festo presentantur. tunc utique uoluntas
ipsa suffragatur. et legitima uota suc
currunt ad sanciendum coniugi
um quod prius fuerat contractum occulte.
Voluntas ergo sub expressa in occulto adhuc
suffragatur ut fiat coniugium. quod
manifeste ergo expressa suffragatur ut sanc
iret et roboret. ac liberum fiat ecclesie de
hoc iudicare si expediret. De qua re sit con

Hic queritur sensus ille an de carnali
cum consensus copula an de cohabita
de presenti matrimonium tione an de a
faciat cuius rei consensus ille sit. an lia
carnalis copule. an cohabitationis. an
utriusque. Si cohabitationis consensus ma
trimonium facit. tunc frater cum sorore. pater
cum filia contrahere potest matrimonium.
Si carnalis copule. tunc inter mariam et ioseph
non fuit coniugium. proposuerat enim ma
ria in uirginitate permanere. nisi deus aliter
inde iuberet. quod uidetur angelo dixis (luc. i.)
se. Quomodo fiet istud. q. u. n. c. i. me cog
niturum non proposui. nec uir quia tunc
uirum non cognoscebat. nec erat
ignara quomodo posset habere filium. Sed
quia se numquam cogniturum proposuerat.

dicit uir beda quod in uirginitate manere dis
posuerat. Sic ergo contra suum propositum si uiro
consensit in carnalem copulam. uidetur
facta rea uoti mente. et si non opere uiola
ta. Dicimus ergo quod consensus cohabitationis uel car
nalis copule coniugium non facit. sed consensus
coniugalis societatis uerbis secundum presens tempus
expressus. ut cum uir dicit. Ego accipio te
in meam non in dominam. non in ancillam.
sed coniugem. quia non ancilla non domina
datur. Ideo nec de summo nec de imo a principio
formata est mulier. sed de latere uiri ob coniuga
lem societatem. Si enim de summo fieret. ut
de capite uideretur ad dominationem esse
creata. Si uero de imo ut de pedibus uideret
ur ad seruitutem subiciendam. Sed quia non
in dominam nec in ancillam assumitur. facta
est de medio. id est de latere. quia ad coniugalem
societatem assumitur. Cum ergo sic conueniunt
ut dicat uir. accipio te in meam coniugem. et
dicat mulier accipio te in meum uirum. his
uerbis uel aliis idem significantibus exprimitur
consensus. non copule carnalis uel cohabitati
onis corporalis. sed coniugalis societatis. ex quo
oportet eos cohabitare. nisi forte causa religi
onis pro uoto corporaliter separentur. uel ad
tempus uel usque ad finem. Coactio excludit consen

Oportet autem consensum coniugalem sum
liberum esse a coactione coniugalem C.XXIX
coactus enim consensus non consensus appel
latur. Sed coniugium non facit. Sic urbanus
papa testatur scribens sancio regi aragonum. b.
in hec uerba. De nepte tue coniugio quod te cre
dam militi dederis necessitatis instante
articulo sub fidei pollicitatione firmasti.
hoc equitate dictante decernimus. ut si illa
uirum illum omnino ut dicitur renuit. et
in eadem uoluntatis auctoritate persistit.
ut uiro illi prorsus se deneget nuptiam
nequaquam eam inuitam ac renitentem

eiusdem viri cogatur coniugio copulari. Id sacrilegium esse constituit. Quod nobis legati Iordanis principis retulerunt Regimaldo desponsaverit, quamvis legum et canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges et canones nimis durum videatur, in sententiam temperamus. Si princeps eum assensu filie id quod inceptum est voluit perficere, concedimus. Si autem legatus noster utriusque partes audivit, et si nil fuit ex parte Regimaldi quod ex parte eius amplius impediat, ad ipso Iordane sacramentum quo constant hec que predicta sunt accipiat, et nos canonum et legum scripta sequentes deinceps non prohibemus quin alii viro si voluerit predicta eius filia tantum in domino [.cor. i. .vii.] nubat. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes et spontaneos, non inter te nitentes et invitos. Ymmo tamen qui inviti et coacti coniuncti sunt, si postea aliquo tempore spatio sine contradictione et querimonia cohabitant, facultate discedendi vel reclamandi habita, consentire videntur, et consensus ille quod supplet quod coactio precedens violaverat. Consentire autem probatur qui evidenter non contradicit, secundum illud: In sponsalibus eorum consensus exigendus est quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen filia semper consentire patri nisi evidenter dissentiat. Item: Sponsalia sicut nuptie fiunt consensu contrahentium, et ideo sicut in nuptiis, ita et in sponsalibus patremfamilias consentire filiam oportet, que si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur.

D. XXX

De errore qui evacuat consensum.

Nec solum coactio impedit vel excludit consensum, sed et error. Non tamen omnis error consensum impedit. Est enim error alius persone, alius fortune, alius conditionis, alius qualitatis. Error persone, quando hic putatur esse ille homo et est alius. Error fortune, quando putatur esse dives qui pauper est, vel e converso. Error conditionis, quando putatur esse liber qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus qui malus est. Error fortune et qualitatis coniugii consensum non excludit. Error vero conditionis [i. de servo] coniugalem consensum evacuat, de qua conditione postmodum [d. 36.] tractabimus. Error quoque persone consensum coniugalem non admittit. Ut si quis feminam nobilem in coniugium petat, et pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium, quia non consensit in istam, sed in illam. Ut si quis putaret me sibi venditurum aurum, et pro eo offerret ei aurichalcum, et ita me deciperet, numquid diceretur consensisse in aurichalcum? Numquam volui emere aurichalcum; non nec ego in illud consensi, quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materie excludit consensum, ita et in coniugio error persone. Sed obicitur de Iacob [gen. 29.], qui pro Rachel vii annis servierat, et supposita est ei Lia. Numquid error persone excludit coniugium, cum non in eam sed in Rachel consenserat? Sed quia in sacramento, in misterio gestum creditur, non ipso tempore, in tamen, et si non precessit, secutus est consensus. Nec tamen illo concubitu qui consensum precessit fornicarii iudicantur. [excusatur iacob et hic.] Cum ille maritali affectu eam cognovit, et illa uxorio affectu debitum persolvit, putans lege primogeniture patrem ipsius se illi iure copulaturum. Excusantur et quia dei consilio in misterio ita factum est. Hodie si hoc accideret, excusaretur ille. Mulier vero si se subiceret, quomodo est sine spe coniugii perpetuo manere censetur. Ille tamen qui cognovit eam excusatur per ignorantiam, quod per simile probatur. Si enim diabolus transfigurans se

[margin: aurichalcum fit ex ere et igne ... quasi splendens. ysidorus ethimologiarum l. 16. c. 19.]

in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosus, quia tamen ille in malam mulierem non consenserit. Ex simili ostenditur: si quis hereticus nomine Augustini vel Ambrosii alicui catholico se offerret eumque ad sue fidei imitationem vocaret, si ille assentiret, diceretur similem fidei credere et consensisse, non in hereticorum sectam, sed in integritatem fidei quam ille hereticus se tenere simulabat. Hic error fortune non excludit consensum, quia si quis nubit pauperi putans illum esse divitem, non potest renuntiare priori conditioni, quamvis erraverit. Nec error qualitatis, ut si quis ducat in uxorem meretricem vel corruptam quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere.

Pretermisimus aliquid **de coniugio marie et ioseph** addendum est de.

Quomodo illius consensus qui inter Mariam et Ioseph intercessit sane credi potest non solum Mariam sed et Ioseph apud se disposuisse virginitatem servare nisi deus aliter iuberet, eosque sic consensisse in coniugalem societatem ut uterque de altero revelante spiritu intelligeret quod virginitatem servare vellet nisi deus aliud inspiraret. Sed illam voluntatem verbis non expresserant, postea vero expresserunt et in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem et non in carnalem copulam nisi de eadem spiritualiter deus preciperet. Et tamen consilio in maritalem consensit copulam, quia virginitatem servare volebat; nec alias non consensisset in coniugalem societatem nisi familiare consilium dei habuisset. De qua Aug. ait sic: Beata Maria proposuit se servaturam votum virginitatis in corde, sed votum ipsum non expressit in ore. Subiecit se divine dispositioni, proposuit se perseveraturam virginem nisi deus ei aliter revelaret. Committens ergo divine dei positioni virginitatem suam consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed divine inspirationi in utroque obediendo. Postea vero simul cum viro labiis expressit, et uterque in virginitate permansit. **Quod perfectum fuit inter eos coniugium.**

Quos ut ait Aug. perfectum fuit coniugium. Perfectum quidem non in significatione, sed sanctitate. Sanctiora vero sunt coniugia pari voto continentium. Unde Aug.: Votum quod deo pari consensu voveratis perseveranter ambo deo reddere debuistis; a quo proposito si lapsus est ille, tu saltem perseverares. Non vero quia pariter temperabatis a commixtione carnali ideo maritus tuus desierat esse, immo vero tanto sanctius coniuges manebatis quanto sanctiora concorditer placita servabatis. Perfectum ergo fuit Ioseph et Marie coniugium in sanctitate. Perfectum etiam fuit secundum triplex bonum coniugii: fidem scilicet, prolem et sacramentum. Omne enim nuptiale bonum, ut ait Aug., impletum est in illis parentibus Christi: fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dominum; fidem, quia nullum adulterium; sacramentum, quia nullum divortium. Solus ibi nuptialis non fuit concubitus, quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis que ex peccato accidit, sine qua concipi voluit ut voluit qui sine peccato futurus erat. Et licet non intercessisset coniugalis concubitus, coniuges tamen vere fuerunt mente non carne, sicut et parentes. Licet Ambrosius dicat perfectum coniugium fieri per carnalem copulam. In omni enim matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis, quam confirmat et perficit coniunctorum commixtio corporalis. Sed intelligendum est coniugium perfici commixtione corporali non quantum ad veritatem vel sanctitatem coniugii, sed quantum ad significationem, quia perfectius unionem

et ecclesie tunc significat. ob quam causam soleat vel
Exposito que sit essentia debeat contrahi
ens causa matrimonii. matrimonium
ostendere ob quam causam soleat
vel debeat contrahi matrimonium. Est igitur fi
nalis causa contrahendi matrimonium principaliter procreatio
prolis. propter hoc enim instituit deus coniugium inter
primos parentes. quibus dixit. Crescite et mul
tiplicamini et cetera. Secunda est post peccatum ade.
uitatio fornicationis. unde apostolus. propter fornicatio
nem unusquisque suam uxorem habeat et unaquaque
suum uirum. Sunt et alie honeste cause ut
inimicorum reconciliatio et pacis redintegratio.
Sunt et alie minus honeste cause propter quas
aliquando contrahitur ut uiri mulieris uel pulchri
tudo. que animos amore inflammatos sepe
impellit inire coniugium ut ualeat explere
desiderium suum. Questus quoque et diuitiarum posses
sio frequenter est causa coniugii et alia mul
ta que cuique diligentiam adhibenti facile est disc
nere. Nec assentiendum est illis qui dicunt non
esse coniugium quod propter has causas minus hones
tas contrahitur. Constat enim ex premissis con
iugium fieri ex dei consensu uel de presenti ex pro
so. quamuis ad hoc amor attraxerit animus rei do
cimentum prestat iacob qui rachel deco
ram facie et uenusto aspectu amauit eam
que diligens erat. vii. annis seruiuit ubi
pro rachel in deuteronomio legitur et si uideris in
medio captiuorum mulierem pulcram et
amaueris eam uolueris que uxorem eam habere in
troduces eam in domum tuam.

Et licet fine non
bono contrahatur sacramentum
quia spes contrahentis mouet animum coniugi
um tamen bonum est. quia uita mala uel inten
tio peruersa alicuius sacramentum non contaminat.
Habuit autem coniugium marie et ioseph alias
causas spirituales. scilicet ut uirgo solacio uiri sustentaretur. et ut diabolo partus celaretur et ut
ioseph esset testis castitatis eam defendens
ab infamia suspicionis et ne ut adultera
dampnaretur. de bonis coniugii di

Post hec de bonis coniugii cendum est. C XXXI
quod est. quod scilicet sit et qualiter cohitum excuset.
Tria sunt principaliter bona coniugii. unde augustinus.
nuptiale bonum tripertitum est. scilicet fides. proles
sacramentum. In fide attenditur ne post uinculum
coniugale cum alio uel alia coeatur. In prole.
ut amanter suscipiatur et religiose educetur.
In sacramento ut coniugium non separetur et di
missus uel dimissa non causa prolis alteri
coniungatur. Separatio autem gemina est corp
oralis et sacramentalis. corporaliter autem possunt
separari causa fornicationis. uel ex communi con
sensu causa religionis. siue ad tempus siue usque
in finem. Sacramentaliter uero separari ne
queunt dum uiuunt si legitime persone sint.
Manet enim uinculum coniugale inter eos.
et si alius a se discedentes adheserint fe
minam sinter uiuentes uinculum adhuc
coniugale quod non separatio nec cum altero co
pulatio possit auferre. Sicut apostata anima
uelud a coniugio christi recedens et fide perdita
sacramentum fidei non amittit quod lauacro
regenerationis accepit. Reddere enim ei rede
unti si amisisset abcedens. hoc sacramentum
autem sic quod recesserit ad cumulum suppli
cii. non ad meritum premii. Item quique pla
cuit ex consensu ab usu concupiscentie car
nalis imperpetuum continere. absit ut uin
culum inter eos coniugale rumpatur. Immo
firmius erit quo magis ea pacta secum gesserint.
que carius concordius sunt seruanda. non
uoluptariis corporum nexibus sed uoluntariis
animorum affectibus. Et attende quod tertium
bonum coniugii dicitur sacramentum non
quod sit ipsum coniugium sed quia quod eiusdem
quod eiusdem rei sacre signum est. id est spiritualis
et inseparabilis coniunctionis christi et ecclesie.

Et sciendum: hec tria non sunt in
ab aliquibus contrahi omni coniugio
coniugium quod hec tria bona non comitantur.
deest quia fides, quia vir cum alia vel mulier cum
alio coit. Hoc igitur bonum ita coniugio adheret:
ut etiam si assit amplius commendetur coniugi
um; si non assit, non tamen adnichiletur. Quia vir ad
ulteria non ideo coniux non est: immo si co
niux non esset, adultera non foret. Non enim
est adulterium nisi cum fides thori violatur
legitimi. quia cum sit, committitur copula culpa;
sacramentum vero non cassatur. Bonum quoque
prolis non omnibus coniugibus adest. Quidam
enim pari voto servant continenciam. alii
pro defectu etatis vel alterius rei causa gene
rare non valent. Non omnes illi qui prolem
recipiunt bonum prolis habent. Nam bonum
prolis non dicitur ipsa proles, vel prolis spes que
ad religionem non refertur: immo ad he
reditariam successionem, ut cum quis
terrene possessionis heredes habere deside
rat. Sed spes ad desiderium quo proles ad hoc
queritur: ut religiose informetur. Conti
git quoque plerumque ut tamen bono prolis careant. sed non
tamen coniugium esse desinit. Sacramentum
vero tam inseparabiliter coniugio adheret le
gitimarum personarum: ut sine illo coniugium
esse non videatur. quia semper manet inter vi
ventes vinculum coniugale. ut etiam inter
veniente divorcio fornicationis causa:
coniugalis vinculi firmitas non solvatur.
Ubi vero non inter legitimas personas matrimoni
um contrahitur. non illud bonum adest
quod dicitur sacramentum quia potest solui ta
lium copula de quibus post dicetur. Quod
vero coniugium sit inter eos qui coniuga
li affectu non tantum gratia prolis sed explende
libidinis causa conveniunt: sed fornica
rii sed coniuges appellentur: ostendit Augustinus
inquiens. Solet queri cum masculus

et femina, nec ille maritus nec illa uxor alterius,
sibimet non parandorum filiorum sed incon
tinencie solius concubitus causa copulantur:
ea fide media ut nec illa cum alio nec ille cum
alia faciat, utrum nuptie sint vocande.
Et potest fortasse non absurde hoc appellari con
iugium si usque ad mortem alicuius eorum id
inter eos placuit, et prolis generationem quamvis
non ea causa coniuncti sint, non tamen vitaveri
nt, ut vel nolint sibi nasci filios vel etiam ope
re malo aliquo agant ne nascantur. Ceterum si
vel utrumque vel unum desit horum, non invenio
quomodo has nuptias appellare possimus.
Etenim si aliquam ad tempus sibi adhibuerit donec
aliquam condignam honoribus aut suis facul
tatibus inveniret quam in coniugio adducat, animo
ipso adulter est. Sed cum illa quam cupit inve
nire. Sed cum ista cum qua sic cubat ut cum
ea non habeat maritale consorcium, est adul
ter. Ecce coniuges dicuntur qui solius con
cubitus causa conveniunt, sed tamen prolis
generationem aliquo dolo malo non vitent.

Qui vero sterilitatis De hiis qui procurant
venena procurant: non venena sterilitatis.
coniuges sed fornicatores sunt. Unde Augustinus: Aliquando
pervenit eousque hec libidinosa crudelitas vel
libido crudelis ut etiam venena sterilitatis pro
curet. et si nichil valuerit, conceptos fetus
intra viscera aliquo modo extinguat vel ef
fundat: volendo suam prolem pocius interire.
quam vivere. aut si in utero vivebat occidi ante
quam nasci. Prorsus si ambo tales sunt, con
iuges non sunt. et si ab inicio tales fuerunt:
non sibi per connubium sed pocius per stuprum
convenerunt. Si vero ambo tales non sunt, au
deo dicere aut illa quodammodo mariti meretrix: aut ille adulter uxoris.

Hic queri solet quod non sint homicide qui pro
De hiis qui abortum curant abortum
procurant quando iudicentur homicide vel non. Cum
puerperium ad homicidium pertinet quando

formatum est et animam habet. ut aug. super exod.
afferit. Informe autem puerperium non est
anima uiua. Lex ad homicidium pertinere no
luit. dicit et aug. quod informe puerperium non
habet animam. Ideo mulctatur pecunia. non redditur
anima pro anima. Sed iam formato corpori anima da
tur. non in conceptu corporis nascitur cum se
mine deriuata. nam si cum semine et anima
existit de anima tunc et multe anime coti
die pereunt cum semen fluxum non proficit
natiuitati. Primum oportet domum corpo
ginatam sic habitatorem induci. Cum ergo lune
amenta compacta non fuerint. non erit anima.
Item iero. semina paulatim formantur in
utero et tam diu non reputatur homicidi
um donec elementa confecta suas imagi
nes membraque suscipiant. Ex his apparet
tunc homicidas esse qui abortum pariant
cum formatum est et animatum puerperium.

De excusatione coitus in aliquo coniugio quid fit

Cum ergo hec tria bona in aliquo coniugio
simul occurrunt ad excusationem coitus
carnalis ualent. Quando ergo seruata fide
thori causa prolis conueniunt sic excusatur
coitus ut culpam non habeat. Quando uero defi
ciente bono prolis fide tamen seruata conueniunt
causa incontinentie. non sic excusatur. ne
culpam non habeat coitus. sed uenialem. Vnde
ait aug. coniugalis concubitus generandi
gratia non habet culpam. concupiscentie uero sa
ciande. sed tamen cum coniuge propter fidem thori
uenialem habet culpam. Item hoc quod coniugati
uicti concupiscentia utuntur inuicem ultra
necessitatem liberos procreandi. ponam in his
pro quibus cotidie dicimus. dimitte nobis debi
ta nostra etc. Vbi autem hec bona desunt. fides. proles
et sacramentum non uidetur coitus defendi a
crimine. Vnde in sententiis sexti pitagorici legitur
omnis ardentior amator proprie uxoris adulter
est. Item iero. Sapiens iudicio debet amare coniugem

non affectu. non regnat in eo impetus volup
tatis. nec preceps fertur ad coitum. Nichil fedius
quam uxorem amare quasi adulteram. Qui
dicunt se causa humani generis uxoribus
iungi. imitentur saltem pecudes et postquam
uenter uxoris intumuit. non perdant filios
nec amatores uxoribus se exhibeant sed
maritos. Id est in matrimonio opera liberorum con
cessa sunt uoluptates autem que de meretricum
capiuntur amplexibus in uxore dampnate
sunt. Si concubitus qui fit causa prolis

Si concubitus culpa careat

Et si concubitus qui fit causa prolis
culpa caret quod amplius secundum indulgen
ciam permittitur id est causa incontinentie. Hoc autem dico secundum
indulgenciam non est ergo preceptum. uenia non est ubi culpa
non est. Hoc quidam prauo intellectu nolunt nuptias esse
peccatum. Sed ut supradictum est indulgencia
alia est permissionis. alia est concessionis. Erge
bat autem apostolus de nuptiis et de carnali coitu
et ad utrumque retulit illud. Hoc autem dico
secundum indulgentiam. Indulgentur ergo nup
cie secundum concessionem et concubitus imp
ualis qui fit tantum causa prolis. concubitus uero qui fit
necessitatem generandi ob incontinentiam
indulgetur secundum permissionem quod id est aliqua
culpa sed leuis. Ideo non iubetur sed conceditur
sed permittitur quod non est laudabile sed uen
ialis.

Augustinus.

De hoc aug. sic ait. Forte aliquis diceret
si ueniam concessit apostolus ergo peccatum
sunt nuptie. Cui respondetur uenia non peccato conceditur.
plane quod infirmitati permisit uenialem
audeo dicere peccatum esse. ueniam namque
concedens apostolus. connubium attendit con
iugatorum non est incontinentie malum.
Incontinentie autem malum est. ex hoc ut cog
noscat uxorem et procreandi liberos ultra
necessitatem. sed id est bonum nuptia
rum. non ergo quod incontinencia malum est.

ideo coniugium non est concubitus preter intentio
nem generationis non est bonum. non tamen propter illud
malum culpabile est. quia bonum illud ma
lum facit veniale propter bonum nuptiale. et non
reprehendit apostolus. sed malum incontinentie.
propter ipsum concubitum qui non fit causa prolis
nuptie non sic cogunt sed impetrant ignosci. si
tamen non sit tam nimius ut impediat tempora que orationi
debentur. nec immutetur in eum usum qui est contra
naturam. concubitus enim necessarius causa generandi
inculpabilis est. et solus ipse nuptialis est. ille vero
qui ultra necessitatem progreditur. non rati
oni sed libidini obsequitur. et hunc non exigere.
sed reddere coniugi ne fornicetur. ad con
iugem pertinet. Si vero tali concupiscentie am
bo subiguntur. generaliter rem faciunt
que non est nuptiarum. cuius delicti non sunt
nuptie hortatrices sed deprecatrices. Decus quidem
coniugale est castitas procreandi et redden
di debiti carnalis fides. hoc est opus nupti
arum quod ab omni peccato defendit apostolus [cor. i. c]
apostolus dicens. non peccat virgo si nupserit.
Cum ergo culpabilis non sit generandi in
tentionem concubitus qui proprie nuptiis
imputandus est. quid secundum veniam
concedit apostolus. nisi quod coniuges debitum
carnis exposcunt non propagationis volun
tate sed libidinis voluptate. que tamen voluptas
non propter nuptias cadit in culpam. sed propter
nuptias accipit veniam. immoderata vero
progressio secundum veniam conceditur. Quod autem
hinc laudabiles sunt nuptie. quia et illud quod
non pertinet ad se ignosci faciunt propter se.
non enim iste concubitus quo servitur concu
piscentie agitur ut impleatur sexus quod pos
tulant nuptie. omnino ergo in genere suo
nuptie bone sunt. quia fidem thori servant.
et prolis causa suscipiende. utrumque sexum
commiscent. et impietatem separationis hor
rent. sicut est coniugium non quia infidelis obedire

potest. sed et fidelis potest infideli ut apostolus
[cor. i. vii.] docet. Ex his ostenditur quod coniuges qui causa
prolis tantum conveniunt vel exigentibus debitum
reddunt. defendit a peccato sanctitas coniugii. bo
numque nuptiale. Si vero absque peccato concubitus
coniugalis fieri non posset. non preciperet
dominus post diluvium eos copulari di
cens. [gen. ix.] Crescite et multiplicamini. cum tamen
sine carnali concupiscentia non possent
commisceri. Quod non omnis delectatio est

Set forte dicet aliquis peccatum.

Somnem carnis concupiscentiam et delec
tationem que est in coitu malam esse et peccatum. quia
ex peccato est. et inordinata. et nos dicimus illam
concupiscentiam malam esse semper. quia est
feda et pena peccati. sed non semper peccatum est.
sepe enim delectatur vir sanctus secundum carnem in
aliqua re. ut requiescendo post laborem.
edendo post esuriem. nec tamen delectatio talis
est mortale peccatum nisi sit immoderata. et sic de
lectatio que est in coitu coniugali cum adsint
illa tria bona. a peccato defenditur. Videtur
tamen beatus Gregorius aliter sentire. scilicet quod sine peccato
non possit carnalis commixtio dicens. Vir
cum propria coniuge dormiens. nisi lotus aqua ec [hic est ... propter]
clesiam intrare non debet. quamvis diverse homi
num nationes de hac re diversa sentiant. et
alia custodire videantur. Romanorum tamen
semper [scilicet ...] ab antiquioribus usus fuit post commix
tionem proprie coniugis et lavacri purificationem
querere. et ab ingressu ecclesie paululum tempe
rare. Non hoc dicentes culpam esse deputantes co
niugium. sed quia illa licita [quia non prohibita] admixtio coniu
gis sine voluptate carnis fieri non potest. a
sacri loci ingressu est abstinendum. quia ipsa
voluptas sine culpa esse [nullatenus] potest. Determinat

Hoc autem ne auctoritatem.

[scilicet gregorii] potius obviet. intelligendum est in
his qui non gratia prolis conveniunt. quorum
voluptas non est sine peccato et aliquando repre

possunt. Ad huc amplexus carnales expien
tes qui non in ordinem conueniunt pro inten
cionem procreande prolis. Sed autem quociens fit ab
ingressu ecclesie est abstinendum. et quod ita intel
ligendum sit gregorius ostendit dicens. Siquis uero
sua coniuge non cupiditate uoluptatis
raptus sed tantum creandorum liberorum gratia utitur. iste
profecto sive de ingressu ecclesie sit. seu de sumendo
corporis dominici misterio. suo est iudicio re
linquendus. quia prohiberi a nobis non debet accide
re. qui in igne positus nescit ardere. Cum uero
non amor procreande sobolis sed uoluptas do
minatur in opere commixtionis habent quod con
iuges de commixtione sua quod defleant. tunc
autem uir qui post ammixtionem coniugis
lotus fuerit aqua etiam sacram communionem ualet
accipere. et cum eis secundum predictam sententiam sanctam ec
clesiam licitum fuerit. de solutione carnalis debiti.

D XXXII

Et sciendum est quod
etiam in omnibus aliis in possit mulieri
uir corporis caput. est enim uir caput mulieris.
In soluendo tamen carnis debito pares sunt. Vnde
apostolus. uxor pariter precepit in hac causa sibi in
uicem sibi inquiens. uir debitum reddat
uxori. similiter et uxor uiro quia mulier non habet
potestatem sui corporis sed uir. Similiter et uir
non habet potestatem sui corporis sed mulier. quia
nec mulier ad alium uirum. nec uir ad aliam
mulierem: potestatem sui corporis habet. nec uir
ad continendum. nec mulier potestatem habet
sine mutuo sensu sed alter alterius potestatem
habet corporis. ut alteri poscenti non liceat al
teri negare debitum. In hoc enim pares sunt.
quia nec uiro nec mulieri licet corpus suum alteri
tradere sed sibi inuicem debitores sunt in hac
causa ne peccandi detur occasio. per quod non do
minium tollitur uiro sed uicarium. debent enim
coniugati sibi non solum ipsi sexus sui commis
cendi fidem procreandorum liberorum causa. que
prima est in ista mortalitate societatis. uerum etiam
infirmitatis inuicem excipiende ad illicitos
concubitus deuitandos mutuam quodammodo
seruitutem. ut et si alteri eorum continencia
placeat. non ex alterius consensu non possit.
Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis.
quia adeo uerum est. ut etiam qui non filiorum
procreandorum sed infirmitatis et continentie
causa expetit ut ille de matrimonio uel
illa non sibi alterutrum negent. ne per hoc
incidant in damnabiles corruptelas.
Reddere enim debitum coniugale nullius
est criminis. Exigere autem ultra generandi ne
cessitatem culpe est uenialis. fornicari
uero uel mechari puniendum est criminis. quod

Quod uero sine consensu neuter continere potest
uxoris uir continere sine ex consensu
non ualeat. sicut Augustinus perhibet testimonium.
ait enim Augustinus. Si dicat uir continere iam
uolo. nolo autem dicat uxor. non potest. quia
enim tu uis illa non uult. numquid per con
tinenciam tuam illa fieri debet forni
caria. si autem alii nupserit te uiuo ad
ultera erit. non uult talia lucro deus tale
dampnum compensari. Redde debitum et
si non exigis. redde. perficacione perfecta
deus tibi computabit. si non quod tibi debetur exi
gis. sed reddis quod debes uxori. Item secundum ibi a
postolica. et si uir continere uoluisset et
tu noluisses. tibi reddere debitum cogeretur.
et imputaret illi deus continenciam si non
sue. sed tue condescenderet infirmitati ne in adul
terium caderes. Quisquis ergo compaciens infir
mitati uxoris reddit. non exigit debitum.
aut si suam ipsam infirmitatem inducit uxorem.
plangens pocius quod sine uxore non potuit
uiuere uel esse. quam gaudens quia duxit. secu
rus expectat diem nouissimum. Item unam
sola causa esse potest quare ad id quod nouisti
non modo non hortaremur. sed et prohibe
remus implere. si forte tua coniux hoc relicta

suscipere animum uir carnalis infirmitate recusaret. Nam uouenda talia non sunt a coniugatis nisi ex consensu et uoluntate communi, et si aliter factum fuerit, magis est corrigenda temeritas quam persoluenda promissio. Non enim exigit Deus si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius alienum usurpare uetat. Idem Apostolus non ad tempus ut uacarent orationi nec ex consensu noluit coniuges carnali inuicem debito fraudari. Sed manifestum est noluisse legem feminam esse sub uiro, ut nulla eius uota que abstinentie causa uouerit reddantur ab ea nisi auctor uir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem uiri pertinere noluerit lex si permiserit prius et postea prohibuerit, non tamen dixit ut faciat mulier quod uouerat, quam uir permissionem reuocauit quod promissa iam prius fuerat a uiro. Viri dixit lex esse peccatum quod postea abnuit quod prius concesserat. Non tamen mulieri ex hoc iussum dedit ut cum prius ei uir concessisset, postea si prohibuit contempnatur.

Ex his apparet quod uir uel mulier continentiam Deo offerre non potest sine communi consensu, nec alter alteri debitum negare debet. Si uero quilibet eorum alterum a suo iure absoluit, ad pristinam seruitutem minime reuocare poterit. Hoc autem uidetur Augustinus supra noluisse. Quibusdam uidetur quod mulier non discedens a domo uiri, que uiro permittente continentiam promiserat, eodem prohibente soluere non ualeat, et hoc propter uiri dignitatem qui est caput mulieris. Sed hoc melius intelligitur in tali casu in quo uir concedit mulieri uouere continentiam et ante uotum prohibet implere. Si uero habitum mutauerit, non potest reuocari secundum illud: Qui uxorem suam uelari permiserit, aliam non accipiat. Sed similiter continentur.

Quibus temporibus cessandum sit a coniugibus

Et licet debitum poscenti sit semper soluendum, non licet tamen quolibet die poscere. Unde Augustinus: Christiano coire cum uxore sua aliquando licet, aliquando non. Propter enim processionis dies et ieiuniorum aliquando non licet conuenire, quia et a licitis abstinendum est ut facilius impetrari possit quod postulatur. Item: Quotiens pascha uel dies natiuitatis uel relique festiuitates adueniunt, non solum a concubinarum consortio, sed et a propriis uxoribus abstinere. Item Ambrosius: Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum temporis concessum uidetur ad ipsum usum, quia et dies festi et dies processionis et ipsa ratio conceptus et partus iuxta legem cessare usum carnis his debere temporibus demonstrant.

Premissis uidentur dissentire

Illi autem quod dictum est reddere debitum non esse peccatum uidetur obuiare quod dicit Ieronimus: Quicumque uxori debitum reddit uacare non potest orationi, nec carnes agni edere. Item: Si panes propositionis ab his qui uxores suas tetigerant comedi non poterant, quanto magis panis qui de celo descendit non potest ab his qui coniugalibus paulo ante hesere amplexibus uiolari atque contingi? Non quod nuptias condempnemus, sed quia eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus uacare a carnalibus operibus debemus. Hoc capitulum Ieronimi ad ministros ecclesie pertinere uidetur, quibus non licebat sacerdotalia officia celebrare atque ministrare tempore coniugalis amplexus, quo et presentia Sancti Spiritus non datur. Unde ait idem: Connubia legittima carent quidem peccato, nec tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur presentia Spiritus Sancti dabitur, etsi propheta esse uideatur qui officio generationis obsequitur.

Quibus temporibus non sint celebrande nuptie

Nec solum in opere carnali, sed etiam in celebrandis nuptiis obseruanda sunt tempora, secundum illud: Non oportet a Septuagesima usque in octauam Pasche, et tribus ebdomadis ante festum sancti Iohannis, et ab aduentu Domini usque post Epiphaniam:

D. XXXIII

donum nuptias celebrare quod si factum fuerit separentur. Item Michael papa: Nec uxorem ducere nec coniugia facere quadragesimali tempore posse convenire, nullatenus arbitror. **De diversis coniugii legibus.**

Queritur hic de antiquis patribus, qui leguntur plures simul habuisse uxores vel concubinas, utrum peccaverint. Ad quod dicimus quia pro varietate temporum varia invenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, scilicet Adam et Evam, inchoatum est coniugium, Deo per os Ade dicente: homo adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Et secundum inchoationis modum inter duos tantum per omnem successionem temporum coniugium contrahendum esset, si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum vero copulam filii et filie eorum in matrimonio coniuncti sunt, sed unus uni tantum; sorores autem fratribus tunc sunt copulati, quia non erant alienae mulieres vel viri quibus Ade filii vel filie iungerentur. Primus omnium Lamech dicitur duas uxores legitur simul habuisse, et hic in eo arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea vero cum iam pene omnes homines falsis diis servirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est a Deo in matrimonio plures copulare sibi, ne illis paucis deficientibus cultus Dei et notitia deficeret. Unde Habraham vivente uxore ad ancillam intravit et ex ea genuit. Iacob et liberis et ancillis se copulavit, et filie Loth patre ebrio abuse sunt. Cum vero ceteris in idolatria relictis Abraham et filios eius in peculiarem sibi populum Dominus elegisset, tunc mulierum multarum fecunditate populi Dei multiplicatio querebatur, quia in successione sanguinis erat successio religionis. Unde et in lege maledicta erat sterilis que non relinquebat, que relinquit semen super terram. Hinc et sacerdotibus decreta sunt coniugia, quia in successione familie successio est officii. Non ergo

Abraham vel Iacob deliquit quia preter uxorem filios ex ancilla quesivit. Hi enim ex illorum preter coniugale debitum fecunditatem in alia quam aliter licet querere, cum illorum coniugia nostrorum equentur virginitati, et immoderatius vel coniugii nostri temporis turpitudinem fere transeunt fornicationis illius temporis. De hoc Aug.: Sic erat antiquis iustis non fuit peccatum quod pluribus feminis utebantur, quia nec contra naturam hoc faciebant cum non causa lasciviendi, sed gignendi facerent; hoc nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant; nec contra preceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Idem: Obiciuntur Iacob quatuor uxores, quod quando mos erat crimen non erat. Sic patriarche coniugibus excipientibus semen suum miscebantur non concupiscentia perficiende voluptatis, sed prudentia propagande successionis. Sic apostoli suis auditoribus ammirantibus doctrinam suam condelectabantur non aviditate consequende laudis, sed caritate seminande veritatis. Idem alibi: Antiquis patribus cum ad hunc misterium nostre salutis velaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant, non victi libidine, sed ducti pietate, qui multo facilius continere possent, si vellent. Utebantur et coniugibus et plures uni viro licebat habere, quas castius habebat quam nunc unam quilibet istorum in quibus videmus quod secundum veniam concedit apostolus. Habebant enim eos in opere generandi, non in morbo desiderii. Item Ambrosius dixit: Sarra ad Habraham: Ecce conclusit me Dominus ut non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, ut faciat filium ex ea, et ita factum est. Considera primum quod Abraham ante legem Moysi et ante evangelium fuit. Non ergo commisit in lege Habraham si legem preuenit; non dum enim interdictum videbatur. Secundo considera quod non ardore

aliquo uage sitientius libidinis non petulantis forme captus decore a nulle connubio coniugalem preheberunt thorum sed studio querende posteritatis et propagande sobolis. Ad hunc preter diluuium tantas erat humani generis erat et religionis. Denique et filie loth hanc causam querende posteritatis habuerunt ne genus deficeret humanum. Et non publici muneris gratia priuatam castitatem preferat. Sicut autem sanctus apostolus cupiat dissolui et esse cum Christo et tamen sumit alimentum non cupiditate uiuendi sed officio consulendi ut maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis non libidinosum. Quod enim cibus est ad salutem hominis hoc concubitus est ad salutem generis humani. Et utrumque non est sine delectatione carnali que tamen modificata et refrenante temperantia in usum naturalem redacta libido esse non potest. Quod autem in sustentando uitam illicitus est cibus, hoc est in querenda prole fornicarius uel meretricius concubitus. Et quod est in cibo licito immoderatior appetitus, hoc est in coniugibus uenialis ille concubitus. **Non preferetur uirginitas Iohannis castitati Abrahe.**

Quod uero castitas uirginalis non preferatur in merito coniugali castitati Abrahe Augustinus ostendit inquiens: Sicut non est impar meritum paciencie in Petro qui passus est et in Iohanne qui passus non est, sic non est impar meritum continentie in Iohanne qui nullas expertus est nuptias et in Abraham qui filios genuit. Nam illius celibatus et istius connubium pro temporum distributione Christo militauerunt. Sed continentiam Iohannes in opere, Abraham habebat in solo habitu. Melior autem est castitas celibum quam castitas nuptiarum quarum unam Abraham habebat in usu, utramque in habitu. Caste enim coniugaliter uiuebat. Esse enim castus sine coniugio potuit, sed tunc non oportuit. Sicut dicit Augustinus: Quis ignoret sub altera dispensatione quod omnes retro sancti eiusdem fuisse meriti cuius nunc Christiani sunt, quorum Abraham ante placuit in coniugio sicut et nunc uirgines placent in castitate. Seruiuit ille legi et tempori suo, seruiamus et nos legi et tempori nostro in quos fines seculorum deuenerunt. Ex his apparet quod sancti patres ante legem sine peccato plures habuerunt uxores uel concubinas. Eas enim non uxores appellat scriptura non concubinas. Rachel tamen et Lia ambe uxores fuerunt non concubine. Si quis opponat quod fidem thori non seruabant illi patres, dicimus illos seruasse fidem thori quia non aliis sed propriis uxoribus uel ancillis miscebantur. Ecce que fuit consuetudo in hac re ante legem. **Quod Moyses inhibuit carnalem copulam.**

Legis uero tempore prohibuit Moyses carnalem copulam fieri cum matre, cum sorore, cum nouerca, cum nepte, cum amita, cum matertera, cum nuru et aliis quibusdam. Permisit autem fieri diuorcium dato libello repudii in quo uir scribebat causas pro quibus uxorem repudiebat. Permisit et aliam ducere dato libello repudii priori. Quod propter duritiam cordis eorum permissum est. Et dixit: non ut concederetur dissidium, sed ut tolleretur homicidium. Permisit sibi mala ne fierent peiora, et hoc permittendo non dei iusticiam demonstrauit sed in peccatore minuit culpam. **Et licet habere plures uxores.**

Si uero aliquid sub lege licebat habere plures uxores. **Queres sub lege.** Licebat plures habere uxores, quod scriptum est in deuteronomio: **Ge. Non** non habebit rex plurimas uxores que alliciant animam eius. Super quem locum dicit Augustinus: Quam festum est Salomonem hoc preceptum transgressum fuisse. David uero plures habuit, sed hoc preceptum preterit. Permissum est ei habere plures, non plurimas que alliciant animam multiplicare, cum tamen additur ut non eleuetur cor eius.

alienigenas esse prohibitum videtur. Deut. 18. Preterea multiplicatio uxorum generaliter prohibetur. Primis vero autem regibus plures habere licebat non multiplicare. Veniente autem plenitudine temporis quando gratia ubique dilatata est. Reducta est lex nuptiarum ad priorem honestiorem que institutionem ut unus uni in figura Christi et ecclesie iungatur. Non queritur nunc multiplex electio in successione generis sed in perfectione vite et in sanctitate conscientie. Virginitas secundi dicitur preferri et sacerdotibus continentia indicitur. De virginitate mentis et carnis.

Melior est autem virginitas mentis quam carnis. Unde Ambrosius. 27. q. 1. Tolerabilius est mentem virginem quam carnem habere. Utrumque bonum est si liceat. Si non liceat saltem non hominibus sed deo casti simus. Virgo furtivo (i. furto) prostitui potest. Adulterari non potest. Nec lupanaria infamant castitatem sed castitas et loci abolet infamiam. Idem ibidem. Non potest caro ante corrumpi nisi mens ante fuit corrupta. Item Isidorus. 32. q. 5. Non potest corpus corrumpi nisi mens ante fuit corrupta.

Munda enim a cogitatione anima caro non peccat. In fine huius capituli aperitur (scilicet ultime auctoritatis Isidori) quomodo verum sit nisi prius anima fuit corrupta corpus non posse corrumpi scilicet peccato. Illud Augustini (De bono coniugali c. 31.) animadvertendum est sicut in quo sanctus est (melius) mori fame quam vesci idolotitis. Ita sanctus est defungi sine liberis quam ex illicito concubitu stirpem querere. Undecumque vero nascantur homines si parentum vitia non sectentur et deum recte colant honesti et salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine dei creatura est. Et eo male utenti male erit non ipsum aliquando malum erit.

Nunc superest de personis legitimis attendere que persone sint legitime ad contrahendum matrimonium. Legitime iudicantur persone secundum statuta patrum (secundum) que diversa sunt. Alie namque fuerunt legitime ante legem. Alie sub lege. Alie in tempore gratie. Item in primitiva ecclesia quedam persone erant legitime que modo non sunt. Et econverso quedam modo sunt legitime que illegitime. Quedam sunt plene legitime. Quedam omnino illegitime. Quedam medie. Plene legitime sunt quibus non obviat votum continentie vel ordo sacer vel cognatio vel disparitas cultus vel conditio vel nature frigiditas et si quid est aliud penitus vero sunt illegitime per votum per ordinem per cognationem per disparitatem cultus. Medii vero scilicet nec legitimi plene nec omnino illegitimi sunt per frigiditatem vel conditionem (scilicet servitutis). Si enim tales ignorantes coniunguntur commanere possunt quibusdam accidentibus causis et eisdem deficientibus dividi. De his vero qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt consulit beatus Gregorius. Quod (maneant simul) permaneant. Sed si mulier causatur (dicens) nolo esse mater et filios parere decrevit. Ut uterque eorum septima manu propinquorum iurent quod numquam carnali commixtione convenerunt et tunc mulier secundas nuptias contrahat. Vir autem qui frigide nature est absque spe coniugii permaneat. Item Gregorius. Sicut interrogasti de his qui matrimonio coniuncti sunt et nubere non possunt cum ea si potest probari quod dicitur per iustum iudicium accipiat alium (scilicet ex cognoscat alium). Si vero ille acceperit aliam separentur. Item requisisti de his qui ob causam frigide nature dicunt se invicem operam carnis dantes cognoscere. Iste vero si non potest ea uti pro uxore habeat eam quasi sororem. Quod si remittam (recuna) culum coniugale recindere voluerint maneant utrique innupti. Nam si huic non potuit naturaliter concordare similiter

aug. i. melius

si ille aliam vel illa alium ducit presbyter. De quibus scriptum est. Vir et mulier si se iunxerint et postmodum mulier dixerit virum quod coire non posset.

alteri coniungere. quod si uxor aliam uxorem uelit habere manifesta patet ratio quia suggerente diabolo odit fornicem exosam eam habent et uideo eam dimittere mendacio sed uel arte molitur. Quod si mulier causatur dicens non uideo eum maritum et filios procreare uidetur eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat quod numquam per commixtionem carnis coniuncti una caro effecti fuissent. tunc uidetur mulierem secundas nuptias posse contrahere. hinc iam dico supra infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigide nature est maneat sine coniuge. quod si etiam et ille acceperit coniugem et carnalem copulam tunc hii qui iurauerunt periurii crimine teneantur et penitentia peracta priora cogantur recipere connubia. et hoc obseruandum est cum uir id tacet. Sed uir si asserat se debitum reddidisse mulieri et illa diffiteatur cuius fides potius habenda sit merito queritur. de hoc in statutum est. Siquis acceperit uxorem et habuit eam aliquo tempore et ipsa femina dicit quod numquam coisset cum ea et ille uir dicat quod sic fecit in ueritate uiri consistat. quia uir caput est mulieris. hoc de naturali impossibilitate statutum est. de hiis qui male

De maleficiis autem fiunt impediti contra impedimento hoc tenendum non possunt.

Dixerunt quod si per sortiarias et maleficas concubitus non sequitur hortandi sunt quibus ista eueniunt ut corde contrito et humiliato deo et sacerdoti de omnibus peccatis confessionem faciant et lacrimis atque elemosinis et ieiuniis domino satisfaciant et exorcismos ac cetera ecclesiastice discipline munimina mittunt esse tales sanare preuenit. quod si non potuerint separari ualebunt. sed postquam alias nuptias expetierint illis in uiuentibus quibus fuit iuncte prioribus quos reliquerant et si possibilitas concumbendi eis reddita fuit reconciliari nequiuerint. quod in fine huius capituli continetur magis ex rigore decreti esse intelligendum est quam ex canonica equitate uel intelligendum est non posse reconciliari prioribus non iudicio ecclesie quia dimissio facta fuit. de

Furiosi quidem in furiosis addit amentia sunt matrimonium contrahere non possunt. unde Fabianus nec furiosus nec furiosa matrimonium contrahere potest. sed si contractum fuit non separentur. Item michi hi qui matrimonium iam contraxerint et unum ex duobus uel ambobus amentia uel furor uel aliqua infirmitas accesserit ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt. Similiter est sciendum de hiis qui ab adulatoris excecantur uel membris truncantur ut a barbaris electi fuerunt.

De hiis et qui de hiis qui cum dua cum duabus sororibus bus sororibus uel que cum duobus fratribus dormierunt dormiunt. uidendum est quid censeant canones.

Qui dormierint cum duabus sororibus et una earum fuit antea uxor neutram earum ex ipsis habeant. nec ipsi adulteri umquam copulentur in coniugio. Item non licet sibi ipsi uxori reddere debitum quam sibi reddidit alicitam eius sororem cognoscendo. nec et post mortem est uxoris licet ei uel adultere copulari in coniugium. Item Zacharias papa. concubuisti cum sorore uxoris tue et si fecisti neutram habebis. uxor tua si non fuit conscia sceleris et si continere non uult nubat in domino cui uult. tu uero et adultera sine spe coniugii maneatis et dum uiuitis penitentiam agite. Quod autem cui uult nubat intelligendum est post mortem uiri. unde Gregorius. Qui uxores suas in adulterio deprehenderit nec ille nec illa aliam uxorem accipiat uel alium uirum quamdiu ambo uiuunt. si uero adultera mortua fuit uir ei si uult nubat

adulteram uero nunquam etsi mortuus fuerit uir
eius. Sed omnibus diebus uite sue penitentie la-
menta persoluat. Idem de illo adulterio agitur
quod cum cognata uiri uel cum cognata
uxoris committitur. Non est dimittenda uxor
Illud etiam sciendum est ob pro aliqua macula cor-
quod pro aliqua infirmitate uel macula poris.
corporali non licet uiro uxorem dimittere
ut eo. Sed debet eam alter alteri solacia prebere.
Unde Augustinus: Si uxorem quis habeat sterilem
siue deformem corpore siue debilem mem-
bris uel cecam uel claudam uel surdam
uel siquid aliud siue morbis siue laboribus et do-
loribus confectam et quicquid excepta
fornicationis causa excogitari potest ue-
hementer horribile, pro fide et societate coniugii con-
tineat. Sciendum quod eodem iure debet

D. XXXV.

Hoc etiam notandum est: iudicari uir et mu-
quod cum dominus concedat lier
uxorem dimitti fornicationis causa
uno eodem iure non tollitur feminis. Unde
Ieronimus: Precepit dominus uxorem a uiro non
dimitti excepta fornicationis causa et
si dimissa fuerit manere innuptam. Quicquid
uiris precipitur hoc consequenter redundat ad fe-
minas. Non enim adultera uxor dimittenda
est et uir mechus retinendus. Item apud
nos quod non licet feminis eque non licet uiris
et eadem seruitus pari condicione censetur.
Ex his ostenditur quod mulier potest similiter propter for-
nicationem uirum contempnere sicut uir mu-
lierem. Unde Innocentius papa: Christiana reli-
gio adulterium in utroque sexu pari ratione
condempnat. Sed mulieres uiros suos non
facile de adulterio accusant. Uiri autem
liberius uxores adulteras apud sacerdotes
deferre consueuerunt. Et ideo mulieri-
bus prodito earum crimine communio omnino
negatur. Uirorum autem latente commisso non
facile quisquam ex suspicionibus abstinetur.

quibus mouebitur si eius flagitium detegatur.
Si uero queritur Quod fornicariam non potest uir di-
utrum adulter adulteram mittere nisi ipse expers
dimittere possit causa fornicationis, di- fuerit eo.
cimus quod uxor adultera nequit dimitti
a uiro, nisi et ipse expers fornicationis exis-
tat et eo. Unde Augustinus: Nil iniquius est quam cum
fornicationis dimittere uxorem si et ipse
conuincatur fornicari. Occurrit enim illud: In
quo alterum iudicas te ipsum condempnas.
Quapropter si quis fornicationis causa uult
abicere uxorem, prior debet a fornicatione pur-
gari, quod similiter de femina dixerim. Idem
indignantur mariti si audiant adulteros ui-
ros pendere similes adulteris feminis penas,
cum tanto eos grauius puniri oportuit quanto
magis ad eos pertinet et uirtute uincere et
exemplo regere feminas. Ex his apparet
quod adulter adulteram dimittere non ua-
let eo. Quod possint reconciliari qui cau-
Si quis autem fornica- sa fornicationis
tionis expers fornicantem separan-
tur
dimiserit, alii copulari non potest, sed con-
tinere oportet uel ad dimissam redire.
Sic est et de feminis. Unde apostolus: His qui matri-
monio coniuncti sunt precipio non ego
sed dominus uxorem a uiro non discedere, quod si dis-
cesserit manere innuptam aut uiro suo
reconciliari. Et de uiro addidit: Uir uxorem
non dimittat. Sed Ambrosius ait: Ideo non
subdidit de uiro sicut de muliere, quia licet uiro
aliam ducere. Sed hoc a falsariis in Ambrosii
libro creditur positum. Supplendum enim
esse de uiro quod de uxore premisit aperte dicit
Augustinus sic: Quare non addidit de muliere
quod premisit de uiro nisi quia similem uult
intelligi, ut si dimiserit quod causa forni-
cationis permittitur maneat sine uxore
aut reconcilietur uxori. Idem: Si non illi con-
ceditur nubere uiuo uiro a quo recessit.

nec huic alteram ducere vivente uxore quam
dimisit. multo minus licet. Utraque enim
quamvis scriptura committere. Idem. Non facile
dimittatur uxor. Dominus solam fornicationis
causam excepit. ceteras vero universas molesti
as, si quae extiterint, iubet pro fide coniu
gali et pro castitate fortiter sustineri. Et mech
atur qui a viro solutam duxerit. Ex his osten
ditur quod si causa fornicationis separatio fiat,
non potest vir vel mulier ad aliam transi
re copulam. Possunt autem reconciliari
et cohabitare, sicut prius, si dimissum alterutri revo
care voluerint. Unde Iohannes Crisostomus ait. Porro
sicut crudelis et iniquus videtur obviare
est qui castam dimittit, sic fatuus
et iniquus est qui retinet meretricem. Patronus enim
turpitudinis est qui celat crimen uxoris.
Item Ieronimus. Cum mulier unam carnem
in alteram diviserit et se fornicatione a
marito separaverit, non debet teneri, ne virum
quoque sub maledicto faciat, dicente scrip
tura: Qui tenet adulteram stultus et impius
est. Idem ad Amandum episcopum scribens de
quadam que viro suo vivente alii nup
serat, sic ait: Rem novam loquor, immo non
novam sed veterem, que veteris testamenti auctoritate
confirmatur. Si reliquerit secundum vi
rum mulier et reconciliari priori voluerit, non
potest. Determinatio precedentium.

Sed hec omnia intelligenda sunt de illa
que ab adulterio recedere noluit, nec per
penitentiam peccata delere. Quod si vir
tacite sciverit, consentire videtur. Si enim
in adulterio perseverare elegit, patronus
turpitudinis et leno dicitur eius maritus,
habetur, nisi eam adulteram facere
voluit. Si autem a peccato recesserit et per peni
tentiam illud purgaverit, potest viro recon
ciliari. Unde Augustinus. Quod enim videtur durum ut
post adulterium reconcilietur coniux si fideles

assit non esse durum. Cum iam adhuc deputa
mus adulteros quos credimus penitentia esse salva
tos. Idem. Non est turpis nec difficilis et post
patrata et purgata adulteria reconciliatio coniu
gii, ubi per claves regni celorum non dubitatur
fieri remissio peccatorum. Non ut post viri divortium
adultera revocetur, sed ut post Christi consortium adul
tera non vocetur. Item Gregorius. Debet recipere
peccatricem que egit penitentiam, sed non sepe.
Item Hermes. Si vir scierit uxorem suam de
liquisse et non egerit penitentiam mulier,
et si permanet in fornicatione sua et vivit
communiter cum illa vir, reus erit et particeps
peccati eius. Quod si mulier dimissa egit penitentiam
et voluerit ad virum redire, debet recipere pec
catricem que penitentiam egit, sed non
sepe. De his qui se ante per adulterium polluerunt.

Solet etiam queri an valeat
duci in coniugium quam prius polluerat
per adulterium. De hoc Leo papa ait. Nullus
ducat in matrimonium quam prius polluit
in adulterio. Item relatum est auribus sancte
sacerdotum quemdam uxorem alterius
stupro violasse et insuper meche iuramentum
dedisse quod post mortem legitimi mariti, si
superviveret, duceret eam in uxorem. Quod et
factum est. Tale ergo connubium prohibemus et ana
thematizamus. Huiusmodi causa auctoritatibus prohi
bentur in coniugium copulari qui se prius
adulterio maculaverunt. Sed contra Augustinus
ostendit dicens. Denique mortuo eo cum
quo fuit verum coniugium, fieri potest verum
coniugium cum qua precessit adulterium.
Item. Posse fieri sane licitas nuptias ex prius
illicite coniunctis honesto placito conse
quente manifestum est. Sed hec ultima auc
toritas de concubinis loquitur, prohibens con
cubinam posse transire ad honestum pla
citum turpitudine, si castitatem et fidem ser
vare velit. Prima vero auctoritas Augustini

de illis agit qui de peccato penituerunt et illi
morte viri machinati sunt vel vivente
viro fidem adultere dedit in eo quod eam in
coniugio duceret si supervixerit. Qui vero hec
(contra istos) faciunt huiusmodi auctoritatibus premissis prohibentur
copulari. De extrema conditione an valeat

DISTI

Nunc de conditione (servili) videamus siue
an valeat coniugium separari a viro suo
dividere. Ad quod dicimus quia et eo.
non negatur ingenua posse nubere
servo. Sed si nescit esse servilis conditionis
libere dimitti potest cum servitus eius
fuit detecta. Secundum illud: Si quis ingenuus homo
ancillam alterius accipit in uxorem et estimat
quod ipsa ingenua sit, si ipsa femina postea in ser-
vitutem fuit detecta, si eam a servitute
potest redimere faciat; si non potest, si volu-
erit aliam accipiat. Si vero ancillam eam
sciebat et (approbaverit) collaudaverat, postea ut legitimam
eam habeat. Item ex eodem. Si femina inge-
nua acceperit servum sciens eum esse servum,
habeat eum, quia omnes unum patrem habemus in
celis. Una lex erit viro et femine. Cum dicitur
illum esse servum, datur intelligi quod si nesciebat
illum servum esse, non cogitur manere cum ipso.
Cum per conditionis dolum patitur, non
cogitur adherere illi cuius fraude decepta
est. Si autem scierit vel conditionem mulie-
ris [illegible] non valet eam dimittere. Unde
Zacharias papa: Si quis vero in matrimonio ancil-
lam acceperit, non habet licentiam eam di-
mittere, si consensu amborum coniuncti sunt,
nisi ob fornicationem. De illis agit quibus
alterius conditio nota est quando coniunguntur.

Oportet etiam si servus de copula servi et
unius ancillam ancille diversorum
alterius acceperit an sit matrimonium dominorum
eos coniugium. De hoc in statuto est. Dic-
tum est nobis quod quidam legitima ser-
vorum matrimonia potestativa quadam
presumptione dirimant, non attendentes
illud: Quos Deus coniunxit homo non separet.
Unde nobis visum est ut coniugia servorum
non dirimantur, etsi diversos dominos habeant,
sed in uno coniugio permanentes dominis
suis serviant. Et hoc in illis observandum
est ubi legalis coniunctio fuit et per voluntatem
dominorum suorum. Attende finem huius
capituli, ubi videtur matrimonium preter
voluntatem dominorum suorum inter servum
et ancillam non posse contrahi, vel contractum
vel si contrahatur non esse ratum. Quibus-
dam tamen videtur inter eos posse fieri con-
iugium dominis ignorantibus. De

Illud vero est notandum viro qui se facit servum
quod si mulier liberum ut dividatur ab
virum acceperit et ille vel cum ea uxore
postea diffiditur se alicuius servum fecerit, non (ille)
uxorem dimittere nec illa ob unicu-
lum coniugii in servitutem redigi po-
test. Unde illud: Placitum est cunctis nostris
ad sanctam synodum quod cum quidam in-
genuus ingenuam acceperit uxorem
et post filiorum procreationem occasione divortii
cuiusdam servum se fecit, utrum mu-
lierem necesse tenere debeat et si tenuerit
an illa et servituti subici debeat quesitum est. Iudicatum est uxorem mi-
nime debere dimitti. Non tamen ob expule-
gem mulierem in servitutem redigi,
dum ille non ex consensu coniugis se
servum fecit, quem liberum maritum
ipsa acceperat. De etate eorum qui copulandi sunt.

Hoc etiam sciendum quod
pueri ante xiiii annos et puelle ante
xii secundum leges matrimonium contrahere
non possunt. Qui si ante predicta tempora
copulam inierint separari possunt quam-
vis voluntate et assensu parentum iuncti
fuerint. Qui vero in pueritia copulati post

d. xxxvii.

annos pubertatis noluit se relinquere sed
in coniunctione permanere· iam ex hoc effi
ciuntur coniuges & deinceps nequeunt
separari· Item sponsalia ante septennium con
trahi non possunt. solo enim consensu con
trahitur quod interueniente non potest· nisi ab
alterutra parte intelligatur quod inter eos agitur
Quo illa expedita sunt
dum aliqua gradatim adiectione
quibus coniugium solui potest nec tamen sep[ar]
solum necesse est· nunc de aliis que spiritualiter ille
gitimas penitus faciunt addendum est·
scilicet primum de ordine· In quo ordine ne queat fieri coniugium·
Sunt ergo quidam ordines quibus nullatenus
potest coniugium contrahi· & si iam factum esse
nec copula diuortium fit· ut sacerdocium·
diaconatus & subdiaconatus· In aliis uero
permittitur fortius coniugium nisi religionis
sumpserint habitum uel uotum continentie
fecerint· Unde leo papa clericos lectores hostia
rios exorcistas· acolitos· si extra uotum & ha
bitum inuenerint & continentiam preferre
noluerint uxorem ducere uirginem ecclesia per
mittat romana non uiduam uel repudia
tam quia si deinceps ad subdiaconatum pro
uehi poterunt· nec laicus uxorem sortitus
nec uirginem uel bigamus ad clericatum· Item
ex cartaginensi concilio· placuit episcopos
presbiteros diacones subdiacones etiam ab uxori
bus abstinere quod si non fecerint ab ecclesiastico
remoueantur officio· ceteros uero clericos ad hoc
non cogi· Item Leo papa· Lex continentie
eadem est ministris altaris que episcopis & presbiteris.
qui cum essent laici uel lectores licite ux
ores ducere potuerunt & cum ad predictos
peruenerint gradus· cepit eis non licere quod
licuit· Item in vi synodo· si quis eorum qui ad
clerum accedunt uoluerit nuptiali lege
mulieri copulari· hoc ante ordinem subdiaconatus
faciat· Decreuimus enim ut qui ordinem subdi
aconatus acceperunt & super uxores duxerint aut
concubinas habuerint officio atque ecclesiastico
beneficio careant· Cum enim ipsi templum &
uasa domini sacrarium spiritus sancti debeant dici
indignum est eos cubilibus & inmunditiis
deseruire· De interfectoribus coniugum
Hic aduertendum est de suarum
occisoribus suarum coniugum de quibus
sic scribitur· Interfectores suarum coniugum
sine iudicio· cum non addant adulterarum uel aliud
huiusmodi quid aliud habendi sunt quam homicide· atque
hoc ad penitentiam redigendi· quibus penitus
denegatur coniugium· hoc uidetur michi permitti
maritis pro adulterio uel alio huiusmodi uxores suas
interficere· Sed ecclesiastica disciplina spirituali gla
dio non materiali criminosos feriri iubet·
Unde id est michi· interea hoc uiolentias addere studuit·
Si cuius uxor adulterium perpetrauerit·
utrum marito eius liceat eam secundum huma
nam legem interficere· sed sancta ecclesia dei num
quam mundanis astringitur legibus Gladium
non habet nisi spiritualem· Item pius papa· Quicumque
propriam uxorem absque dei lege & sine causa interfecerit
& aliam duxerit armis depositis publicam a
gat penitentiam & si contumax fuerit ana
thematizetur donec consentiat· De uoto·
Nunc de uoto inspiciamus
Uotum est testificatio quedam spon
tanee promissionis que deo & de hiis que dei sunt
proprie debet fieri· Sunt tamen & uota stultorum que in
fringenda sunt· De uotorum differentiis·
Sciendum est quod uotum aliud est
commune aliud est singulare· commune
ut illud quod in baptismo omnes faciunt· cum spon
dent renuntiare diabolo & pompis eius· Sin
gulare est ut cum aliquis promittit seruare
uirginitatem uel continentiam uel aliud huiusmodi. Item
singulare uotum aliud est priuatum aliud
solempne· priuatum est in abscondito factum.

Solempne in conspectu ecclesie factum. Item privatum
votum si violetur peccatum est mortale. Solemp
ne vero violare peccatum est et scandalum. Qui
privatum votum faciunt continencie ma
trimonium contrahere non debent. quia con
trahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint
non separentur. quia privatum non potest quod oc
cultum est actum. Qui vero solempniter vouent.
nullatenus coniugium inire queunt. quibus
non solum nubere. sed etiam velle nubere dampna
bile est. Unde augustinus. In coniugali vinculo
si pudicicia servatur dampnacio non ti
metur. sed in viduali continencia et vir
ginali excellencia virtus muneris ampli
oris expetitur. qua expetita et electa et voto ob
lata iam non solum capessere nupcias.
sed etiam si non nubant velle nubere dampna
bile est. Unde augustinus. Voventibus virginita
tem vel viduitatem non solum nubere
sed etiam velle nubere dampnabile est. Quod apostolus
ostendit thimotheo scribens. adolescentio
res viduas devita. cum enim luxuriate fuerint
in christo nubere volunt. id est cum post votum
continencie in deliciis egerint vitam non
dico nubunt. sed nubere volunt in christo. quod
non tunc sit peccatum. sed quod sit ostendit subdens
habentes dampnacionem. et quare subdit quia
primam fidem irritam fecerunt. et si non nu
bendo. tamen volendo. id est voluntariam que a propo
sito cecidit. appareat esse dampnata. sive sequa
tur nupcie sive non. dampnatur propter trans
gressionem proposito. dampnantur tales quia primam fi
dem continentem irritam fecerunt. id est
votum vel in voto violato fidem quam in baptismo
professi sunt. Si autem pro voluntate nuben
di dampnantur constat si eam affectui
mancipaverint. revocandum ideo esse in tantum
eas quod attendas ad propositum redire. Unde
gregorius. Viduas a proposito viduitatis recedentes
super quibus nos consuluisti credo te nosse a

sed paulo non continentes olim esse dampnatas.
quas et nos auctoritate apostolica dampnandas et a
communione fidelium atque a liminibus
ecclesie arcendas fore censemus. usque obediant
suis episcopis et ad bonum quod ceperunt inuite
aut voluntarie convertantur. De virginibus

De virginibus autem non velatis

non velatis si deviaverint a predeces
sore nostro innocencio tale decretum habemus.
Hee quae nondum sacro velamine tecte tamen
in proposito virginali se semper simulaverint
permanere licet velate non fuerint tamen si
nupserint aliquo tempore. his agenda
penitencia est. quia sponsio earum a domino tene
batur. Si enim inter homines solet bone fidei
contractus nulla racione dissolvi. quanto
magis illa pollicitacio quam cum deo pe
pigit. solvi sine vindicta non poterit. Item
si virgines nondum velate publica pe
nitencia talis puniuntur et a cetu fidelium
usque ad satisfactionem excluduntur quanto
magis vidue que perfectioris etatis et ma
turioris consilii existunt et habitum religi
onis assumpserunt. deinde apostotare
runt. atque ad priorem vomitum sunt
reversae. a nobis et omnibus fidelibus et a li
minibus ecclesie et a cetu fidelium usque ad sa
tisfactionem sunt eliminande et carce
ribus tradende. Ex his apparet virgines
vel viduas solempni voto continentie
astrictas. sive fuerint velate sive non nulla
tenus coniugium sortiri posse. Quod idem
de omnibus intelligendum est qui conti
nenciam voverunt. quia vero erat ante li
citum post votum fit illicitum. Non est quod
permittendum est quod innocencius de vi
duis et puellis decrevit. quae ex spiritualiter tene
bunt. si postea nupserint puplice.
non eas admittendas esse ad penitenciam.
nisi hi quibus se iunxerint de mundo reces

serint. Si uero ratio hec ab hominibus custodi-
tur, ut quecumque uiuente uiro alteri nup-
serit adultera habeatur, nec ei agende
penitencie licenciam concedatur, nisi
unus de eis fuit defunctus: quomodo magis te-
nendum est, que ante se in mortali sponso
se coniunxerat, et postea ad humanas nuptias
transmigrauit? Attende quod non solum con-
iugium talibus negare uidetur, sed etiam lo-
cum penitencie. Sed non solum ita intelligendum est
ut aliquando excludantur a penitencia,
que digne penitenciam agere noluerint.
Sed ille non sunt ad penitenciam ad-
mittende, que ab incesti copula discedere
noluerint. Vel que post religionis propositum
per penitenciam ad reconciliari non possunt,
que ad habitum sue professionis redire neglex-
erunt. Tunc uero ille cui se iunxerat ei de-
functus erat, cum ab eius illicitis am-
plexibus hec penitens recesserit. Cum quod dicit
eas non esse admittendas ad peniten-
ciam nisi hii quibus se coniunxerant reces-
serint de mundo, sic audiendum est: tamquam
enim eis uiri de mundo recedunt et defun-
guntur, cum ab eorum concupiscencia
iste se alienant. Quem sensum subdita
similitudo declarat et confirmat. C.

Cum uir et quidem malum sit adulterium
mulier legitime coniuncti sunt,
constat alterum altero uiuente ad aliam
transire copulam non posse, alioquin
adulterium committit. De quo Clemens papa
ait: Quid in omnibus peccatis est adulterio
grauius? Secundum namque in penis locum tenet,
quoniam primum habent illi qui ab errant a deo.
grauissime quod peccent adulteri et grauius
fornicarii. Sed cunctis his grauissimi incestu-
osi, quia omnes transcendunt contra naturam
delinquentes. Unde Augustinus: Adulterii malum
fornicatio uincit, uincitur autem ab incestu.
Peius uero est dormire cum matre quam cum
aliena uxore. Sed omnium horum pessimum
est quod contra naturam fit, ut si uir membro
mulieris non ad hoc concesso uti uoluerit. Hec exec-
rabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in uxore.

Hic queritur de eis **De his qui post longam**
feminis, que per **captiuitatem re-**
tentas uiros suos in temporibus **deunt**
in captiuitate, uel ab iniqua dominati-
one nimium laborandos maiorum coniugia
transierunt. Si illi qui putabantur perisse
remeauerint, utrum eis reddi debeant,
et an reddi fornicati sint et ipse ree adulterii.
De hoc Leo papa sic ait: Cum ergo necesse est ut legitimarum
nuptiarum federa redintegranda credamus,
et remotis his que hostilitas intulit, unicuique
id legitime reformetur quod intulit, pro-
curandum est tamen ut recipiat quisque
quod proprium est, nec tamen culpabilis iudicetur et
quasi alieni iuris peruasor habeatur, qui personam
eius mariti qui iam non esse estimabatur
assumpsit. Sic enim multa que ad eos qui in cap-
tiuitatem ducti sunt pertinebant in ius
alienum transire potuerunt, et tamen plene
iusticie est ut eisdem reuersis reformentur.
Quod si uir post longam captiuitatem
reuersus ita in dilectione sua coniugium perse-
uerant ut eas cupiant in suum redire
consorcium, Dimittendum est et inculpa-
bile iudicandum quod intulit necessitas, et
restituendum quod fides poscit. Sin autem
alique mulieres ita posteriorum uirorum amo-
re sunt capte ut malint eis coherere
quam ad legitimum transire consorcium,
merito sunt notande, ita ut ecclesiastica pri-
uentur communione, que de re excusabi-
li contaminacionem criminis elegerunt.
Redeant ergo in suum statum coniugia. Vel
sic mulieres que ad uiros suos reuerti no-
luerint impie sunt habende. Et ille que

redeunt· experto sunt. Laudande ergo hic ostendit illos qui taliter coniguntur ut credant utrum contemptum per ignorantiam aliquam excusationem habere de peccato tantum per maritalem legittimam esse copulam non sacramentum· uerum autem hoc· si caueat ob per hoc male uoluntatis. Sed si quis relicta in patria sua uxore in longinquam abiens regionem aliam uxorem ducat deinde penitentia ductus eam dimittere uelit· se aliam asserens habuisse uiuere quam uiuit nec ecclesia permittat quod asserit ille· ignorat· quaeritur an inter eos sit copula sit coniugium. Sane dici potest non esse coniugium et mulierem de crimine excusari per ignorantiam. Virum autem adulterium admisisse. Sed ex quo ad priorem redire uolens non ualens· cogitur ecclesie disciplina hanc tenere. Incipit excusari per obedientiam et timorem. De hoc quod poscenti mulieri debitum reddit. A qua ipse numquam poscere deberet· sic de aliis huiusmodi sentiendum est.

D XXXIX

De dispari cultu.

Post hoc de dispari cultu uidendum est· hoc est enim prima de causis quibus persone illegitime fuerint ad contrahendum matrimonium. Non enim licet christiano cum gentili uel iudea inire coniugium. quia et in ueteri prohibitum est fidelibus iudicere uxores domino dicente Non accipies uxorem de filiabus alienigenarum filiis tuis ne traducant eos post deos suos. Iuxta hoc domini preceptum Iudeorum coniugia cum alienigenis inita Esdras separauit. Hoc et item in nouo test. seruatur. Vnde Aug. Non nubat femina uiro non sue religionis. uel ne uir talem uxorem ducat. Id enim ut diuis iudiciis communis· docet apostolus. uerum precepit testamentum. Item Ambrosius. Caue christiane gentili uel iudeo tradere filiam tuam. Caue ne gentilem uel alienigenam id est hereticam uel iudeam et omnem alienam a fide tua accersias in uxorem tibi· Item si quis iudee· siue christiana iudeo· siue iudea christiano carnali consortio misceantur· quicumque tantum nephas admiserit· a christiano cetu penitus segregetur.

Ex his aliisque pluribus apparet non posse contrahi matrimonium ab his qui sunt diuerse religionis et fidei. De coniugio fidelis et infidelis et duorum infidelium.

Hic autem uidetur obuiare quod apostolus ait de ipsis coniugiis. Ego dico non dominus· si quis sup habet uxorem infidelem et consentit habitare cum illo non dimittat illam· et si qua mulier et cetera. Sed hic aliud esse. aliud illud: euidenter ostendit Augustinus. Ibi enim agitur de illis coniugiis fidelium et infidelium que contrahuntur ab eis in dispari religione et fide manentibus. Apostolus non agit de illis qui utrimque eiusdem perfidie et infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt· sed contingente uenit ad euangelium alter sine altero credidit. Intelligis ne quid dicam. Attende ut rem ipsam diligentius explanem. Ecce duo coniuges utrique infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt· nulla de his quod est quod pertineat ad illud preceptum ueteris et noui test. quod prohibet fidelem cum infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges et ambo adhuc sunt infideles tales sunt adhuc quales coniuncti sunt. Venit ergo euangelii predicator· credidit eorum unus uel uir uel uxor si ita ut fidelis cum infideli habitare consentiat. Non iubet deus ut fidelis infidelem dimittat. Sed consulit ut si quis aliter agat non sit transgressor. Sic et de uiribus consulit. Coniugibus quoque lucrandi occasio cum possit relinquere licite. Sed non expedit. tunc enim non expedit relinquere id quod licitum est quando permittitur quidem. sed ipse usus affert aliis impedimentum salutis. Sic discessio fidelis ab infideli quoniam non prohibet dominus quia coram illo non

talis quidam non apostolus uiro ut non dimittat.

est iniusta. Sed apostolus ne fiat consilio
caritatis suadet ut nemo in ea re iussi
onis teneatur necessitate sed voluntate
consilium libere faciat. Ex his ostenditur
coniugium inter eos fideles esse et consili
um apostoli non obviare precepto domini
quo iubet fidelem non iungi infideli sed
et si iuncti fuerint separari. Legitur quod
esdras propheta immo dominus per eum iussit is
raelitis uxores alienigenas dimittere.
per quas ibant ad deos alienos. Non
ille per matrimonia adquirebantur. Recte quidem hoc
precepit quia per moysen iusserat dominus.
ne quis alienigenam uxorem duceret.
contemptu quas duxerant domino prohibe
te domino iubente dimiserunt. quod ut
ait ambrosius. Non est imputandum ma
trimonium quod extra decretum dei factum
est. sed cum cognoscitur emendandum
ut quando fidelis infideli copulatur. Sed non ait
aug. cum cepisset gentibus evangelium
predicari. iam coniunctos genti
les gentilibus repperit coniugibus. ex quibus
si non ambo crederent sed unus et unus
infidelis cum infideli consentiret habi
tare. nec prohiberi a domino debuit fidelis
infidelem dimittere. nec iuberi. ideo non
prohibetur quia iusticia permittit a for
nicatione discedere. et infidelis hominis
fornicatio maior est in corde. nec vera
eius pudicitia cum coniuge dici potest.
quia omne quod non ex fide est peccatum est.
quomodo vis veram fidelis habet pudicitiam et
cum infideli coniuge que non veram
habet. Ideo autem nec iubetur quia nec contra
iussionem domini gentiles fuerant
ambo coniuncti. Licitum quidem erat
propter iusticiam fidelis infidelem dimit
tere. sed licitum non erat faciendum
propter liberam benivolenciam. Cum dicit

appareat et inter fideles coniugium esse.
et apostolum dixisse agere qui in infidelitate con
iuncti fuerunt. Sicut ait ad fidem conversus
cum quo infidelis habitare consentit et
hunc non dimittere fideli consulit apostolus.
quia forte per fidelem salvabitur infidelis.

Potest tamen de fornicatione spirituali ob
licite dimittere quod potest dimitti
quia in infideli est fornicatio. si non corporis
tamen mentis. Causam enim forni
cationis dominus excepit fornicationem vo
genialem et universalem intellige cognitum
non corporalem sed et spiritualem de qua
aug. ait. idolatria et quelibet noxia superstitio
fornicatio est. Dominus permisit causa for
nicationis uxorem dimitti sed non iussit
et sic dedit apostolo locum monendi ut qui
voluerit non dimittat. potest tamen licite dimit
tere. Si enim fornicatio carnis detestanda
est in coniuge. quanto magis fornicatio men
tis id est infidelitas. Pro aliis vitiis potest

Si autem quis eam propter dimitti
aliud vitium nisi infidelitatem
et idolatriam possit dimitti. Attende quod
aug. ait si infidelitas fornicatio est et ydo
latria infidelitas et avaricia ydolatria. non
est dubitandum et avariciam fornicati
onem esse. Quis igitur quamlibet illicitam con
cupiscenciam potest a fornicationis genere
separare. Si avaricia fornicatio est. ex quo
intelligitur quod propter illicitas concupiscen
cias non tamen que in stupris cum alienis
viris vel feminis committuntur sed ob alias
que animam a lege dei aberrare faci
unt et perniciose corrumpi. possit sine
crimine et vir uxorem suam dimittere.
et uxor virum. Iam rectissime dimit
titur. si viro suo dicat. Non ero uxor
tua nisi mihi de latrocinio divitias congreges.
vel nisi in solita exerceas aut suggestum faci
lenocinia

norosum uel flagiciosum a uiro suo expe
tat. tunc ille si uera est penitens est. habet
quod fidem operantem per dilectionem. Quare
uerum quod eum scandalizat amputabit. Quod
huius apparet. quod non solum infidelitas set
et quelibet concupiscentia que per imundi-
se turpitudinem corrumpit fornicatio spi
ritualis est. Propter quam uir uxorem uel uxor uirum
dimittere potest. consulit tamen apostolus ne fidelis
infidelem dimittat uolentem cohabita
re. nec a deo reuocare fidelem. Si fideli liceat

Hic queritur alliam ducere infideli discedente.
si fidelis infidelem dimittat. uel econuerso.
Vel infidelis a fideli discedat. an liceat fideli a
liam ducere. Videtur auctoritas testari quod
uiuente illa. aliam ducere non ualeat.
Ambrosius super illa apostoli exponens ait. Alioquin
si discedatis ab inuicem et uolentes cohabita
re dimittitis et aliis uos copulatis. adulteri
estis et filii uestri qui de hac copula nascuntur
immundi. id est spurii sunt. Item si quis habuit
uxorem uirginem ante baptismum uiuente illa:
post baptismum alteram habere non potest. Crimina
enim in baptismo soluuntur non coniugia.

Sed econtra
Augustinus testatur dicens. Si infidelis
apostolus dicit discedit discedat. non enim ser-
uituti est subiectus frater aut soror in huiusmodi. quod non
debetur reuerentia coniugii ei qui abhorret
auctorem coniugii. Non est enim matri-
monium ratum quod sine deuotione dei est. et
ideo non est peccatum ei qui dimittitur propter deum
si alii se copulauerit. Contumelia enim
creatoris soluit ius matrimonii circa eum
qui relinquitur. ne accusetur si alii copuletur.
Infidelis autem discedens et in deum peccat
et in matrimonium. nec est ei seruanda fi
des coniugii que ideo recessit ne audiret
Christum esse deum iam coniugiorum. si uero ambo
crediderint per cognitionem dei confirmatur

coniugium. Attende hic predicta contraria
posse uideri. maxime ut Ambrosius. Augustinus contradicere
uideatur. Sed hic distinguendum est. aliud
esse dimittere uolentem cohabitare. aliud
dimitti propter deum ab illo qui abhorret. In
primo enim lex beniuolentie non seruatur.
hic ueritas uero custoditur. et ideo cum li-
ceat dimittere uolentem cohabitare. non
tamen ea uiuente aliam licet ducere. disce-
dentem uero sequi non oportet. et ea ui
uente aliam ducere licet. Sed hic non est
intelligendum nisi de hiis qui in infideli-
tate copulati sunt. et si ad fidem uterque
conuersus est. Vel si uterque fidelis matrimonio
coniunctus est. et postea alter eorum a fide discesserit.
et odio fidei coniugem reliquerit. dimis-
sus discedentem non comitabitur. non
alteram tamen uiuente illa ducere poterit.
quia inter eos fuerat ratum coniugium quod
non potest dissolui. Quidam asserunt coniugium

Sunt autem non nisi esse inter fideles. et quare
nulli qui inter infideles asserunt
non esse coniugium. quia nec rata nec le-
gittima est eorum copula. Rata non est
quia potest solui. Non legittima quia apostolus
dicit. Omne quod non est ex fide peccatum est. Pec-
catum est. Eorum autem coniunctio non est
ex fide et ideo peccatum est. Non est coniugi-
um quia nullum coniugium peccatum est.
Augustinus etiam dicit. Quia non est uera pudicitia
infidelis cum infideli. Hic uera negatur pu-
dicitia esse. non quod infidelium coniugium
non sit uerum. Sed quod non est laboribus illud
triplex bonum quod excusat coitum et me-
retur premium. Item illud apostoli. Omne
quod non est ex fide peccatum est. intelligen-
dum est ut quicquid fit ab infidelibus
peccatum sit. Sed omne quod fit contra
fidem id est contra conscientiam male fit et ad ie-
hennam edificat. Vel nisi eorum fidelis

facit peccat non quia illud facit. sed quia nō
eo modo illud facit quod debet. non referens
ad debitum finem. Quod legitimum sit coniugium

Copula quae maritalis infidelium
que est inter infideles
coniugium est legitimum sed non ratum.
Legitimum quia est inter legitimas per
sonas. sed non ratum quia sine fide. coniugium
uero fidelium et legitimum est et ratum.
si tamen legitime sint persone. quod autem legitimum
sit coniunctio infidelium. Augustinus attestatur
dicens. Uxor legitima societate coniuncta.
sine illa culpa relinquitur. si cum uiro Chri
stiano permanere noluit. Ex hoc et probatur quia
infideli ad fidem conuerso apostolus con
sulit infidelem non dimittere. quod non
faceret si non esset inter eos legitimum
coniugium. Legitimum coniugium
est quod legali institucione uel prouincie mo
ribus. non contra iussionem domini con
trahitur. De cognatione carnali et spirituali

D. XL.

Nunc superest de tribus. prius de carnali
cognatione aliquid dicere. est
autem cognatio alia carnalis alia spiritualis
primum de carnali cognatione et affini
tate inspiciamus. Cognati uero uel affines
in septimo gradu uel infra copulari nō
debent. unde Gregorius. Progeniem suam unum
quemque usque ad septimam generatio
nem obseruare decreuimus. et quamdiu
se agnoscunt affinitate propinquos ad
coniugalem copulam accedere dene
gamus. quod si fecerint separentur. quod si fe
cerint separentur. Item Nicholaus papa. De con
sanguinitate sua nullus uxorem ducat.
usque post septimam generationem.
uel quousque parentela potest cognosci.
Item nullus ex propinquitate sui sanguinis
usque ad vii. gradum uxorem ducat.
Huius auctoritatibus aliisque pluribus consanguineorum
coniunctiones prohibentur usque ad septimum
gradum. Quomodo autem gradus consanguinita
tis computandi sint. Ysidorus ostendit dicens.
Sic series consanguinitatis. vii. gradibus diri
mitur. hoc modo. Filius et filia quod est frater et soror. sit ipse
truncus. illis seorsum seiunctis. ex radice
illius trunci egrediuntur isti ramusculi.
nepos et neptis primus. pronepos et proneptis
secundus. abnepos et abneptis tercius. adnepos et ad
neptis quartus. trinepos et trineptis quintus. tri
nepotis nepos et trinepotis neptis sextus.
Attende quod sex gradus tantum ponit Ysidorus.
quia truncum inter gradus non computat.
Alii uero qui. vii. gradus ponunt truncum
inter gradus connumerant. Uarie namque
computantur gradus cognacionis. alii patrem
in primo gradu filios in secundo ponunt.
alii primum gradum filios appellant negan
tes gradum cognationis inter patrem et fili
um esse. cum una caro sint pater et filius. auc
toritates quoque qui consanguinitatis parentelam
usque in. vii. gradum prohibent in pri
mo gradu patrem ponunt. ille uero que
usque ad vi. gradum prohibent primum gra
dum filios appellant. atque ita fit ut he eedem
persone secundum hanc diuersitatem inueniun
tur in sexto et septimo gradu. patrem uero
in primo gradu ponit qui fratres dicit primum
gradum. hoc modo computant. Zacha
rias papa sic inquiens. parentele gradus tali
ter computamus. Ego et frater meus una
generacio sumus. primumque gradum ef
ficimus. Rursus filius meus fratrisque mei
filius secunda generacio sunt. et gradum secundum fa
ciunt. atque ad hunc modum cetere con
tinentur successiones. Inter illos uero qui vi.
computant gradus et illos qui vii. in sensu
nulla est diuersitas quamuis in numero
graduum uarietas uideatur. Septima uero ge
neratio si a fratribus sumat initium nume

[ge]randi .vii. invenitur. Quare ysidorus computat .vii.

Quare autem .vii. gradus computat ysidorus. [.35. q. 5. c. 1.]
ysidorus ipse aperit dicens. Consanguinitas
dum se paulatim propaginum ordinibus
dirimens usque ad ultimum gradium pro
traxerit et propinquitas esse desierit. tunc primum
lex in matrimonii vinculum eam recipi
et et quodammodo incipit revocare fugientem.
Ideo autem usque ad .vi. generis gradum consan
guinitas constituta est. ut sicut .vi. etatibus mundi
generatio et hominis status finitur. ita propin
quitas generis tot gradibus terminetur. In his .vi. gra [.35. q. 5.]
dibus omnium propinquitatum nomina con
tinentur ultra quos nec affinitas invenitur.
nec successio potest amplius propagari.

Secundum alios Quare .vii. computantur gradus.

Secundum alios .vii. gradus ideo computantur. ut dum
in .vii. gradus sponsa sponsus iungatur.
sic post hanc vitam que .vii. diebus agitur. ec
clesia christo iungetur. Huic autem occurrit illud quod [in. quomodo etc.]
gregorius augustino anglorum episcopo a quo requisitus fu
erat. quota generatione debeant copulari
rescribit sic. Quedam lex romana permit [.35. q. 2.]
tit ut sive frater sive sororis. seu duorum fratrum
germanorum. seu duarum sororum filius et filia misce
antur. sed experimento didicimus ex tali [licite]
coniugio sobolem non posse succrescere.
Unde necesse est ut vel quarta vel quinta gene
ratio fidelium licenter sibi coniungantur.
Sed post multum temporis item. gregorius a felice messa [.ubi supra.]
nensi sicilie presule requisitus utrum scrip
serit augustino anglorum episcopo circa generati
one contracta matrimonia non solverentur.
inter cetera talem rationem reddidit quod
scripsi augustino anglorum episcopo. ipsi et genti anglo
rum que nuper ad fidem venerat ne a bono
quod ceperat metuendo austeriora recederet specia
liter et non generaliter me cognoscas scrip
sisse. nec ideo hec scripsi eis ut postquam in fide
solidati fuerint si infra propriam consanguinitatem
inventi fuerint non separentur. aut inter affi
nitatis lineam .i. usque ad .vii. generati
onem iungantur. De affinitatis gradibus.

Nunc de affinitate videndum.

Nunc de affinitate videndum. XLI

Est de qua gregorius etc. Porro de affini [.35. q. 5.]
tate quam dicunt parentelam esse que ad
virum ex parte uxoris seu que ex parte
viri ad uxorem pertinet. manifesta ratio
est. quod si secundum divinam sententiam
ego et uxor mea sumus una caro [.gen. 7. et mt. 19.] profecto
mihi et illi mea suaque parentela propinquitas
una efficitur. quo circa ego et soror uxoris
mee in uno et primo gradu erimus. filius vero
eius secundus gradus erit a me. nepus vero ter
tio. et sic deinceps. quod utrumque in ceteris
agendum est successionibus. Uxorem
vero propinqui [consanguinei] cuiuscumque gradus sit. ita
me oportet attendere. quemadmodum
ipsius quos gradus aliqua femina propter propin
quitatis sit. que minime uxori mee de
propinquitate iuncta fuit. In eis etenim cognati
onis gradibus convenit observare qui
non aliorum [.ioh. etc.] sententiam angeli sunt. Item
ulterius [.35. q. 3.] precipimus ut equaliter vir consanguineis su
is coniungantur. et consanguineis uxoris.
Item ysidorus. [ibidem] Sane consanguinitas que in propriis
viris conservanda est et in uxoris paren
tela de lege nuptiarum custodienda est.
quia constat eos duos fuisse in carne [.mt. 19.]
una. Ideo communis est illis utraque parentela.
Item ulterius [.35. q. 3.] precipimus. nullum in utroque sexu
permittimus ex propinquitate sui sanguinis
vel uxoris usque in .vii. gradum generati
onis uxorem ducere. vel incesti macula
copulari. quia sicut non licet cuiquam christiano
de sua consanguinitate. sic etiam non licet de consanguinitate
uxoris coniugem ducere propter carnis uni
tatem. Item gregorius [.35. q. 5.] de affinitate consan
guinitatis per gradus cognationis .i. propin
quitatis placuit usque ad .vii. generationem

observari. hereditas enim rerum per legales
instrumentorum diffinitiones usque ad sex-
tum gradum heredum pertendit successi-
onem. non enim eis succederent nisi
de propagine cognationis deberetur. His
auctoritatibus insinuatur et que sit affinitas.
et usque ad quem gradum sit observanda.
scilicet usque ad septimum. Varie traditiones de
Set alii videntur concedere affinitate
in quinta generatione. inter affines
coniungi coniugium et in quarta et si contrac-
tum fuerit non separari. ait enim Fabianus
papa. De propinquis qui ad affinitatem per
virum vel uxorem veniunt. defuncta
uxore vel viro. in quinta generatione iungantur.
in quarta si coniuncti fuerint non separentur.
In tercia autem propinquitate non licet alte-
rius uxorem accipere post obitum eius. Equa-
liter vir eius coniungatur in matrimonio
qui consanguinei sunt uxoris sue con
sanguineis post mortem uxoris. Ecce hic con
ceditur in quinta vel quarta propinquitate affi-
nium fieri coniugium. Iulius papa ait.
Statutum est ut relictam patrui uxoris
sue. Relictam fratris uxoris sue. Relictam
filii uxoris sue. nemo sibi in matrimoni-
um sumat relictam uxorem consanguineo-
rum uxoris sue in terciam progeniem.
nemo in uxorem sumat. In quarta vero
et in quinta si inventi vel inventa fuerint:
non separentur. Ecce quam varie de af-
finitatis observatione locuntur auctores.
Alii enim usque ad septimum gradum eam obser-
vari sanciunt. Alii vero in quinto vel quar-
to matrimonia contracta non dissolvunt.
Set illi veritatis rigorem. isti misericordie
dispensacionem videntur proponere. potest
enim ecclesia dispensare in copula affinium:
usque ad tercium gradum. sic Gregorius dispen-
savit in quarto gradu consanguinitatis. illud

et non est pretereundum quod Gregorius venerabili episcopo
scripsit sedem apostolicam decrevisti consulere.
si mulier copulata nupcialiter viro extraneo con
iuncta cognationi eius pertineat. et ipso defuncto
cognatio permaneat. vel ipsa alio viro cogna-
cionis vocabula dissolvantur. vel si suscepte
soboles possint legittime ad prioris viri cog-
nationis transire copulam. Si una caro fiunt
quomodo potest aliquis eorum propinquus viri perti-
nere nisi pertineat alterius. hoc minime posse fieri
credendum est. Porro viro defuncto in super-
stite affinitas non deletur nec alia copu-
la coniugalis affinitatem copule prioris sol-
vere valet. Set si alterius coniunctionis soboles
placet ad affinitatis prioris viri consorcium
transire. Si quis hoc sacrilego et temerario ausu
indefinito querit propinquitatem extinguere.
vel sub alio affinitatis vocabulo dissipare et
susceptas soboles alterius copule propinquitatis
prioris legittime credit sociari. hoc negat sibi verbum
dei validum esse quod dixit. Erunt duo in car-
ne una. Ecce hic prohibet si mortuo primo viro
uxor eius alii nupserit filios de secundo viro ge-
nitos ducere uxores de cognatione prioris
viri. quia filii mediante matre ad cogna-
cionem prioris viri pertinent. cum quo mater eo-
rum una caro extiterit. Hoc idem Innocencius
papa ait. Si qua mulier ad secundas nupcias transi-
erit et ex eis sobolem genuerit nullatenus
potest ad consorcium prioris viri cognatio-
nis pertingere. hoc autem observandum est
usque ad septimum generationis gradum. maxime
usque ad tercium vel quartum ut supra positum
est. Si coniugium sit inter eos qui nesciunt consanguinitatem   D. XLII
Et sciendum est quod ecclesia dividuntur.
Contra predictos gradus consanguinitatis
coniunctos separat. si autem ignoranter fuerint
coniuncti in conspectu ecclesie et postmodum
probata consanguinitate eiusdem iudicio se-
parati. quod iterum copula illa coniugium

fuerat. Quibusdam uidetur uerum non fuisse
coniugium. quia non fuerunt legittime
persone. sed tamen de crimine excusantur per ignoran
ciam. et quod coniugium reputatur. quia bona fide.
et per manum ecclesie conuenerunt. unde legittimi fu
erunt eorum filii. alii uero dicunt fuisse coniugi
um. licet non esset legittimum. quia talium
coniunctiones uocant canones coniugia.
sepe. ii de personis agunt. quorum testimonio
consanguineorum sit diffinienda coniunctio. unde
Urbanus papa. Si duo uiri uel tres consanguinita
tem iure iurando confirmauerint uel ipsi for
te confessi fuerint. coniugia dissoluantur.
Si uero neutrum contigerit episcopi eos per fidem
christi obtestentur. quatenus palam fateantur
si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio
episcoporum segregauerint. alia matrimonia contrahere
non prohibeantur. Item notificamus tibi ut
cum tres uel duo ex propinquioribus eius qui
accusatur hanc propinquitatem iuramento
firmauerint. et si tres uel duo ex antiquioribus
genulensibus. quibus hec propinquitas nota sit.
qui bone fame et ueracis testimonii sint. re
moto timore. amore. precio et omni malo stu
dio postposito modo firmauerint. sine mora coniugi
a dissoluantur. Consanguineos uero nullus exte
neorum accuset uel consanguinitatem in sino
do computet. set propinqui ad quorum noticiam
hoc pertinet. Si autem progenies tota defecerit. ab an
tiquioribus et ueracioribus quibus propinquitas
tota nota sit. ecclesie canonice requiratur. et si in
uenta fuerit separentur. Ecce quibus accusan
tibus uel testificantibus diffinienda sit consangui
neorum coniunctio. que coniugium uocatur. **Capitulum**

Hic dicendum modis illiciti coitus di
uersis. quod aliud est fornicatio **Capitulum**
aliud stuprum aliud adulterium aliud
incestus. aliud raptus. Fornicatio licet sit
genus omnis illiciti coitus qui fit extra uxorem.
tamen specialiter intelligitur in usu uiduarum uel
meretricum uel concubinarum. Stuprum proprie
uirginum est illicita defloratio. Adulterium
est alieni thori uiolatio. unde adulterium dicitur
quasi ad alterius thorum accessio. Incestus uero est
consanguinearum uel affinium abusus. Unde
incesti. hoc est inceste dicuntur qui consanguineis uel
affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur
cum puella uiolenter a domo patris sui
educitur. ut corrupta in uxorem habeatur.
sine puelle sine parentibus eius uis illata con
stiterit. hoc morte mulctatur. Si si ad ecclesiam di
cum rapta confugerit. priuilegio ecclesie
mortis inpunitatem meretur. Attendendum
autem illud Alexandri qui ait. Hii qui fratris soror
ue uxoris tue cognati dicuntur. equiuo
cationis uice fit et necessitate uulgaris
appellationis pocius quam ulla causa cog
nationis. Uxor fratris. fratrissa pocius
quam cognata uocatur. mariti uero frater
leuir dicitur. Duorum uero fratrum uxo
res ianitrices uocantur. quia eandem ianuam
intrauerint. Uiri soror glos appellatur. soro
ris autem uiri nomen non habet speciale sed
uxoris fratris. **De spirituali cognatione**

De parentelarum graduum famosa
questione aliquatenus licet minus sufficien
ter diximus. iam de spirituali cognatione
addamus. que et personas impedit. ut
non sint legittime ad ineundas nup
tias. Tria quedam sunt. consanguinitas. af
finitas. et spiritualis germanitas. Consanguini
tas est inter eos qui in sanguine sociantur. Affini
tas est inter eos qui genere
quidem non sunt coniuncti. sed mediante
genere sunt sociati. ubi gratia. Uxor fi
lii fratris mei quamuis non est de genere meo. per
ipsum qui est de genere meo michi affinis
fit. et ego illi. Spiritualis proximitas est
inter compatrem et commatrem. et inter eos quorum
unus alterum de sacro fonte leuauit.

in catezizatione vel confirmatione tenuit. Est et inter filios eiusdem hominis carnales et spirituales.

Qui sint spirituales filii

Spirituales filii sunt quos de sacro fonte levamus, vel in catezizatione sive in confirmatione tenemus. Filii et filie spirituales eorum sunt qui trine mersionis vocabulo eos sacro fonte vel baptismate tingunt. Dicitur et spiritualis filia sacerdotis que ei confitetur peccata sua. Unde Simacus papa: Omnes quos in penitentia suscipimus ita nostri spirituales sunt filii, ut et ipsi quos vel nobis suscipientibus vel sub trine mersionis vocabulo in gentibus (?) unda regeneravit baptismi. Silvester et ammonet ut ad suam penitentialem nullus sacerdos accedat, quia scriptum est: omnes quos in penitentia suscipimus ita nostri filii sunt spirituales ut suscepti in baptismo. Quorum omnium flagitiosa est commixtio. Quod autem compater et commater sibi coniungi nequeant, nec pater spiritualis vel mater filie vel filio spirituali, ex concilio Maguntiensi docetur: De eo quod interrogasti, si quis filiolam suam duxerit in uxorem, et de eo qui concubuit cum matre spirituali, et de eo quod filium suum baptizavit et uxor eius eum de fonte suscepit, hac causa ut fieret discidium coniugii, si post in tali copula possint permanere, sic respondendum est: si filiolam vel commatrem suam aliquis duxerit in uxorem, separandos esse iudicamus et gravi penitentia plectendos. Si vero coniuges legitimi unus vel ambo ex industria hoc fecerint ut filium suum de fonte susciperent, si in nuptiis permanere voluerint, bonum est; sin autem, graviori penitentia insidiatori iniungatur et simul maneant. Et si supervixerit innocens coniugi, sub ultrice acrima penitentia multetur et sine spe coniugii maneat.

Ex his apparet quod aliquis filiolam suam vel commatrem non potest sibi copulare nuptialiter, et si presumptum fuerit separandi sunt. Qui vero legitime coniuncti sunt non ideo separandi sunt quod alter eorum insidiose filium de fonte levavit, quod et Nicholaus confirmat dicens: Nosse desideras utrum mulier que filium viri ex alia femina genitum de sacro fonte levavit postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniugi posse decrevimus, quia secundum sacros canones nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem, cum apostolus precipiat: nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu. Item Iohannes: Dictum est nobis quasdam feminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, filios proprios coram episcopo ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum ducimus ut si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuit ad confirmandum, propter fallaciam vel fraudem, cum diu vivat penitentiam agat; a viro tamen suo non separetur. Item Iohannes papa: Ad limina beati Petri homo nomine veniens Stephanus nostro presulatui innotuit quod filium suum in extremo vite positum nec dum baptismi unda lotum, absentia sacerdotum cogente, baptizavit eumque propriis manibus suscepit. Atque huiusmodi negotio reverentia tua prefatum hominem a sua coniuge iudicavit separandum esse, quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura: quos deus coniunxit homo non separet; et dominus non dimittere uxorem nisi fornicationis causa iubet. Et nos tamen auctoritate freti dicimus non esse dimittendum, et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus, sicut necesse fuit, libere conceditur. Unde si supradictus homo filium morientem respiciens, ne animam perpetuo dimitteret,

inda bapti. Laudat ut eum de potestate mor
tis eriperet: bene fecisse laudatur. Soror sue
uxori sibi iamolim legitime copulate ipsi
ne dum uiuent uiduamus manere con
iunctim. nec ob hoc debere separari. huius aliis
que pluribus auctoritatibus edocetur coniuges non esse
separandos. si post legitimam copulam alter
alterius filium de fonte lauacri leuauit
uel in confirmatione tenuit. Que premissis
Hiis autem obuiare uidetur obuiant
quod Deusdedit papa ait. Peruenit ad nos
diaconus Sicardus uestre epistolam deferens quod
quidam uiri et mulieres pro festo sabbato pas
chali pro magno populi incursu nescientes
filios suos de lauacro susceperunt. capitis querentes
scire an post hoc uiri ac mulieres ad proprium usum
thori debeant redire an non. Nos uero hac
re mesti inquisiuimus predicta, et inuenimus
in archiuis in armariis apostolice sedis iam
talia contigisse in pluribus ecclesiis. quarum
ab episcopis ad apostolicam sedem scire uolentibus
utrum uiri an mulieres redirent ad proprium
torum. bone memorie sancti patres Iulius,
Innocentius et Celestinus cum plurimorum
episcoporum consensu i. apostolorum principis ecclesie
prohibentes talia rescripserunt et confirmaue
runt. ut nullo modo se in coniugio reci
perent mulieres ac uiri: quicumque aliqua
ratione susceperunt natos. set seperent se.
ne tale uitium suadente diabolo moles
cat. Item si quis filiastrum uel filiastram
suam ante episcopum tenuit ad confirmati
onem separetur ab uxore sua et aliam numquam
accipiat. Hoc autem uel ad terrorem dicta sunt
non quia ita esset faciendum: set ne illud
fieret summo opere cauendum est. uel de
illis intelligendum est qui prius filios suos
uicissim de fonte susceperunt quam fierent
coniuges. Premissis autem auctoritatibus omnino
consentiendum est. ut si quis proprium. siue tamen

Puteri filium mulier de fonte susceperit
non ideo a uiro separetur. quod et de uiro sibi
oportet intelligi. De copula spiritualium adopta

Quod autem spirituales tiuorum filiorum
filii uel adoptiui naturalibus copulari
nequeant. Nicholaus papa testatur in ues.
Ita diligere debet homo eum qui se sus
cepit de sacro fonte sicut patrem. Ita modo
fieri et filios spirituales. Gratuita est et sancta commu
nio. que dicenda non est consanguinitas.
set habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos
arbitror non posse fieri legale coniugi
um. quod nec inter eos qui adoptione filii
sunt uenerande leges matrimonia contrahi per
mittunt. Item si inter eos non contrahitur
matrimonium quos adoptio iungit. quanto
potius a carnali inter se contubernio oportet
cessare. quos per celeste sacramentum rege
neratio sancti spiritus iungit. Hoc autem quidam
uolunt intelligere de illis tantum filiis qui
compatres facti sunt. de illis uero qui ante
compaternitatem uel post geniti sunt: conce
ditur quod legitime et licite iungi possunt.
quibus uidetur Urbanus secundus consenti
re dicens. Super quibus nos consuluit tua
dilectio hoc uidetur respondendum. ut et bap
tizandus si instante necessitate femina pu
erum in nomine trinitatis baptizauit
et spiritualium parentum filii uel filie. ante
uel post compaternitatem geniti possunt
legitime coniungi. preter illam personam
qua compatres sunt effecti. Pascalis uero solos
post compaternitatem genitos prohibet co
pulari. Scribens regino episcopo post sus
ceptum filium de fonte uel filiam spi
ritualem qui ex compatre uel ex com
matre nati fuerint matrimonio coniun
gi non possunt. Illud etiam est notandum
quod in Tribensi concilio legitur. si quis sue
spiritualis commatris filiam fortuito in

contingente rex casu in coniugio dixit.
concilio maturiore servato habet eam atque
legittimo connubio operam det honeste.

Solet autem queri **si quis possit duas commatres**
sibi commatrem uxoris post eius **obitum uxorem ducere unam**
obitum quis ducere valeat. de hoc **Paschalis**
quorum scribit Nicholaus papa. scitatur a nobis
sanctitas vestra si quis duas commatres habere
valeat unam post aliam. in quo meminisse
debet scriptum esse erunt duo in carne
una. Cum igitur constet quod vir et mulier
una caro efficiuntur: restat utrum commatrem
cognatam mulieris cui assumpta
uxor commater erat et non utrum illi femine
non posse coniungi quam commater eius cuique
idem fuerat una caro effectus. **contrarium**
Hoc autem videtur predictorum.
Illud contrarium qui spiritualem compatrem
habet cuius filium de lavacro suscepit
et eius uxor commater non est. licet
ei defuncto compatre suo eius viduam
in uxorem ducere quos nulla generatio
spiritualis secernit. Item ex epistola Paschalis papa.
post uxoris obitum cum commatre uxoris coniugio
copulari nulla ratio vel auctoritas
videtur prohibere. non enim per carnis unionem
ad unionem spiritualem pervenitur. Sciendum
quod auctoritas Nicholai de illo agit qui uxori
sue debitum reddidit postquam commater illi
extitit. alie vero auctoritates de illo agunt cuius
uxor postquam a viro suo delinquitur illi
commater efficitur. non post compaternitatem
a viro suo cognoscitur. vel de illo potius agitur
cuius uxor ante defungitur quam ab eo
cognoscatur. **Si vir et uxor simul possint**

Solet autem queri **tenere puerum.**
si uxor cum viro simul debeat in baptismo
suscipere puerum. de hoc Vitalianus papa. Secundum
canones invenitur scriptum quod uxor in baptismo cum marito
simul non debeat puerum suscipere

nulla autem reperitur prohibitum sed ut puritas
spiritualis paternitatis ab omni labe infamia
conservetur in muniis. decernimus
utrumque simul ad hoc aspirare non presumant.
quia vero piaculare flagitium commisit qui
duabus commatribus velud sororibus nupsit.
penitencia magna debet ei iniungi. **De**

Sciendum est **secundis et tertiis nuptiis et de**
quod non solum prime vel **incepte**
sed nuptie sint licite. sed et secunde et tertie non sunt
dampnande. Unde Augustinus. Secundas nuptias omnino
licitas concedit apostolus. de tertiis autem et quartis
et de ultra pluribus nuptiis solent homines
questionem movere. sed quis audeat diffinire
quod non apostolum video diffinisse ait et si
dormierit vir eius cui vult nubat non dicit
primus secundus vel tertius vel quartuslibet. nec nobis
diffiniendum est quod non diffinit apostolus. unde
ut breviter respondeam non ullas nuptias
dampnare debeo. nec eis verecundiam numerositatis
auferre. nec contra humane verecundie
sensum audeo dicere ut quotiens
voluerint nubant. nec ex meo corde preter scripture
auctoritatem quaslibet nuptias dampnare.
Idem testatur Jeronimus. Ego nunc libera voce
exclamo non dampnare in ecclesia bigamiam vel
trigamiam et sic licet quinto vel sexto. quemadmodum
dum secundo marito nubere apostolus tamen bigamos
a sacerdotali honore excludit. sed hoc non facit
pro vicio bigamie. immo pro sacramentali virtute
ut sit una unius. sicut unica unici. Jud.
tamen cesariensis concilii videtur innuere bigamiam
esse peccatum. Presbiterum in quibus
in nuptiis bigami prandere non convenit quia
cum penitencia bigamus indigeat quis erit
presbiter qui talibus nuptiis possit prebere
consensum. sed hoc de illo potest intelligi qui prime
uxori insidiatus putatur desiderio secunde vel
pro signaculo sacramenti illud dicitur quod non servatur
tur in bigamo. Ambrosius et dicit quod prime

nuptie tamen a deo sunt institute. secunde vero sunt
promisse et prime nuptie sub benedictione dei
celebrantur communiter. secunde vero et in presenti gloria
carent. **de resurrectione et iudicii conditio**

C. LIIII

Postremo de resurrectionis **ne**
condicione et modo resurgentium. nec
non et de iudicii die et misericordie qualita
te. breviter disserendum est. omnibus quibus
que de hac re moveri possunt sciens satisface
non valeo. Resurrecturam tamen carnem omnium
quicumque nati sunt atque nascentur et mortui
sunt atque morientur nullatenus ambigere
debet christianus. ait propheta ysaias. Resurgent mor
tui et resurgent qui erant in sepulcris. et apostolus.
Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non
contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. scilicet resurrecti
onis. hoc enim vobis dicimus in verbo domini quia nos qui vi
vimus. qui residui sumus in adventum domini non preveniemus eos qui
dormierunt quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba
dei descendet de celo et mortui qui in christo sunt resurgent primi. deinde
nos qui vivimus qui relinquimur in corporibus corruptibilibus
simul cum illis rapiemur cum illis in nubibus ob
viam christo in aera et sic semper cum domino erimus
huius verbis et veritas resurrectionis et causa atque
ordo resurgentium planissime demonstratur.

Causa enim **de voce tube**
resurrectionis mortuorum erit vox tube
que in adventu iudicis ab omnibus audie
tur. et eius virtute excitabuntur mortui et de
monumentis resurgent. unde propheta. dabit
voci sue vocem virtutis. id est effectum resusci
tandi mortuos. et iohannes evangelista ait. ve
nit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient vocem filii dei et procedent qui
bona fecerunt in resurrectionem vite. qui vero mala in resurrectio
nem iudicii. Si vero queritur que vel qualis erit vox
illa. apostolus dicit. quia erit archangeli. id est ipsius
christi qui princeps est archangelorum. vel vox erit vnius
vel plurimum angelorum. eademque dicitur tuba. que
erit manifesta et novissima. quia non erit

post eam alia. hec tuba ut ait augustinus
est clamor de quo dicitur in evangelio.
Media nocte clamor factus est. ecce
sponsus venit. exite obviam ei. tube nomine ad
evidens et preclarum signum intelligitur.
quod vox archangeli et tuba dei ab apostolo dicitur.
et in evangelio vox filii dei et clamor ap
pellatur. quam mortui audient et resurgent.

Media autem nocte **quod media nocte venturus**
dicitur venturus **christus iudex.**
ut ait augustinus non pro hora temporis. sed
quia tunc veniet cum non speratur.
Media enim nocte singebam cum valde ob
scurum sunt. id est occultum veniet. Dies enim
domini sicut fur in nocte ita veniet. potest
tamen non incongrue intelligi medie noc
tis tempore venturus. quia ut ait cassiodorus.
hoc tempore primogenita egypti percussa
sunt. quando et sponsus venturus est. pluribus
enim locis contestantur auctores quod adventus christi
dicitur dies domini. non pro qualitate
temporis. sed rerum. quia tunc cogita
tiones et consilia singulorum patebunt.
vnde in daniele. vetustus dierum sedit. et
libri aperti sunt coram illo. libri sunt conscientie
singulorum que tunc aperientur aliis. et tunc
implebitur. nichil occultum quod non reve
letur. adveniente enim summo iudice non
solum tenebre aeris illuminabuntur.
sed et abscondita cordium manifestabun
tur. virtute quadam divina fiet ut cuique opera
sua bona vel mala revocentur cuncta in
memoriam et mentis intuitu mira ce
leritate cernantur. ut accuset vel excuset
hominem conscientia. et atque teste salvetur
vel dampnetur homo. **de memoria elec**

Hic queritur **torum si tunc** [illegible] **ma**
lorum electis **tenear**
assit memoria malorum precedentium sicut
bonorum. quedam auctoritates videntur trade

bonos non habituros tunc memoriam
malorum precedentium, id est peccatorum, vel tor-
mentorum, ait per ysaiam: Ego creo celos no-
vos et terram novam, et non erunt in memo-
ria priora, et non ascendent super cor, sed gau-
debitis in eternum. Iam oblivioni tradite
sunt angustie priores et abscondite ab ocu-
lis nostris. Quod de futuro exponens Ieronimus ait: Obli-
vioni tradentur priora mala, quia forsitan in
futuro pristine conversationis memoria
omnino delebitur, succedentibus bonis et-
iam, ne sit pristinorum malorum prioris angustie memo-
ratio. Sed hec et huiusmodi similia possunt accipi sic,
ut non excludant memoriam precedentium
malorum, sed ut ea lesionem et molestiam
non moveant. Non enim eorum memoria sanctos
contristabit vel eorum beatitudinem obs-
curabit, sed gratiores reddet deo. Unde super psalmum
lxxxviii ait Augustinus: Quomodo in eternum mise-
ricordias cantabit qui miserie non memi-
nit? Quoniam autem plena beatitudo erit
si memoria reatus mentem tangit? Sed
sepe leti tristium meminimus et sani
dolorum meminimus sine dolore, et inde am-
plius leti et grati deo sumus. Ex his appa-
ret quod si priorum malorum memoriam sancti ha-
bebunt in futuro, tamen non erit eis ad pe-
nam vel glorie derogationem, sed ad gra-
tiarum actionem. Solet vero queri utrum peccata
que fecerunt electi tunc prodeant in noti-
ciam omnium, sicut mala dampnandorum
omnibus erunt nota. Non legimus hoc expressum
in scriptura, unde non irrationabiliter
putari potest peccata hic per penitentiam
tecta et deleta, alibi et tegi, aliis alia vero
cunctis propalari. De hiis qui vivi repe-

Queri solet utrum rientur.

Illi quos vivos inveniet Christus numquam
omnino mortui sint, an ipso temporis
puncto quo rapientur Christo obviam in
aera ad immortalitatem mira celeritate
sint transituri. Non enim dicendum est fieri non
posse ut per aera in sublime portentur et in
illo spacio et moriantur et reviviscant.
Ad hunc autem sensum quo existimemus
illos in parvo spacio et passuros mortem et ac-
cepturos immortalitatem apostolus nos urgere
videtur ubi dicit: In Christo omnes vivificabuntur,
et alibi: Quod seminas non vivificatur nisi prius
moriatur. Cur autem nobis incredibile vide-
atur illam multitudinem corporum in aere
quodammodo seminari atque ibi protinus immor-
taliter et incorruptibiliter reviviscere,
cum credamus in ictu oculi futuram re-
surrectionem et in membra sine fine victura
tanta velocitate rediturum antiquis-
simorum cadaverum pulverem? Sed vellem
potius doctiores de hiis audire. Sic igitur sancti qui
reperientur Christo veniente viventes eique
rapientur obviam, crediderimus in eodem
raptu de mortalibus corporibus exituros
et ad eadem mox immortalia redituros,
nullas in verbis apostoli patiemur angusti-
as, generaliter accipientes illud quod dic-
tum est: Omnes quidem resurgemus, scilicet tam
boni quam mali, sed non omnes immutabimur,
scilicet in solempnitatem resurrectionis. De hoc
et Ambrosius ait: In ipso raptu eorum qui vivi
reperientur mors erit et resurrectio, ut anima
quasi per soporem egressa de corpore eidem
in momento reddatur. E contra vero Ieronimus scri-
bens ad Marcellam testari videtur dicens
quosdam in fine seculi adveniente Christo
non esse morituros, sed in vivos raptos in immor-
talitatem mutandos repente. Horum autem quis
verius dixerit, non est iudicii humani diffinire.

Huius autem adiciendum quomodo intelligitur Christus
est dupliciter intelligi quod Christus iudex vivorum
dicitur iudicaturus vivos et mortuos et mortui-
os. Aut per vivi accipiuntur qui in ad orum.

nientur etas uiuis reperientur. Sed in capitulo mo
nentur et mortui. Quod autem dissenserant: uel in
uiuis et mortuis accipiuntur iusti et iniusti. Quod
omnes incorrupti resurgent.

Quamque ex predictis omnes incorrupti resur
gent, sane credi ualeat.

Omnes resurrecturos credendum est, et omnes
resurgent incorrupti, non utique impassibiles.
Reprobi enim mortem patientur eternam;
sed sine diminutione membrorum omnia humani
corporis membra habebunt, non tamen gloria ac spe in
passibilitatis induentur. De etate et statura
resurgentium.

D. XLIIII

Solent autem nonnulli sci
scitari et querere an in eadem
etate et statura corporis omnes resurrecturi
sint. Quidam putauerunt omnes resur
recturos secundum mensuram etatis et stature
Christi. Ideo quia apostolus ait: donec occurramus omnes
in uirum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Sed hiis scilicet nobis
non omnibus resurgentibus eandem assig
nat staturam, sed etatem. Omnes enim in eadem etate
resurgent in qua Christus mortuus est et resurrexit, cuius
cumque etatis mortui fuerint. Virum autem posuit non
ut distingueret sexum, sed ut significaret perfec
tionem uirium quam tunc habebunt. Sed non omnes
staturam eandem corporis optinebunt. Unde
Augustinus: Non ait in mensuram corporis apostolus uel
stature, sed etatis, quia unusquisque suam reci
piet mensuram corporis, uel quam habuit in iuuen
tute etsi senex obiit, uel quam fuerat habiturus, si ante
est defunctus. Etas uero illa erit ad quam peruenit
Christus, scilicet iuuentutis, ut circa .xxx. annos, id est triginta et
duorum annorum et trium mensium erat etas Christi
in qua mortuus est et resurrexit. Non est autem
fas dicere quod in resurrectione accedit corpori
magnitudo quam non habuit hic, si erat habiturus
diu uiuendo; nec minora corpora redigen
da sunt ad modum dominici corporis. Perit
quippe nichil de illis corporibus, cum non periturus
sit capillus, ut ait dominus: capillus de
capite uestro non peribit. Quod resurget quicquid de sua

Non perit deo terrena materies corporis et in eadem
terrena materies de qua mortalium pereunte corpore
illorum creatur caro; sed in quemlibet cine
rem pulueremue soluatur, in quaslibet alias
auras que diffugiat, in quamcumque corporum
aliorum substanciam uel in ipsa elementa
uertatur, in quorumcumque animalium uel ho
minum cibum cadat carnemque mutetur, illi a
nime puncto temporis redibit que illam
primitus ut homo fieret, cresceret, uiue
ret, animauit. Ipsa ergo terrena materies
que discedente anima fit cadauer, non
ita resurrectione reparabitur ut ea que dilabun
tur et in alias atque alias species rerum
uertuntur, quamuis ad corpus redeant
unde delapsa fuerunt, ad easdem quoque partes
corporis ubi fuerunt redire necesse sit. A
lioquin si capillis redit quod tam crebra
tonsura detraxit, si unguibus
quod totiens dempsit exsectio, inmoderata
et indecens cogitantibus resurrectionem
carnis et ideo non credentibus occurrit in
firmitas. Sed quemadmodum si statua
cuiuslibet solubilis metalli igne liquesce
ret uel contereretur in puluerem uel con
funderetur in massam, et eam uellet arti
fex rursum ex illius materie quantita
te reparare, nichil interesset ad eius integritatem
que particula materie cui membro statue
redderetur, dum tamen totum ex quo consti
tuta fuerat restituta resumeret; ita deus
mirabiliter atque ineffabiliter artifex
de toto quo caro nostra constiterat, eam
mirabili celeritate restituet. Nec aliquid ad
det ad eius redintegrationem utrum
capilli ad capillos redeant et ungues
ad ungues, an quicquid eorum perierat in
carnem mutetur et in partes alias corporis
reuocetur, curante artificis prouidentia
ne quid indecens fiat. Indecorum quippe

Hec aliquando non erit. sed quicquid futurum est.
hoc decebit quia nec futurum est si non de
cebit. Quod sancti sine omni deformitate corpo

Hoc autem in corporibus ris resurgent

sanctorum intelligendum est de quibus
consequenter adiungit. Resurgent quoque
corpora sanctorum sine ullo vitio. sine ulla defor
mitate. sicut sine ulla corruptione. honere.
difficultate. in quibus tanta facilitas quan
ta felicitas erit. Propter quod et spiritualia dicta
sunt. cum procul dubio corpora sint futura
et non spiritus. Ex hiis apparet quod una erit etas
omnium resurgentium. scilicet iuvenilis. statura
non diversa. scilicet quam quisque habuit in iuvenili
etate. vel erat habiturus. Si est autem defun
ctus non de suo de qua hominis caro creatur
aliquid peribit. sed omnium particularum
eius dispersarum collectione redintegrabitur na
turalis substantia corporis. Sanctorum quoque cor
pora sine omni vitio fulgida sicut sol resur
gent. precisis cunctis deformitatibus
quas hic habuerunt. Si mali tunc habebunt

De reprobis autem deformitates quas
queri solet an cum hic habuerunt
deformitatibus hic habitis resurgent. Ad quod
Augustinus non asserit. sed dubium relinquens
ait. Quicumque ab illa perditionis massa
que per adam facta est. non liberantur per christum.
resurgent quidem et ipsi unusquisque cum
sua carne. sed ut cum diabolo et eius an
gelis puniantur. Utrum vero ipsi cum viti
is et deformitatibus corporum suorum resurgant.
quecumque in eis gestaverunt. in requirendo
laborare quid opus est. Non enim fatigare
nos debet incerta eorum habitudo vel pulchri
tudo. quorum erit certa dampnatio et sempi
terna. Ecce non diffinit Augustinus an tunc
habeant deformitates quas habuerunt
reproborum corpora. Quod non consumentur corpora que

S uo queritur tunc ardebunt.

de corporibus malorum quomodo in igne ardeant et non
consumantur. Augustinus variis exemplis astruit.
et sempiternis ignibus ea ardere et non consu
mi illa combustione. sicut anima cuius presen
cia vivit corpus. et dolorem pati potest et mo
ri non potest. Hoc enim erit tunc et in corpo
ribus dampnatorum quod nunc esse scimus in
animis omnium. Si demones corporali ig
ne et cetera an ne cremantur.

Si demones corporali igne ardeant. ad
quod Augustinus respondens ait. Cur non dicimus
quamvis miris sed veris tamen modis et spiritus incorpo
reos posse pena corporalis ignis affligi. si
spiritus hominum et ipsi incorporei et nunc po
tuerunt includi corporalibus membris et tunc
poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter
alligari. Gehenna illa que stagnum ignis et
sulfuris dicta est. corporeus ignis erit et crucia
bit dampnatorum corpora hominum vel de
monum. sed solida hominum. aerea demonum.
Unus enim utrisque ignis erit ut veritas ait.
De quo igne si queritur qualis et ubi sit. Augustinus sic
respondet. Ignis eternus cuiusmodi sit et in qua
mundi parte vel rerum futurus sit. hominis
scire arbitror neminem nisi forte cui divinus
spiritus ostendit. Si anime sine corporibus sentiant ignem corporalem

Cum autem constet animas materiali
igne in corporibus cruciandas. queri solet
an etiam ante resumptionem corporum anime
defunctorum reproborum materiali igne crementur.
De hoc Julianus toletane ecclesie episcopus Gregorii dicta
secutus ita scripsit. Si viventis hominis spiritus
incorporeus tenetur in corpore cur non post mortem
et corporeo igne teneatur. Teneri autem per ig
nem spiritum dicimus ut in tormento ignis sit
videndo atque sentiendo. quod autem non solum vi
dendo sed et experiendo anima ignis tormen
ta patiatur. Ex evangelio legitur. Non veritatis
voce dives mortuus dicitur in inferno sepul
tus. Cuius anima quod in igne teneatur ostendit cum

quidam dicunt quod in corde terre sicut Jonas fuerit ... in corde terre ...

habrahām depcetur dicens · mitte lazarū
ut t · e · di · t · cū · Dum g° peccatorem divitem
dampnatum in ignibȝ intās phibeat quis
sapiens re̅pꝛoꝝ animas teni ignibȝ neget?
Precipue cum humanam animam corporis
similitudinem hr̄e doceat aug. in .i. inquisi.
Perfici animam posse hr̄e similitudinē cor
poris et corporalium omnino mēbroꝝ quisquis
tenuit: potest negare animam ee̅ q̄ i sompnis
se uidet · ut ambulare · ut sedere · ut huc atq;
illuc gressu l' & uolatu ferri · q̄d sine quadam si
militudine corporis non fit. proinde si hanc si
militudinem & apud inferos gerit · non corpora
lem · sȝ corpori similem · ita & in locis uidetur
ee̅ non corporalibȝ · sȝ corporalium similibȝ ·
siue in requie siue in doloribȝ. In cassiam & uolu
minibus legit̄ q' non sit ociose · nȝ cū uō sen
ciant · cum dives ille in inferno se flamma
cruciari clamet · unde probatur animas defunc
toꝝ non solum suis sensibȝ non priuari · sȝ nec
istis affectibȝ · s · spe · & tristicia · gaudio ac me
tu carere · et ex hiis q̄s in illo generali examine
reservantur · quiddam eas iam incipere pre
gustare. de abortiuis & monstris.

Illud & investigare oportet si abortiui fet[us]
& monstra resurgant · et qualia · de quo in .xx. aug.
ait · occurrit de abortiuis fetibȝ q̄d · qui iam
nati sunt in uteris matrum · sȝ non ita ut iā
possint renasci · Si resurrecturos eos dicim[us]
de hiis qui iam formati sunt tolerari potest
ut cumq; q' dicit̄. Informes uō quis nō pro
cliuius perire arbitret̄ · sicut semina que nō
fuerint concepta · Scrupulose quidem int[er]
doctores queri ac disputari potest q̄n incipit
in utero homo uiuere an sit quedam occul
ta uita que non dum motibus uiuentibȝ
appareat · Negare nāq; uixisse puerperia q̄
ideo membratim execantur et eiciunt̄
ex uteris pregnantium · ne matres & si mor
tua i relinquitur occidant · impudentia nimia

uidet̄. Ex quo autem incipit homo
uiuere · ex illo utiq; iam mori potest · mor
tuus uō ubicumq; illi mors potuit evenire
quomodo ad resurrectionem non ptineat ·
reperire nequeo · nȝ p' monstra que nascū
tur et uiuunt q̄ uis cito moriant̄. aut
resurrectura negabuntur · aut ita resur
tura credenda sunt · sȝ potius correcta emē
dataq; natura · absit p' ut illum bimē
brem quem nup natum in oriente
fere dilectissimi qui eum uiderunt re
tulerunt · et scs̄ ieȝ · scriptum reliquid · ū
unum hominem duplicem ac non po
cius duos q' futurum erat si gemini
nascerentur resurrecturos estimemus
Ista et cetera que nimia deformitate mō
stra dicunt̄ · ad humane nature figu
ram resurrectione reuocabimt̄. de diuersis

Preterea sciendum: animarum receptacu
lis q' omnes anime ut ait lis post mortē
aug. cum de hoc seculo exierint diuersas
habent receptiones · bone habent gaudium
male tormentum · sȝ cum facta fuit
resurrectio et bonoꝝ gaudium ampli
ceit & maloꝝ tormenta grauioꝛa q̄ndo
cum corpe torquebuntur · Ex hiis os
tenditur q' maius erit gaudiū scoꝝ
in resurrectione q̄ post q̄m fuit ante · et q̄d
diuersa receptacula hebūt aīe scōꝝ.
de quibȝ idem aug. ait · tempus q' inter ho
minis mortem et ultimam resurrectionē
interpositum est · animas abditis recep
taculis continet · sicut unaq; digna est · l'
requie l' erumpna p eo q' sortita est
in carne dum uiuer. de suffragiis de

Neq; negandum est functoꝝ.
Nam ait aug. defunctoꝝ animas pie
tate suoꝝ uiuencium releuari cum p
illis sacrificium mediatoris offertur: l' ele
mosine fiunt in ecc̄a · sȝ hiis prosunt qui

D.XLV

Vita — ibi ēē i n̄ habere mortē / ibi nosse i n̄ habere errorē / ibi diligere i n̄ habere offensionē / vita · iuuentus · sanitas · lux · c[l]aritas · dicitas / & saluator · gaudia · pax · & amor — quia in eternum docet deus · vita in[...]

Mala — mala dissensores · ... · fumo / esuries · sitis · & timor · fetor · pudor · algor · / ira · cum tenebre · vermes · tigna cum [...] — Gehenna malorum

cum viverent hoc sibi ut postea possent prodesse meruerunt.

Quibus prosint orationes et elemosine et sacrificium et quomodo.

Est enim quidam vivendi modus nec tam bonus ut non requirat ista post mortem; est vero talis in bono ut ista non requirat; et est rursus talis in malo ut nec his valeat, cum hec vita transierit, adiuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur quo possit post hanc vitam quispiam gravari vel relevari. Nemo autem speret quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri. Non igitur ista que pro defunctis commendandis frequentat ecclesia illi apostolice sunt adversa sententie qua dictum est: Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea que per corpus gessit, sive bona sive mala, quia hoc etiam meritum sibi quisque cum in corpore viveret comparavit, ut ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt; et quare non nisi propter differentiam vite quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque elemosinarum pro baptizatis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt; pro non valde malis propitiationes sunt; sed pro valde malis, etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus vero prosunt, vel ad hoc prosunt ut sit plena remissio, vel certe ut tolerabilior sit ipsa damnatio. Orationibus quoque sancte ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis que pro eorum spiritibus offeruntur non est dubium mortuos adiuvari, ut cum eis misericordius agatur a Deo quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum tota servatur ecclesia, ut pro eis qui in communione corporis et sanguinis defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium suo loco commemorantur, oretur ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Non est igitur ambigendum ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerunt ante mortem ut possint hec utilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem eiusdemque sacramentis de corpore exierunt, frustra illis a suis huiuscemodi pietatis officia impenduntur, cuius dum hic essent pignore caruerunt, non misericordiam Dei thesaurizantes sed iram. Non ergo mortuis nova merita comparantur cum pro eis aliquid boni operantur sui, sed eorum meritis precedentibus ista consequentia redduntur. Nam istam quisque finiens vitam nisi quod in ea meruerit non poterit post eam habere. Ecce ex quibus et qualibus prosint illa que pro defunctis frequentat ecclesia: mediocriter malis suffragantur ad pene mitigationem, mediocriter bonis ad plene absolutionem, qui non habent tante perfectionis merita ut non indigeant iuvari per pauperes, quorum est regnum celorum, quos sibi fecerunt amicos de mammona iniquitatis, quorum est tanta perfectio ut his adiutoriis non indigeant, quales sunt apostoli et martires. Unde ait Augustinus: Iniuria est orare pro martire in ecclesia, cuius nos debemus orationibus commendari; pro aliis autem defunctis oratur.

De officiis sepulture.

De pompis vero exequiarum idem Augustinus ita dicit: Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulture vivorum sunt qualiacumque solatia, non adiutoria mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis vel nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diviti exhibuit turba famulorum; sed multo clariores in conspectu Domini ulceroso illi pauperi Lazaro ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum sed in Abrahe gremium. Sit tamen cura sepeliendi mortuos et sepulcra construendi, quia hec in scripturis sanctis inter opera bona deputata sunt; non solum in corporibus patriarcharum aliorumque sanctorum, sed et in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt laudati sunt. Impleant ergo hec homines

quasi suos officia postremi muneris et sui humani
lenimenta meroris. Verum tamen illa que adiu
uant spiritus defunctorum scilicet oblaciones orationes
multo obseruantius peragenda sunt. **De duobus eque**
Solet moueri quod bonis qualitatis plura adiu
Si de duobus uno diuite alio **paupere post mortem habe**
alio paupere pari tamen mediocriter bonis qui pro dic
tis suffragiis indigent et meruerunt pariter
post mortem adiuuari. pro alio uero id est pro di
uite speciales et communes fiunt oraciones multe
que elemosinarum largiciones. pro paupere uero
non fiunt nisi orationes communes. Queritur ergo an
tantum iuuetur pauper paucioribus subsidiis quantum
diues amplioribus. Si non pariter iuuatur. ei
redditur secundum merita. qui meruit ergo pariter iu
uari que pariter boni extiterunt. Si uero tantum suf
fragium consequitur quantum diues: quid con
tulerunt illa diuiti specialiter facta pro eo?
Sane dici potest non ei plus ualuisse gene
ralia et specialia: quam pauperi sola generalia
suffragia. et tamen profuerunt diuiti specialia. non
quidem ad aliud uel maius aliquid. sed ad idem
ad quod generalia. ut ex pluribus et diuersis cau
sis unum pariter emolumentum. potest
tamen aliter dici illa plura subsidia contulisse
diuiti celeriorem absolucionem. non pleni
orem. **de suffragiis iuuabuntur mediocriter boni**
Sed iam queritur de aliquibus qui tantum sapientur
in mediocriter bono quod talibus indigens
suffragiis in ipso consummationis seculi articulo:
cum reliqui in generali sabbati fuit. pro eo non
offeretur ulterius sacrificium uel elemosi
na. uel oracio. non debeat tante perfectionis iniri:
que suffragiis non egerent istis. Nunquid ergo sal
uabitur. Estimo eum quem per ignem transeun
tem saluari cmitis et intercessionibus celestis
ecclesie. que pro fidelibus semper intercedit uoto et me
rito. donec impleatur. **Quomodo glorificati audiunt**
Sed forte queris si preces supplicancium qui
nunquam precibus **intercedunt pro nobis ad deum.**
supplicancium audiunt et uota presulantium
in eorum noticiam perueniunt. Non est hoc in
credibile animas sanctorum que abscondito fa
ciei dei ueri luminis illustracione letantur
in ipsius contemplacione ea que foris aguntur
intelligere quantum uel illis ad gaudium uel
nobis ad auxilium pertinet. Sicut enim angeli
ita et sancti qui deo assistunt peticiones nostre in
notescunt in uerbo dei quem contemplantur.
Unde et dicuntur angeli orationes et uota nostra
offerre deo. non quia eum doceant sed quia
eius uoluntatem super eis consulunt. Unde
augustinus. Angeli qui sunt ante deum peti
ciones nostre innotescunt. et quodammodo eas
offerunt deo. et de hiis consulunt. et quod deo
iubente implendum esse cognouerunt
hoc nobis uel euidenter uel latenter reportent.
Unde et angelus hominibus ait. Cum orares
orationem tuam optuli deo. Ad omnia
quidem scienda sufficit deo sua perfectio.
habet tamen ministros id est angelos non quod ei que nesciat
annuncient. Non enim sunt que nesciat deus.
sed bonum eorum est de operibus suis eius con
sulere uoluntatem et ueritatem. et hoc est
quod ei nunciare non nulla dicuntur. non
ut ipse discat ab eis. sed ut ab eo ipsi per u
erbum eius sine corporali sono. Nunciant
uel quod uoluerit ab eo missi ad quos uoluerit
totum ab illo per illud uerbum eius audientes
id est in eius ueritate inuenientes quid sibi
sit faciendum et quid quibus et quando
nunciandum sit. Nam et nos orantes
eum non eum docemus quia nouit utique
ante uerbum eius. scit pater uester celestis quid
uobis necesse sit priusquam petatis ab eo.
nec ista ex tempore cognouit. sed fu
tura omnia temporalia atque in eis et
quid et quando ab illo petituri fueramus
et quos et de quibus rebus uel exauditurus esset
uel non exauditurus sine inicio ante presciuit.

non ergo dicuntur angeli orationes nostras offerre deo quasi deus tunc noverit quid velimus et quo indigeamus qui omnia novit antequam fiant sciens tam futura quam facta sunt nobis; sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad eternam veritatem referre, sive petendo quid erga se fiat, sive consulendo quid faciat. Quod dictum est de angelis accipitur sanctorum animabus.

Sciunt autem angeli a deo per visum eius et quid de eis implendum sit vel non. Et non credimus et sanctorum animas dei faciem contemplantium in eius veritate intelligere preces hominum et que implende sunt vel non. Inde est quod dicitur deus exaudire preces quorundam non solum quantum ad effectum manifestum sed quantum innotescit curie angelorum et sanctorum animarum quid in futurum sit vel non et que cognoscant in dei voluntate esse volunt et ipsi. Adeo enim voluntati addicti sunt superne ut nichil preter voluntatem querant velle. Intercedunt ergo sancti ad deum et merito dum eorum merita suffragantur nobis et affectu dum vota nostra cupiunt adimpleri. Quod tamen non faciunt nisi in voluntate dei implenda didicerint. Orant ergo ut intercedant pro nobis, id est ut merita eorum suffragentur nobis et ut ipsi velint bonum nostrum quia eis volentibus deus vult et ita fiet. Ex predictis constat quod cum quibusdam misericordius agit deus quam aliis pro eorum meritis, quod mediocriter mali qui suffragiis ecclesie iuvantur. Si valde mali dicuntur mitius puniri.

D XLVI

[illegible]

Sunt et quidam hic de valde malis. Ratio pene. mali interim ipsi mali quam penarum mitigatione dei misericordiam sentiant ut minus quam meruerint puniantur. Quidam autem putant eos nullam relevationem pene habituros. Qui affirmant autem in nobis dicentis: Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Augustinus tamen videtur dicere: Iudicium in futuro. Idem distinguens quomodo universe vie sint domini misericordia et veritas ait: Sed scio omnes vie domini misericordia omnes veritas, quia et in iudicando subvenit, et ita non deest misericordia, et in miserando id exhibet quod promisit ne desit veritas. Sed omnes et quos liberat et dampnat omnes vie sunt misericordia et veritas, quia ubi non miseretur dat intelligi quod a deo fit ubi ipse non miseretur. Sed occurrit huic quod Cassiodorus ait super psalmum quinquagesimum loquens de misericordia et pietate dei: Hee due inquid res in iudicio dei semper adiuncte sunt, ergo et in punitione malorum non est iusticia sine misericordia. Idem de misericordia et iudicio dei ait: Hec duo societate mutua sibi iunguntur. In hiis breviter omnia opera dei includit. Augustinus quoque respondens illis qui temporum supplicia finem habitura contendunt, et illorum repellit opinionem asserens tempus perpetuo dampnandos ut eorum supplicia aliquatenus mitigari non negas fuisse inquid non nichil dampnandorum penam eternam et certis in intermissione perpetuos humano misereantur affectu atque in futurum esse non credunt, non quidem scripturis adversando divinis sed pro suo motu dura queque molliendo et in leniorem flectendo sententiam qui putant in eis terribilius dicta esse quam verius. Non enim inquiunt obliviscetur misereri deus. Hoc quidem in psalmo legitur sed de hiis intelligitur qui sunt vasa misericordie quia et ipsi non pro meritis suis sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes pertinere estimant non est ideo necesse ut dampnationem opinentur finiri posse eorum

de quibus dictum est: Ibunt hii in supplicium eternum; ne hoc modo putetur habitura finem felicitas illorum de quibus e contrario dictum est: Iusti autem in vitam eternam. Sed penas dampnatorum certis temporibus existimant, si hoc placet eis, aliquatenus mitigari. Et sic quippe potest intelligi ira dei manere in illis, id est ipsa dampnatio (hec enim vocatur ira dei, non divini animi perturbatio), ut in ira sua, id est manente ira sua, non contineat miserationes suas, non eterno supplicio finem dando, sed levamen adhibendo vel interponendo cruciatibus; quia nec psalmista ait: ad finiendam iram suam, vel post iram suam, sed in ira sua. Que sola si esset alienari a regno dei, carere magna multitudine dulcedinis dei, tam grandis tamen est ut ei possint nulla tormenta que novimus comparari. Si nulla sit eterna, ista autem sit qualiscumque multis seculis longa, manebit ergo sine fine mors perpetua dampnatorum et omnibus ipsa communis erit; sic manebit quomodo omnium vita sanctorum eterna. Non asserit penas reproborum non esse finiendas, quod non improbat si dicatur eorum supplicio aliquod levamen adhiberi. Unde non incongrue dici potest deum et si iuste id possit, non ideo tamen punire malos in futuro quantum meruit, sed aliquid eis quantumcumque mali sint de pena relaxare. Quod ergo dictum est: Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam, intelligi potest quod dampnationis iudicium fiet illi qui non fecit, id est pro eo quod fuit sine misericordia liberante et salvante. Qui tamen in aliqua pene alleviatione misericordiam dei sentiet. Et cum dicitur misericordia dei hic, iudicium in futuro, non negatur quin in futuro sit misericordie effectus et in electis, qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, et in reprobis, qui minus quam meruerunt cruciabuntur. Sed non sic cum dicitur fieri hic misericordia et iudicium in futuro, quia hic multis modis miseretur deus quibus non miserebitur tunc; vocat enim nunc peccatores et iustificat, quod tunc non faciet; et tunc reddet singulis secundum merita, et manifeste iudicabit qui nunc occulte iudicat. Cuius occultum iudicium intelligitur pena, ut ait Augustinus, qua quisque vel exercetur ad purgationem, vel monetur ad conversionem, vel si contempnit excecatur ad dampnationem. Occultum ergo dei iudicium dicitur pena qua iudicat purgando, convertendo, excecando. Iudicia quoque dei interdum appellantur dispositiones eiusdem de omnibus rebus; unde quod incomprehensibilia sunt opera eius et iudicia eius abyssus multa. Iudicium autem quo in futuro iudicabit intelligitur sententia qua ventilabitur area, id est dividentur localiter boni a malis ministerio angelorum, et illi in vitam ducentur, isti in supplicium eternum mittentur, qui nunc simul mixti sunt.

De iusticia et misericordia dei

Nec quoniam iusticiam dei et pietatem, id est misericordiam, supra diximus diversas res esse dicendum, que semper adiuncte sunt iudicio dei. Iusticia enim dei et misericordia non due res, id est divina essentia, ut supra pluribus auctoritatibus ostensum est, quia non est deo aliud esse misericordem quam misericordiam, et iustum quam iusticiam; sed idem prorsus, nec aliud est esse misericordem quam iustum vel misericordiam quam iusticiam, sed omnino idem, quamvis denominative sed essentialiter idem de deo. Cum ergo scriptura dicit de operibus dei quedam esse misericordie, quedam iusticie, si ergo iusticia dei misericordia est, que sunt opera misericordie esse videntur

iustitiae et cetera. Huic responderi potest sicut illi locu-
tionibus quibus haec operum fiunt distinc-
tiones, ut alia misericordiae, alia iustitiae,
alia bonitati tribuantur, non diversitas es-
sentiae, id est rei, huiusmodi vocabulis significa-
te exprimitur, sed varietas sensuum et
effectuum in creaturis monstratur. Cum
enim dicitur deus est iustus vel iustitia, essen-
tia divina praedicatur, et ex quo ipse distributor
et iudex meritorum sit intelligi datur similiter.
Et cum ipse dicitur misericors, essentia
divina praedicatur, insuper quod ipse miserator
sit liberator intelligi datur. Similiter cum
dicitur deus et insuper auctor ostenditur omnium
bonorum. Item cum dicitur deus divina es-
sentia praedicatur et ipse ostenditur timendus.
Inde ergo quaedam opera misericordiae, quaedam
iustitiae dicuntur, non quin essentia di-
vina sit et illa operetur, et cum sit et illa sint
opera divinae essentiae quae dicitur miseri-
cordia et iustitia, sed quia quaedam sunt
quibus ostenditur iudex et aequus distri-
butor, quaedam quibus ostenditur mise-
rator. Misericors enim dicitur in natura mi-
serator in exaditione et in debitam di-
citur effectus misericordiae in quibusdam
abluit misericordia dei, sed ad effe-
ctum refertur, sed quia ex quibusdam
effectibus intelligitur iudex,
ex quibusdam miserator, vel ut quidam
placet iustus et misericors. Sed secundum
hoc occurrit questio quomodo ex aliis
ostenditur iustus et ex aliis misericors,
cum sit eidem esse iustum et esse mise-
ricordem. Si enim secundum eandem ratio-
nem dicitur iustus et misericors, ex eo
opere quo intelligitur iustus, intelli-
gitur misericors et econverso. Sed dixi supra quod
cum dicitur deus iustus et misericors,
una eadem divina essentia significatur.

Et secundum eam id praedicatur, ut et quedam
diversa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum
miseratorem et iustum iudicem, quod evidenter
ostendit Origenes dicens: omnia quae dei sunt
hoc est: ipse est sapientia eius, ipse fortitudo, ipse
iustitia, sanctitas et ipse prudentia. Sed cum unum
sit substantiae, pro varietate sensuum diver-
sis nominibus vocabitur. Aliud enim significat sa-
pientia, aliud iustitia, quia enim dicitur sapientia
disciplinis te divinarum humanarumque rerum
instruere intelligitur. Quod iustitia distributor
vel iudex meritorum insinuatur. Ita et cum dicitur
prudentia, doctor et demonstrator bonarum et
malarum, tertium vel neutrum intelligitur.

Quod autem quae auctoribus probat quam

Quod autem quaedam opera misericordiae, iustitiae alia,
quaedam iustitiae, quaedam bonitati, alia bonitati
attribuantur. In scriptura sancta attribu-
facile est reperire de misericordia quod
et iustitia manifestum est. De bonitate
vero et misericordia amplius lateat. Sed Augustinus
docet illa opera, ipse ad hominem pertinere quibus
aliquem a miseria liberaverit, ad bonitatem
vero non solum illa, sed ad factionem et gu-
bernationem naturalium. Tamen dicens ad
misericordiam pertinet quod a peccatis mundat
et de miseria liberat. Ad bonitatem vero
quod caelum et terram et omnia creavit ut essent
valde bona. Idem caeli non indigent mi-
sericordia, quia nulla est miseria. In terra ho-
minis habundat miseria et superhabundat
misericordia. Miseria ergo hominis et
misericordia domini plena est terra. Non
enim caeli, qui non indigent misericordia, indigent
tamen regente domino. Omnia enim indigent
domino, et misera et felicia, quia sine illo miser
non sublevatur, felix non regitur. Item alibi
misericordia est, qua misericors bonitas
qua quolibet. In eodem tamen misericordia lar-
ge accipitur ut bonitas.

Post hec considerari oportet quomodo uniuerse uie domini
per quo sensu uniuerse uie dicantur mise-
ricordia et ueritas. Misericordia et ueritas
hec multiplicem respicit expositionem. Vni-
uerse enim uie domini quibus ad nos uenit uel uenturus
gratia est. Secundum psalmum intelligunt duo aduentus.
Primus in quo manifestam misericordiam et multa-
plicem exhibuit nobis. Secundus in quo reddendo
reddendo meritam iusticiam exhibebit. Vniuerse et
uie domini id est quibus ad dominum ascendimus sunt
iusticia qua a malo declinamus et miseri-
cordia qua bonum facimus. In hiis enim
duobus omne bonum meritum includitur.
Sed cum superius Cassiodorus dixit in hiis
duobus omnia opera dei includi merito
queri potest an in omni opere domini
hec duo sibi mutuo coniugantur. Quibusdam
placuit non in omni opere domini hec duo
concurrere secundum essentiam duo. Etiam secundum
essentiam non diuiditur misericordia a iusticia sed
unum est. Verum secundum effectum non in omni ope-
re domini dicunt misericordiam esse et iusticiam. Sed in qui-
busdam tantum misericordiam in aliis tantum iusticiam atque in aliis
misericordiam et iusticiam facientes tamen de-
um omnia que facit misericorditer agere et iuste refe-
rentes rationem dicti ad dei uoluntatem
que iusticia est et misericordia non ad effectus misere-
re et facere que sunt in rebus. Alius autem ante uidetur
quod sic dicitur deus omnia opera sua iuste et misericor-
diter agere. Et concedendum sit in omni opere dei iusticiam
esse et misericordiam id est clementiam pro effectu
uel signum equitatis quia nullum opus dei est in quo
non sit effectus uel signum equitatis et clemen-
tie sed occulte sed aperte. Aliquando non manifes-
ta est clementia sed benignitas et occulta equitas
quomodo ergo. De sententia iudicii

OPTIMV

Solet et queri qualiter dabitur sententia iudi-
cii. Sed non est perspicuum id explicare. Non
in scriptura aperte diffinit an uoce illa pro-
feratur. Venite benedicti patris mei et ite ma-
ledicti an interne iudicii ita fiet consci-
entiis singulorum attestantibus. Quidam tamen dicunt
ut iudicii potentie effectus ipsi dictione
significetur. Illa et esuriui et non dedistis mihi mandu-
care et huius modi magis conscienciis exprimenda plurimi
putant quam uoce. Apostolus in nomine et in
secreto occultum consummandum misterium tradit. Sed illud
ad resurrectionis statum tantum referunt non ad
iudicium. Quia iudicii sententiam et maiorum
pacientes bonorum premia hiis exprimenda
asserunt. Qui sunt iudicabit et quomodo

Non autem solus christus iudicabit. Sed et sancti iudi-
cabunt cum eo. Unde ipse ait apostolis eritis
sedebitis et uos super sedes xii iudicantes xii
tribus israel. Non est putandum quod xii apostolis
tantum hoc promiserit. Christus uel non sedebit Paulus qui
plus omnibus laborauit. Si non in sedebunt nisi xii.
Per xii uero sedes perfectio connotatur id est uniuersi-
tas iudicantium intelligitur. Scilicet omnes perfecti qui re-
lictis omnibus secuti uero sunt christum per xii tri-
uniuersitas iudicandorum. Judicabunt uero omnes
sancti non in cooperatione sed auctoritate et parte. Unde
gladii ancipites in manibus eorum id est sententia
erit de bonis et malis in parte eorum. Si uero queritur
que erit eorum potestas uel auctoritas in iudi-
cando pro certo non arbitror sciri posse quamuis uideatur
non diuina reuelacione quis didicerit. De

Erunt autem iiii ordines. Ordinibus eorum qui
in iudicio. Duo quippe iudicio erunt
scilicet reproborum electorum et reproborum. Vnde quidam aiunt sed
binos ordines ex eisdem singulis partibus conti-
nentur. Alii enim iudicantur et pereunt. Alii
non iudicantur et pereunt. Alii iudicantur et reg- Alii non iudicantur et regnant.
nant. Judicantur et pereunt quibus dominica in cla-
macione dicitur esuriui et non dedistis mihi
manducare et cetera. Non iudicantur et pereunt quibus dominus ait
qui non credit iam iudicatus est. Eorum uero dampnatio
nacio totiens est. Nota tota et uero dam-
natio non iudicari quia ad conspectum districti
iudicis cum apta dampnatione sue

infidelitatis accedent. Qui uero professionem fidei sine
operibus habent iudicabuntur et peribunt. i. redarguen-
tur ut pereant. Qui uero nec fidei sacramentum
tenuerunt increpationem iudicis in se non audi-
erunt quia infidelitatis sue tenebris preiudicati in
iudicatione quem despexerant redargui non me-
rentur. Illi saltem uerba iudicis audient quia eius fidem
saltem uerbo tenuerunt. Isti autem in dampnaci-
one sua eterni iudicis nec uerba percipient quia eius re-
uerenciam nec in uerbo tenus seruare uoluerunt
et ideo illi iudicandi isti non iudicandi di-
cuntur. Ex electorum uero parte alii iudicantur et
regnant scilicet qui uite maculas lacrimis tergunt
et elemosinarum superinductione operiunt. Quibus
iudex ueniens in dextera consistentibus dicet Esu-
riui et dedisti mihi manducare. Alii autem non iudicantur
et regnant qui etiam precepta legis perfectionis uir-
tute transcendunt quia non hoc solum quod lex cunctis
precipit implere contenti sunt. Sed et quod ad perfectio-
nem consulitur implere student. De quibus propheta
ait. Dominus ad iudicium ueniet cum senatoribus
populi sui. Et Salomon de ecclesie sponso loquens ait
nobilis in portis uir eius quando sedit cum sena-
toribus terre. Et Iob. Non saluat impios et pauperi-
bus iudicium tribuit. Huius quoque recte secundum generali
iudicio intenetur. Si iudices ueniunt qui et precep-
ta generalia uiuendo uicerunt et omnibus re-
lictis Christum secuti sunt. Beate pauperum iudicium
tribuit qui quanto hinc mundo magna humi-
litate despecti sunt tanto tunc maiore cul-
mine potestatis excrescent. De talibus dicitur
Qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut
ego uici et sedi cum patre meo in throno eius.
Ipse uincens pater dominus cum patre in throno eius sedit
quia per passionis certamen resurrectionis que
palmam qua patri esset equalis omnibus claru-
it. Nos uero in throno filii sedere est ex eidem
potestate filii iudicare. Quia enim iudicandi
principatum ex eius uirtute percepimus quasi in
throno eius residemus. Ex hiis apparet quod per-

perfectores tantum cum Christo iudicabunt potestate et quos-
dam dicuntur iudicandi alii non iudicandi.
Cum autem legatur in de ordine iudicii et
euangelio quod dominus mittet ministerio angelorum
angelos suos qui colligent de regno eius omnia scan-
dala et mittent illos in caminum ignis et sic
exibunt angeli et separabunt malos de medio iusto-
rum et mittent eos in caminum ignis et sic mittet
angelos suos cum tuba et congregabunt elec-
tos a iiii. uentis et propheta ait. Congregate illi sanctos
eius. Ministerio angelorum illa impleri dubitandum
non est domino pater ueniente ad iudicium precedet
ante eum ignis qui comburet faciem huius mundi et
peribit celum et terra non secundum substanciam sed secundum
speciem quia immutabuntur celum quidem aereum non
ethereum. Tantum enim ascendet ignis in iudicio quantum
ascenderunt aque in diluuio. Ille autem ignis ma-
lis qui reperti fuerint uiui erit consumpcio bo-
nis uero non ut pater ait Augustinus. Erit incendium mun-
di sicut fuit tam multis rebus paruis in quibus ad
purgandum fuit per istum ignem purgabuntur
aliis uero nullam ingerit molestiam. Pur-
gato uero per ignem mundo et ad iudicium ueni-
ente domino emittetur uox illa magna qua resur-
gent mortui omnes et tunc ministerio angelorum
uentilabitur area quia boni congregabuntur eidem
a iiii. partibus mundi angelico ministerio quo
rapientur obuiam Christo in aera. Reprobis uero in terra qui
dilexerunt remanentibus et tunc proxima illa
bonorum esuriui et dedi mihi manducare et cetera et increpaciones
ille malorum esuriui et non dedistis mihi manducare et cetera proferentur
sono uocali uel aliquo alio modo demum proferetur
sentencia super utrosque. Venite benedicti et cetera. Ite maledicti
et cetera. Et ministerio angelorum iuxta uirtute dei cooperante
mittentur mali in caminum ignis hoc est in infernum
et alii in uitam eternam si post iudicium demones
Set solet queri utrum perierunt hominibus ad puni-
endum ministerio mali ad puniendum endum.
Puniunt demones post iudicium quasi carnifices tortores
quorum animarum sancta scriptura uocat. Apostolus dicit contra Christus

evacuabit omnem principatum et potestatem et virtutem.
Dum enim durat mundus angeli angelis de-
mones demonibus homines hominibus presunt,
sed omnibus collectis iam omnis prelatio cessabit. Hic
quidam putant post iudicium demones non habere
potestatem cruciandi homines, sed sicut nec demones divi-
te dei cruciari sine creature ministerio asserunt, sic ergo
homines, id est non per operationem demonum sed virtute divi-
na tantum eternis ibi cruciatibus punientur. Permissa tamen auc-
toritas non cogit id consentire, quod si asserat non tantum de-
monibus demones nec hominibus homines preesse.
Non distinxit tamen an demones hominibus presint
ad torquendum. Unde quibusdam videtur eos sic existere
hominibus tortores in pena sicut extiterunt incen-
tores in culpa. De forma iudicis.

D XLVIII

Solet etiam queri in qua forma Christus iudicabit. In forma servi
utique iudicabit, que omnibus in iudicio apparebit,
ut videant mali in quem pupugerunt. Divinitatem
vero eius mali non videbunt. Unde Ysaias: Tollatur impius
ne videat gloriam dei. Humanitatem videbunt ut time-
ant, divinitatem vero non, ne gaudeant. Divinitas
vero sine gaudio non potest videri. Qualis apparebit Christus.

Sed cum in forma humana forma servi
constat eum appariturum, queritur an in forma illa
gloriosa appareat sicut nunc est, an in forma qualis in pas-
sione extitit. Quidam enim putant a malis talem
videri qualem crucifixerunt, id est infirmum, quia dicit scrip-
tura: Videbunt in quem pupugerunt. Sed aperte
dicit Augustinus formam servi glorificatam et a bonis et a
malis tunc videri, dicens sic: Cum in forma sua clarifi-
cata iudicantem videant boni et mali, tollatur impius ne
videat claritatem dei, que dei est, quam soli mundi cor-
de videbunt, quia ea est vita eterna. Forma vero humana
ipsa glorificata videbitur a cunctis. Unde Christus dicitur iudi-
caturus quia filius hominis est. Ita legitur in evangelio Io-
hannis: Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est.
Non quia ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quia ipse solus
sine patre et spiritu sancto iudicium sit facturus, sed quia
forma servi ipse solus iudicans bonis et malis videbitur.
Cum ergo dicitur: Pater non iudicat quemquam, sed omne
iudicium dedit filio, non ita intelligendum est
quod filius solus iudicet et non pater, sed quia forma filii
humana cunctis in iudicio apparebit, non infirma
sed gloriosa. Iudicabit autem ex virtute deitatis
non sine patre et spiritu sancto, et apparebit ut terribilis impiis et mi-
tis iustis. Erit enim terror malorum et lumen iusto-
rum. Et sic dicitur Christus secundum formam quod Christus secundum formam servi dicitur
servi iudicaturus. suscitaturus corpora.

Secundum eandem premissam rationem dicitur suscitaturus corpora
mortuorum secundum humanitatem, cum tantum virtu-
te divinitatis sit suscitaturus, non humanita-
tis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate
suscepta quod est causa nostre resurrectionis, id est passionem
et resurrectionem, ideo ei ascribitur [illegible] hominum susci-
tatio mortuorum. Unde Augustinus: Per verbum filium dei
fit animarum resurrectio, per verbum factum in car-
ne filium hominis fit corporum resurrectio. Sicut in-
dicat et suscitat corpora non pater sed filius secundum dispen-
sationem humanitatis, in qua est minor patre. In eo quod
est dei filius est vita, quia vivificat animas. In eo quod
filius hominis iudex. Ecce secundum formam huma-
nam dicitur suscitaturus corpora et iudicaturus. Iudi-
caturus autem quia illa forma cunctis in iudicio
apparebit, et suscitaturus quia in eadem forma me-
ruit et causam nostre resurrectionis suscepit, et quia secundum
eandem formam vocem dabit qua mortui de mo-
numentis resurgent et procedent. Secundum quod deus est
vivificat animas, non pater tamen quia non tantum pater est
vita sed et filius cum eo et spiritus sanctus. Eadem vita est quam pa-
tiuntur ad animam, non ad corpus. Corpus enim suscitat
vita sapientie, sed anima quam illuminat alterne
eterno Lumine. Quod vero potentia deitatis vivificet
animas et suscitet corpora et iudicet, non ideo se tamen
pretor rationem eis secundum formam dicitur vivi-
ficatio animarum, et secundum formam servi iudicium
et suscitatio corporum. De loco iudicii.

Putant quidam dominum descensurum
in valle Iosaphat in iudicio, eo quod ipse
per Iohel prophetam sic loquitur: Congregabo omnes
gentes et adducam eas in valle Iosaphat.

a disceptando celi i se in captiuitatem h' expone i repi h quid pueriant intelligunt q i ualle iosa phat q est i montis latere oliueti descensurus sit dns ad iudicium q euidens est q ñ i terra s; i spacio h' aeris sedebit qui locus montis oliueti est q ascendit et sic iohs ait dicte angeli deferent an eum uexillum crucis. vñ i euangelio legitur dicit. Extimc apparebit signum filii hominis et est iosaphat. an inceptatur iudicium dni i ualle q iosaphat .i. iudicium dni congregabuntur omnes i ipu. iusti uo nõ descendent i ualle iudicii .i. dampnacionis s; i nubibus eleuabuntur xpo obuiam. de qualitate luminaria

C.XLIII

Ueniente a' ad iudicium dño temporis post iudicium i fortitudine et potestate magna sol et luna dicuntur obscurari nõ sui luminis priuacione s; superuenientis maioris luminis claritate. uirtutes q celorum .i. angeli dicuntur moui ñ metu dampnacionis ut aliq percussione pauoris s; quedam admiratione eorum q uiderint. vñ iob. Columpne celi paueuit aduentum eius. an n' diem iudicii sol et luna eclipsim pacientur. sic iohel testatur dicens. sol conuertetur in tenebras et luna i sanguine an q ueniat dies dni magnus et horribilis. cognosci u dicitur magna q i fiet cum au factum fuerit celum nouum et terra noua tunc erit lux lune sic lux solis. testante ysaia et lux solis septempliciter .i. sicut lux .vii. dierum q quantum luxit sol i prima condicione. vñ dicitur q an peccatum post hõis tamen lucebit post iudicium q incorrupta ueritate fuit lux solis et lune et aliorum siderum propter peccatum post hois s; tunc recipiet sol labores sui mercedem q septempliciter lucebit et tunc non erit uicissitudo diei ac noctis. s; tamen dies. vñ zacharias et erit dies una q nota est domino nõ dies i nox et tempore uesperi erit lux q tunc ñ erit uariacas diei ac noctis q modo est s; continua dies et lux. ysaias tamen uidetur dicere q tunc ñ luceat sol nec luna. Loquitur congregacionem sidera ñ erit tunc i sole amplius sol ad lucendum per diem nec splendor lune illuminabit te s; erit tibi dns i lucem sempiternam. s; huius uerbis ñ negat solem et lunam tunc lucere s; significat huius qui erunt in eterna beatitudine nullum usum lucis prebere uel prestare q ut ait ieronimus super eundem locum. Celi tunc q sol atq; lune nobis officium cessabit et erit ipse deus lumen suis i perpetuum. Preterea intelligi illud ysaie de ratione dictum q sol et luna nõ tunc habebunt ortum et occasum sic tunc. vnde ysidorus illud ysaie qui exponens ait post iudicium sol mercedem sui laboris accipiet. vñ propheta. Lucebit septempliciter et ñ ueniet ad occasum sol ñ luna. s; i ordine quo creati sunt stabunt ne ipsi sub terra positi in tormentis fruantur luce eorum. vñ abacuc. sol et luna steterunt i ordine suo q ita apte dicat solem et lunam tunc lucere et stabiliter permanere ii i ligat mesmum esse sub terra. sui quando queritur q sit usus lucis solis et lune tunc. Fateor me ignorare q i scripturis nõ memini me legisse. de differentia mansionum i celo et

Post resurrectionem uo tercia mansionum i celo et in terra. presso uniuerso i pleno q iudicio. in terra.

Suos fines habebunt ciuitates due. vna xpi altera diaboli. una bonorum alia malorum. vtraq tamen angelorum. istis uoluntas illis facultas nõ poterit esse peccandi. nec ulla condicio moriendi. istis feliciter i eterna uita uiuentibus illis infeliciter i eterna morte sine moriendi potestate durantibus q in utraq; sine fine. s; in beatitudine isti. alius uo alio prestabit i miseria uo illi alius uo tollerabilius permanebit. Ex huius apparet q sic boni differenter glorificabuntur alii magis alii minus. ita et mali i inferno differenter punientur. sicut n' i domo patris mei .i. i celesti regno multe mansiones sunt .i. premiorum differencie ita et in gehenna diuise sunt mansiones .i. suppliciorum differentie. omnes tamen eternam penam pacientur sic omnes electi eundem habebunt denarium q pater familias omnibus dedit q operati sunt i uinea noie denarii aliquid omnibus

electis que intelligitur vita eterna. ipse deus quo omnes fruentur sed impar. nam sicut erit differentia corporum clarificatorum ita erit differentia glorie animarum. stella enim differt a stella i. electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. alii enim aliis uberius clariusque speciem dei contemplabuntur et ipsa contemplatio dicitur diversitas mansionum vocatur. domus ergo est una. i. denarius est unus. sed diversitas mansionum est. i. dignitas claritatis. quod est unum et summum bonum beatitudo et vita omnium. scilicet ipse deus. sed bono omnes electi perfruentur sed alii aliis plenius perfruentur. videndo per speciem non per speculum in enigmate. hec ergo vitam eternam videre vitam. i. cognoscere deum in specie. unde veritas in evangelio ait. hec est vita eterna ut cognoscant te esse et solum verum deum et quem misisti ihesum christum. hec est beata vita cognoscere te non enim ipsa est cognitio que vel sed per cognitionem habetur bonum quod vel. i. vita.

Si omnes homines volunt esse beati.

Solet etiam queri de beatitudine utrum eam omnes velint et sciant que sit vera beatitudo. de hoc augustinus in libro xiii de trinitate. ita differt. mirum est cum capessende retinendeque beatitudinis una sit voluntas omnium in tanta inde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diversitas voluntatum. non quod eam aliquis nolit. sed quod non eam omnes noverunt. si enim eam nossent non ab aliis putaretur esse in virtute animi ab aliis in voluptate corporis ab aliis atque aliis aliter atque aliter. Quomodo ergo omnes amant quod non omnes sciunt. quis potest amare quod nescit. sicut supra disputatum. cur ergo beatitudo amatur ab omnibus nec tamen scitur ab omnibus. an forte sciunt omnes que ipsa sit sed non sciunt omnes ubi sit et contentio inde est. an forte falsum est quod pro vero posuimus. beate vivere omnes homines velle. Si enim beate vivere est verbi gratia secundum virtutem vivere quomodo beate vivere vult qui hoc non vult. non ne verius dixerimus hic non vult beate vivere quia non vult secundum virtutem vivere quod solum est beate vivere. Non ergo omnes beate vivere volunt immo pauci hoc volunt. Si non beate vivere est nisi secundum virtutem vivere quam multi nolunt. Iam ne falsum erit unde nec ipse ado dubitavit. ait enim. beati certe omnes volumus esse. absit at ubi hoc falsum esse dicamus. Quid ergo an dicendum est si nichil sit aliud beate vivere quam secundum virtutem vivere tamen et qui hoc non vult beate vivere vult. Nimis quidem hoc videtur absurdum tale enim est ac si dicamus qui non beate vivere vult et beate vult vivere. istam repugnantiam quis audeat quis ferat et tamen ad hanc contrudit necessitas si et omnes beate vivere velle verum est et non omnes sic vivere volunt quomodo solum vivitur beate. An illud ad istas angustias nos potest eruere. scilicet dicamus nichil esse beate vivere nisi vivere secundum delectationem suam et ideo falsum non esse quod omnes beate vivere velint quia omnes sicut volunt vivere unusquisque delectatur. Sed id quidem falsum est. velle enim quod non deceat est esse miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci quod velis quam adipisci velle quod non oportet. Quod sit enim si sit terrenus dicat aliquem deceptum ideo quia vivit ut vult. tamen perfecto si in miseria esset minus tamen esset si nichil eorum que perperam voluisset habere potuisset. mala enim voluntate vel sola miser quisque efficitur. sed miserior cum desiderium male voluntatis implet. Quapropter quoniam verum est quod omnes homines volunt idque ardentissimo amore appetant et propter hoc cetera quecumque appetunt. nec quisquam potest amare quod omnino quid vel quale sit nescit. nec potest nescire quod sit quod se velle scit. sequitur ut omnes beatam vitam sciant. omnes autem beati habent quod volunt quamvis non omnes qui habent quod volunt continuo sunt beati. Continuo autem miseri sunt qui vel non habent quod volunt. vel id habent quod non recte volunt. beatus ergo non est nisi qui et habet omnia que vult et nil vult male. Ille quippe beate vivit qui vivit ut vult nec male quid vult. Cum ergo ex hiis duobus constet beata vita sed in mali sit aliquis bonus non tamen ut finitis omnibus malis est beatus. Cum vero ex hac vita qui huiusmodi servus fidelis et bonus est venerit ad beatam tunc erit vere quod nunc nullo modo esse potest. ideo sic vivat quomodo vult. Non enim in illa vult male vivere aut volet quod deerit aut deerit quod voluerit quicquid amabit aderit. nec desiderabitur quod non aderit. omne quod ibi bonum erit et summum deus summum bonum erit et quod est omnino beatissimum in semper fore certum erit. beato

ac se velle esse omnium hominum est. beatos se
esse se velle omnes in corde suo vident. nec tamen omnium
est fides qua ad beatitudinem pervenitur. Si quid de deo
Solet etiam queri utrum cognoscat alius quod intelligit alius.
aliquid de deo cognoscat aliquis magis intuetur
uti perfectius quam cognoscat aliquis minus intuetur vel in
pluribus videtur quod omnia de deo ad beatitudinem spectan-
tia omnes electi cognoscant sed differenter.
non tamen in deo noscibile maior dignitatis videtur quam cum
intelligere unum et unum. Hec autem omnes tunc per
speciem cognoscent. Unde sequitur licet sit ad beatitu-
dinem pertinens in cognitum aliquid beatorum omnes
quod circa ista videbunt quorum cognitio beatitudinem
spectat. sed in modo videndi differunt. alius namque alio ma-
gis alius alio minus fulgebit. De paritate gaudii.
Solet etiam queri an in gaudio dispares sint sicut
in claritate cognitionis differunt. de hoc
augustinus ait. Multe mansiones in una vita erunt
ut variae premiorum dignitates. sed non denarius omnibus
in omnia erit et in dispari claritate par gaudi-
um ut quod habebit singuli commune sit omnibus quia et gloria
capitis omnium est per vinculum caritatis. Ex his datur
intelligi quod par gaudium omnes habebunt et in dispari
cognitionis claritate quia per claritatem quam in singulis
est perfecta tamen quisque gaudebit de bono alterius
quantum gaudet sive se ipso habere. Sed si par est omnium
gaudium videtur quod par sit omnium beatitu-
do. quod constat omnino non esse. ad quod dicimus quod beatitudo
par esset si esset par gaudium vel etiam par esset cog-
nitio. sed quia hoc non est non facit paritas gaudii pari-
tatem beatitudinis. Potest etiam sic accipi par gaudium
ut non referatur paritas ad intensionem affectio-
nis gaudentium sed ad universitatem rerum de
quibus gaudebitur quia de omnibus re tamen gaudebit unus
gaudebunt omnes. Si maior sit sanctorum beatitudo
Post hoc queri solet si post iudicium quam nunc.
beatitudo sanctorum maior sit futura post iudici-
um quam nunc sit. Quod sine scrupulo credendum est eos habituros
maiorem gloriam post iudicium quam ante. quia et
maius erit eorum gaudium ut supra testatur augustinus.
et amplior erit eorum cognitio. Unde ieronimus. Pacto in-
victo ampliorem gloriam sive claritatis de monstrabit
electis. si quem movet quod opus sit spiritibus defunc-
torum corpora sua in resurrectione recipere si eis potest
sine corporibus summa beatitudo prebeti. difficilior
quod est non potest a nobis perfecte diffiniri. sed tamen dubitan-
dum non est et raptam a carnis sensibus hominis men-
tem et post mortem ipsa carne deposita non sic
videre posse incommutabilem substantiam sicut angeli sancti
vident. sive alia latentiori causa sive ideo quia
inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi.
quo retardatur quodammodo ne tota intentione pergat
in illud summum celum donec ille appetitus conquiescat.
porro si tale sit corpus cuius sit difficilis et gravis admi-
nistratio sicut hec caro que corrumpitur multo magis aver-
titur mens ab illa visione summi celi. proinde
cum hoc corpus iam non animale sed spirituale receperit angelis
equata perfectum habebit nature sue modum obediens et im-
perans vivificata et vivificans tam ineffabili feli-
citate ut sit ei glorie quod sui sarcina. Si mali in inferno
Hic oritur questio ex premissis non possunt peccare
quarens originem. Super hoc namque augustinus loquens
de malis in inferno dampnatis ut bonis in celo glo-
rificatis dicit quod nec bonis voluntas nec malis fa-
cultas peccandi esse poterit. et de bonis quidem constat.
sed de malis a quibus voluntatem malam non re-
movet quomodo verum sit eos non peccare posse
immo quomodo verum sit eos non peccasse pos-
se cum malam habeant voluntatem quidam autem
mant illam malam voluntatem non esse peccatum
sed supplicium eorum. alii vero peccatum esse fatentur. sed propter illud
eos non mereri aliquam penam quia non est in loco merendi.
Illud sed peccatum dicunt non esse mentis sed supplicium sed suppli-
cium mali meriti quod in hac vita precessit. De hoc etiam augustinus.
in dicto epistola de acquirendi vitam eternam in hoc tamen vita
deus hominibus dedit si voluit esse et penitentiam fructuo-
sam. ideo hic penitentia fructuosa est quia post hoc homo
deposita malitia bene vivere et mutata voluntate
mutata simul opera quoque mutare et ea agere que deo pla-
ceant quod qui in hac vita non fecit habebit quidem penitentiam

D. L

Suprema distinctio huius libri est. l. xxxvii
(Si quid deus cognoscit et alius, et id quod intelligunt omnes)

in futuro seculo de malis suis sed indigentia in conspectu dei
non inveniet quod si etiam in stimulus penitudinis [illegible]
vel est contra voluntatis. Talibus patet in culpabilibus in
iniquitas sua ut nullatenus ad eius possit diligi
desiderium iusticia. Voluntas enim eorum talis erit in
habitu in se malignitatis sue supplicium numquam tamen le
care possit [illegible] affectum quia sicut illi qui cum christo
regnabunt nullas ipse male voluntatis reliquias ha
bebunt. sic illi qui exierunt in supplicium ignis eterni cum diabolo
et angelis eius deputati sic nullam habebunt reliquie
quiem bonam nullatenus poterunt ipsi voluntatem
tam et sicut coheredibus christi dabitur perfecto gratie ad eternam
gloriam. in consortibus diaboli cumulabit ipsa
malignitas penam. qui exterioribus deputati
tenebris nullo illustrabuntur interiori lumine ve
ritatis. Ex his apparet reprobos in inferno sic primam
gestiuos in peccatum perversam voluntatem non deser
ant et illa maligna voluntas est eis ad cumu
lum pene per quam tamen non merebuntur quia nullus
meretur nisi in hac vita. quare tenebre dicuntur

Hic queri potest quare ille tenebre exteriores
in quibus involventur mali in gehenna dicuntur
exteriores quia cum mali penitus extra lucem corporalem
et spiritualem sint erunt. igitur patet et si patiantur
tenebras interiores mentis non tamen penitus extra
lucem dei sunt nec corporali luce privantur. de his
augustinus sic ait. hanc dicit et in iudicio exterius et hic esse cecitatem
te mentis credantur mali in reproborum sensum vel ex
teriores tenebras erunt quamvis peccatores penitus
erunt extra deum. Quod est patet penitus esse extra deum non
esse in summa cecitate. siquidem deus habitat lucem
inaccessibilem. hec autem tenebre hic inchoantur
in peccante cum ab interiori dei luce secluditur sed non
penitus dum in hac vita. [illegible] peccator in dr
patu exteriores tenebras et non hic quia penitus se
cluditur a luce dei quia non hic. Sed quomodo intelligenda
est illa seclusio an quia non videbit deum per speciem. Sed
non aliquis videt hic deum per speciem. an dissimili
tudine quam facit peccatum inter deum et hominem
sed et hic multo per graviora peccata elongantur a deo an

tiua deum odiunt ita ut velint eum non esse sed
hi omnes oderunt multa de quibus scriptum est superb
bia eorum qui te oderunt a. s. Quod est ergo illa elongatio
sane exteriores tenebre intelligi possunt quedam
malignitas odii et voluntatis qua excecabuntur in menti
bus reproborum et quedam oblivio dei qua tormentorum in ter
iorum et exteriorum doloribus adeo afficientur et turbabuntur ut
abstracti ad cogitandum aliquid de deo [illegible]
mente revocent utrumque in inferno puniuntur a deo sibi
peccaverunt et turbantur ut mentem malam cogitati
one non extendant. Sed intendit in periculo
gravationis sue sentiatur vis doloris sed in hac vita
nullus adeo malus est ut penitus secludatur a cogni
tione dei cum nec perdit hic appetitum beatitudinis
et quendam dei amorem quem naturaliter habet rationalis
creatura. Mala exteriores et pessimas tene
bras reprobos perventuros sed iudicium [illegible] augustinus. Oppo
nitur de modo nunc quod in inferno positus elevans o
culos vidit habraham a longe et lazarum in sinu
eius cum [illegible] mala
[illegible]
[illegible]
[illegible] tenebris [illegible] ipsi non [illegible] dei lucem
videbunt [illegible] confitebuntur. de animabus dep

Preterea queri solet: natorum si quam habeant no
sic reproborum [illegible] in inferno ticiam eorum qui hic sunt.
[illegible] noticiam habent eorum que circa suos in hac
vita geruntur et si aliquo modo doleant [illegible]
[illegible] augustinus [illegible]
[illegible] explicans. ex parte
[illegible]
[illegible] dolor tangat mortuos de hiis quibus
post mortem contingunt [illegible]
[illegible] respondeo magnam
esse [illegible] differentiam [illegible]
[illegible] est [illegible] mortuus de suis [illegible]
de divine legis [illegible]
levavit oculos ad habraham et [illegible]
[illegible] ne et ipsi veniant in
hunc locum tormentorum. hinc patet mortuum animam

de vivis, qualis scilicet vita eorum esset, quia non in loco poenarum interesset si divites fratres eius erant; sed tamen in requie beatorum non erat. Lazarus vero et Abraham, quamvis longe a viventibus agnoscere non possent, non tamen omnino quae ibi erant ignorabant quia ab eis qui ad eos veniunt agnoscunt vel aliter. *Quomodo accipienda sint quae de divite et Lazaro leguntur.*

Sed quaeritur quomodo intelligatur quod de Lazaro et de divite legitur. Audiat Augustinum respondentem dicentem: Sicut animas penitus corpore exutas locus corporalibus contineri cum sint sine corpore non deerit quod faciat et divinae scientiae in loco similitudinis corporalis contineri et tractari, ita animam corporis specie linguam et stillam de digito Lazari cupisse. Sed melius est dubitare de occultis quam litigare de incertis. Divitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur lingua divitis, digitus Lazari, flamma inferni, sinus Abrahae, vix a mansuetis, a contentiosis numquam invenitur. *Utrum se videant boni et mali.*

Quaeri solet utrum videant mali. Illi qui sunt in inferno et illi qui sunt in gloria. Sic enim sancti videntur, et boni malos et mali bonos videre usque ad iudicium. Post iudicium vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Unde Gregorius: Infideles in inferno positi ante diem iudicii fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt. *De chaos inter bonos et malos.*

Sed et cum sancti malos in tormentis videant, non tamen aliqua ad eos movebuntur compassione ne eos de tormentis liberari cupiant. Recolendum est evangelium quod Abraham diviti respondit: Inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc ad vos transire non possint, neque inde huc transmeare. Quod est illud chaos inter malos et bonos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas quae nulla tenus sociari valent. Adeo enim sancti dei iustitiae addicti sunt ut nulla compassione ad reprobos transire valeant. Et si nulla poena ex eis fiat transgressio. Quod ergo dicitur non volunt aliquid transire ad illos sed non possunt, quia si dei iustitiam admitterent, non fieret eis molestia liberatio illorum; vel ita dicitur velle et non posse, non quod velint et non possint, sed quod si vellent non possent, quia voluntate dei in Gregorio: ita sancti reprobi a poenis ad gloriam sanctorum transire volunt et non possunt, et iusti per misericordiam transire mente volunt ad positos in tormentis ut eos liberent, sed non possunt, quia animae iustorum, etsi in natura suae bonitatis misericordiam habent, iam tamen auctoris sui iustitiae coniunctae tanta rectitudine constringuntur ut nulla ad reprobos compassione moveantur. *Quod visa impiorum poena non minuit beatorum gloriam.*

Postremo quaeritur an visa poena reproborum decoloret gloriam beatorum, an eorum beatitudini proficiat. De hoc ita ait Gregorius: Apud animum iustorum non obfuscat beatitudinem aspecta poena reproborum, quia ubi iam compassio miseriae non erit, minuere beatorum laetitiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam vident poenas malorum quas per gratiam evaserunt. Quia qui dei claritatem vident, nihil in creatura agitur quod videre non possint. Non est admirandum si sancti etiam mortales reprobos videant, intus intelligentia cum prophetae adhuc mortales videre hominum omnia meruerunt. Egredientur ergo electi non loco sed intelligentia vel visione manifesta ad videndum impiorum cruciatus quos videntes non dolore afficientur, sed laetitia satiabuntur agentes gratias de sua liberatione visa impiorum ineffabili calamitate. Unde Isaias impiorum tormenta describens et ex eorum visione laetitiam bonorum exprimens ait: Egredientur electi scilicet et videbunt cadavera virorum qui praevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carni, id est electis. Laetabitur iustus cum viderit vindictam.

Haec de pedibus sedentis super solium excelsum, quos seraphim duabus alis velabant, scriptori et si non auditori commemorasse sufficiat, qui a facie exorsus sedentis per media ad pedes usque via duce pervenit.

Explicit Liber sententiarum IIII.

LIBER
SENTENT-
IARVM